STATVTA POPVLI CIVITATIS CAMERINI.

Apoſtolica Autoritate q̃ rectiſſimè condita, confirmata, & approbata, prout infrà, impreſſorijsq́; Typis impendio publico diligenter excuſſa ad vtilitatem publicam omniũ Camertium.

Nunc primùm in lucem luculentiſſimè fœlici auſpicio prodeunt.

NON hic fatidicæ Themidos reſponſa canuntur:
Sed quæ diuino protulit ore Deus.

Antonius GIOIOSVS Ciuis Camers,
CAMERINI
Anno à CHRISTIANAE ſalutis initio.
M. D. LXIII.
Excudebat.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

QVicquid habent Homines, vis, vita, pecunia, fama,
Eſt ſine Iuſtitiæ numine dira lues.
Iuſtitiæ rerum Primordia robore conſtant;
Hanc Iouis, hanc Ditis lurida Regna colunt.
Qui dat Iuſtitiam dono; dat quicquid vbiq; eſt,
(Quis neget hoc?) veri quicquid vbiq; boni,
Cùm tibi nil melius Doctorum Patria cætus
Tradere, Cauſidicum, & docta caterua queant;
Iuſtitiam tribuunt. tranquillo ſuſcipe vultu
Debita Natorum munia Terra parens.

SOC. IESV BIBL. SEC. COLL. ROM. IHS

DE SITV, VETVSTATE, ET CONDITORE CAMERINAE CIVITATIS.

CAMERINVM (quicquid nonnulli alii ſenſerint) omni procul dubio ſitum eſt in Vmbria. Probatur hoc tùm Plinii Secũdi teſtimonio Camerini ciuitatem in ſexta regione Italiæ (ea quidem eſt Vmbria) cõſtituentis: & Catonis in libro de Aboriginibus, quem Plinium ſecutum arbitramur: tùm aliorum complurium ſelectiſſimo iudicio coſmographorum: tùm maximè Liuij, qui propè calcem prim. Dec. 9. lib. ab vrbe condita vſq; inquit ad Camertes Vmbros penetraſſe dicuntur. Origo ciuitatis huius eſt vetuſtiſſima; quippè quæ maximo ſpatio temporis ante vrbem conditã (vt quidam dicunt) à Cameſe Rege Italiæ cõſtructa fuit: vel (vt alii, quos in hoc ſequimur) à Camerte duce Turni partes in bello cum Aenęa geſto ſecuto, cuius Virgilius cum in. x. meminit ibi.

Protinus Antæum, & Lycam prima agmina Turni.
Proſequitur, fortemq; Numam, fuluumq; Camertem,
Tùm etiam in XII.
In medias acies formam aſſimulata Camerti,
Cui genus à proauis ingens, clarumq; paternæ.

Nomen erat virtutis. Camerinum inter alias Italiæ ciuitates fuiſſe nobiliſſimam¦plura ſigna oſtendunt. horum primum eſt id, quod de Camertis conditoris proſapia, & virtute virgilius (vt præfertur) aſſerit: Secundum inditium ſuæ nobilitatis affert Sulpitius Camerinus, qui Val. Max. atteſtãte vnà cum Sp. Poſthumio Albo, & Aulo Manilio publico Romanorum decreto Athænas miſſus eſt, vt inde inclytas Solonis leges acciperet, & aliarum ciuitatum inſtituta, & iura, moreſq; noſceret. Is.n. Sulpitius Camerinus fuit Romæ vir nobilis ex Camerinorum familia. Accædit his tertium ſignũ. id eſt præclariſſimum illud ſtratagema Camertium virtutis proditum in bello Cimbrico: vnde ſediũ aſſignationem Camertes in Auentino meruerunt. Taceo ſubſidia Camertiuin militum in bello Punico. Taceo eorundem auxiliares manus cum in Mariano, tùm in Cæſariano bellis. Hæc. n. omnia Camertium geſta clariora ſunt, quàm vt ea meæ, vel alterius linguæ præconiis celebrari conueniant. Tantum illud ſilentio inuoluendum minimè cẽſeo: Camertes ſcilicet Populos nullis, quotquot habet Italia, religione, militia, vel agricoltura ſecundos, Cicerone referente in Orat. pro Coru. Balbo vol. 3. Is igitur. M. Annium Appium fortiſſimum virum virtute præditum ciuitate donauit: cum Camertinum fœdus ſanctiſſimum, atq; æquiſſimum ſciret eſſe: & paulopoſt, neq; Fulginatium neq; Camertiũ fœdere eſſe exceptum quominus eorum ciuibus à Popolo Rom. præmia virtutis tribuerentur: & inferius quid? cohorteis duas vniuerſas Camertium: & ſimiliter Sillio Italico teſte de Camertibus ita dicente. Et armis, & raſtris laudande Camers. De anno verò primæ Camerini fundationis aliàs diſtinctius, & lucidius dicere curabo. Et hæc dicta ſufficiant de ſitu, vetuſtate, & nobilitate Camerinæ ciuitatis. Plura qui cupit, per ſe videat in Plinio, Liuio, Saluſtio, Cæſare, Catone, & Val. Max. Sed iàm ad compilationem Statutorum pergamus.

P R O H O E M I V M.

NEMINI dubium eſt, nihil magis ad optimum Reipub. cuiuſq; ſtatum, & cõſeruationem neceſſarium eſſe, nihil magis vtile, & expediens, quàm leges, atq; inſtitutiones habere, vnde ſontes, ac facinoroſi homines pœnarum mœtu à flagitiis remoueãtur: probi verò, & honeſti ciues ad virtutũ exercitationem præmiorum excellentia magis, magisq; indies exardeſcant, & alliciantur. Hinc moti perſpicaciſſimi Ciuitatum, atq; Rerum publicarum inſtitutores ſacròſanctas leges condere voluerunt, vt earum vi bonos ad bene viuendi cõſuetudinem inuitarent, prauos à prauis humanæ vitæ corruptionibus deterrerẽt. Ea enim intentio legislatoris eſſe debet, vt noxias humanæ ſocietati libidines, immoderatasq; cupiditates Iuſtitiæ fræno ita compeſcat, vt earum vehæmentiores impetus, earumq; rurſus impetuoſa licentia neminem lædant, honeſtatẽ vitæ non perdant, iusq; ſuum nemini valeant auferre: Sic uel pauciores numerò fiunt morum corruptelæ, vel ampliores ciuium optimorum autoritates, & vires. Sed quia mortalium ingenia diuerſiſſima inter ſe ſunt vbiq; gentium, experimento compertum habemus vnam legem non omnibus æque vniuerſi terrarum orbis nationibus conuenire. Ea ratione fit, vt quæ ſunt hic iuſtiſſima, alibi ſint iniquiſſima iura. Non autem dixerim diuerſitatis, quam paſſim conſpicimus in condendis legibus inueniri, ſolam ingeniorum diuerſitatem cauſam eſſe. Nam hæc ipſa diuerſitas ex locorum quandoq, fœcunditate, quandoq, ex eorundem ſterilitate: interdum ex genuinis populi cuiusq; conditionibus, habitudinibus, complexionibusq, propriis, & naturalibus prouenit, & contingit. Scimus enim alios homines natura ferociores, alios mitiores oriri: alios rurſus vberius, alios infructuoſius cœlum naturali quodam fato ſortitos. Conuenit igitur, vt in agro fertiliori pecuniario ſupplicio grauius feriantur nocentes, leuius in ea regione, quæ ſit ſterilior. Humaniq, ſanguinis auidiores Populos acrius puniri oportet, q̃ eos, qui ſunt natiua proprietate benigniores. Huius per quàm neceſſaria diuerſitatis conſyderatio in cauſa fuit, vt ſibi vnaquæq, ciuitas, vnaquæq; reſpub. propria iura conſtitueret: ita tamen, vt ab aliarum ciuitatum legibus, & ſanctionibus in qualitatibus, & quantitatibus pœnarum, non autem in iuſtitiæ ſubſtantia diſſiderent. Omnes omnium populorum leges puniunt homicidas, fures, adulteros: & ad hoc iuſtitiæ perducuntur impulſu: ſed ex ijs, quas diximus, rationibus, non omnes æqua tùm in quantitate pœna puniunt delinquentes. Sequitur igitur ex his, vt iuſtitiæ quidem virtus vbiq, ſit eadem; exercitia verò Iuſtitiæ non vbiq, paria. Hoc igitur conſyderantes viri Camertes ij, qui optimo ſtatui Reipub. conſeruando præfecti ſunt, habito prius inter eos maturo, ac diligenti conſilio Ciuitatis dederunt, contulerunt, ceſſerunt, & cõceſſerunt prouidis, & nobilibus viris Camertibus Dño GASPARI SANVIOLINO de Terzerio Subſancti, Dño ANGELO Benigno de terzerio Medij, Dño CAROLO de Perbenedictis terzerio Muralti, Murrupti, & Ciſternæ authoritatẽ de facultatẽ, & poteſtatẽ oĩmodá, ſtatuta antiqua Camerini per aliquos iuriſperitos, legales, & expertos viros reuideri faciendi illaq; per eoſdem emendari, corrigi, ampliari, & ad formam moderniorem reduci, prout ipſis iuriſperitis pro bono publico magis expedire videbitur, & placebit. Qui quidem homines ſic electi, & á conſilio deputati volentes (vt par erat) hoc publicum communitatis decretum ad congruum, & debitum finem perduci: huiuſmodi onus iam dicta ſtatuta augendi, ampliandi, corrigendi, & emendandi, in melioremq, ſtatum reducendi pro bono reipub. dederunt, & tradiderunt (habito prius inter eos maturo, & præmeditato conſilio in camera noua poſita iuxtà ſalam maiorem palatii M. D. Priorũ de præſentia dictorum M.D.Priorum, de quo plenè manu Ser Raynaldutii publici no-

tarii

tarii, & à præſens dicti cõis Cancellarii cõſtat) infraſcriptis clariſſimis Legum Doctoribus, videlicet Magnifico D. Franciſco Phorphyrio, D. Dominico à Mutia, Reuerend. D. Angelo Coruino, D. Franciſco Voliæ, & Reuerend. D. Laurentio de Pichellis Canonico S. Venantii, & prouidis viris cauſidicis D. Ioanni Scipionis Rodulphi, et Dño Camillo Lucarello omnibus ciuibus Camertibus, vt ipſi eadem Statuta augere poſſent, diminuere, et amouere, et quicquid eis videretur, et placeret : ratum, et firmum impoſterum perpetuis futuris temporibus per omnes haberetur. Quibus peractis omnes ſic electi vnanimiter, et concorditer viſo prius toto, et integro corpore, et volumine Statutorũ Ad laudem, gloriam, et honorem Dñi nſi IESV CHRISTI, eiuſq; matris et Beatiſſimæ ſemperq, Virginis MARIAE, ac beatorum Apoſtolorum principũ diuorum Petri, et Pauli : necnon glorioſi Martyris diui VENANTII, et Beati confeſſoris, et Epiſcopi diui Anſouini gubernatorũ, et protectorũ magnificę ciuitatis Camerini : omniumq; Sanctorum, atq; Sanctarum totius cœleſtis, et omnipotentis curiæ : nec nõ ad laudem, et gloriam, fœlicem ſtatum, et exaltationem ſacròſanctæ ſedis Apoſtolicæ, ſantiſſimæq; fidei catholicæ, eiuſq; ſummi antiſtitis, et Dñi nſi Dñi PII diuina prouidentia Papæ IIII. ſuorumq; Illuſtriſſimorum, ac Reuerendiſſimorum Dñorum Cardinalium : ad bonum ſtatum, fœlicitatem, columitatem, et amplitudinem ciuitatis, et reipub. Camerinæ præuia matura conſultatione inter ipſos præfatos Doctores, et Cauſidicos habita, et pluries lectis, et conſideratis quibuslibet rubricis, capitulis, et clauſulis, et ipſis diſcuſſis, et conſideratis tàm in volumine veteri quàm in nouo, manu præfati Domini Laurentii ad ſcribendum deputati ſcripto ad infraſcriptam reformationem, compilationem, et ſupradictorum ſtatutorum compoſitionem, et promulgationem faciendam deuenerunt : eamq, fecerunt in hunc modum qui ſequitur videlicet.

Dilectis Filijs communitati, & hominibus ciuitatis noſtræ Camerini.

PIVS PAPA QVARTVS.

DILECTI Filij Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Eximia, & probata veſtra fides, & deuotio, quibus nos, & Sanctam Romanam Eccleſiam à vobis aſſidue reueriri ſemper cognouimus merito expoſcere videntur, vt ea vobis facilè concedamus, quæ ad veſtra commoda, & honorem pertinere dignoſcuntur. Hinc eſt quòd nos veſtris in hac parte per Oratores veſtros nobis humiliter porrectis ſupplicationibus inclinati, omnia, & ſingula ſtatuta, ordinationes, decrera, capirula, necnon priuilegia, gratias, & indulta, ac quaſcunq; in forma Breuis literas in fauorem veſtræ ciuitatis, & illius ſtatus per quoſcunq; Romanos Ponrifices prædeceſſores noſtros, & præſertim per fœl. re. Clem. vii. Paul. iij. & Iulium etiam iij. quomodolibet conceſſas, & conceſſa, & ſpecialiter extractionem Grani ex prouincia noſtræ Marchiæ pro dictæ veſtræ ciuitatis, & eius ſtatus neceſſitatibus, quacunq; prohibitione, ſeu proclamate incontrarium facto, aur faciendo non obſtanre concernentia, quatenus ſint in vſu, ac licita, & rationabilia exiſtant, & contra libertatem eccleſiaſticam non tendant, aurhoritate Apoſtolica tenore præſenrium confirmamus, & approbamus, illiſq; omnibus noſtræ firmitaris robur adiicimus, & à quibuſuis perſonis, ad quas quomodolibet ſpectar, & ſpectare poterir, inuiolabiliter obſeruari debere decernimus, & mandamus. Et inſuper ſtatuimus, & ordinamus, quòd gratiæ, & facultates creandi ciues iſtius veſtræ ciuitatis à quocunq; veſtro ſuperiore, ſeu quouis alio in futurum fieri non poſſint, neq; debeant, ſed ſolum à veſtro conſilio generali creari valeant, prour in pleriſq; aliis ſtatus noſtri eccleſiaſtici ciuitatibus fieri cõſueuit, cum nullus ſit, qui vobis melius noſſe poſſir eos, qui ciuilitares hniuſmodi mereantur. Præterea volumus, quòd Portæ Burgi dictæ ciuitatis ſingulis diebus manè videlicet, & veſperi aperiantur & claudantur, ſicur portæ ipſius ciuitaris, vt multis ſcandalis, damnis, arq; periculis, quæ ex eo quòd illæ non clauduntur, oriri quotidie poſſunt, obuietur, & ob id theſaurario eiuſdem ciuitaris mandamus, vt portennariis, vel ipſarum Burgi portarum cuſtodibus vſq; ad ſummam quindecim ſcutorum quolibet anno ſoluere debeat, ſicut antea fieri ſolitum erar. Volumus autem, quòd tabernæ aromatariorum veſtræ ciuitatis ſint poſthac exemptæ liberæ, & immunes à viſitatione, quę de mandato protomedici collegii Medicorum almæ vrbis noſtræ certis temporibus fieri ſolet, dummodò vos ſuper hoc opportunè prouidearis, ſicuti perante acta tempora à nobis fieri ſolitum eſt. Irem mandamus, quòd XL. Floreni in elemoſinam ab eodem Paul. III. per ſuas in forma Breuis literas fratribus Sancti Franciſci de Obſeruantia dictæ ciuitatis in rabula dicti veſtri Theſaurarii, quatenus hoc ſit in vſu, ponantur, & deſcribantur, & ſicut ſolitum eſt perſoluantur. Et pariter quintam partem maleficiorum, quæ vigore Statutorum veſtrorum ex veteri, & conrinuata conſuetudine eccleſiæ Sancti Venanrii eiuſdem Ciuitaris deberur, volumus quoq; vt exigatur ab eo, qni reliquos inrroitus exigere ſolitus eſt, vt is poſtea illam ſic exactã dictæ eccleſiæ integrè perſoluat quod dicitur in magnam dictæ eccleſiæ ceſſurum vtilitatem: & ipſis exactoribus nullum impedimentũ

impedimentum, nec Cameræ Apoſtolicæ damnum aliquod, ipſis verò debitoribus commodum potius, & minorem moleſtiam allaturum eſſe. & poſtremo mandamus, quòd in elemoſinis panis per Theſaurarium præfatū pauperibus dictæ ciuitatis ſingulis menſibus erogandis, ſolitū ſeruari debeat. non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus illis, quæ dicti noſtri prædeceſſores in ſuis literis voluerunt non obſtare, cæterisq; contrariis quibuſcunq;.
Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub anulo Piſcatoris Die xviiij. Martij M.D.LX. Pontificatus noſtri Anno Primo.

Cæ. Glorierius

Die Quinta Aprilis M. D. LX. admiſſæ ſunt hæ literæ ex decreto Cameræ, & regiſtratæ libro Signaturarum Sanctiſſimi Dñi nr̃i Papæ apud me Notarium fol. 199.

Hieronymus de Tarano.

De pœna deguaſtantium, vel dilaniantium præſens volumen Statutorum, & opponentium contra illud, & de ordine tenendo pro conſeruatione ipſorum.

Rub. Pri.

SIquis tantæ temeritatis extiterit, quòd præſens Volumen Statutorum deguaſtauerit, caſſauerit, laniauerit, vel in aliqua ſui parte abraſerit, per Poteſtatem Ciuitatis Camerini tanquàm falſarius in pœna centum Ducatorum auri communi dictæ ciuitatis applicandorum debeat condemnari. Et ſi dictam pœnam infrà decem Dies à die factæ condemnationis camerario dicti communis non ſoluerit, ducatur cum mitria in capite ad locum iuſtitiæ conſuetum: & ibi manus ei dextera debeat amputari: ita quòd à corpore ſeparetur. Si verò aliquis Aduocatus, Procorator, Notarius, vel quiuis alius cinis Camerini, vel diſtrictualis agendo, vel excipiendo quouis modo, vel quæſito colore in iudicio ciuili, criminali, vel mixto dixerit allegauerit, vel quomodolibet oppoſuerit in quocunq; ſtatu cauſæ, & coràm quocunq; Iudice, vel Principe de nullitate, inualiditate, uel inſufficientia Statutorum, quæ ſub iſto Volumine continẽtur, vel alicuius ipſorum, pro tantæ ſuæ temeritatis punitione vice qualibet condemnari debeat in pœna centum Ducatorum auri, vt ſupra applicandôrum, & priuationis omnium officiorum, & munerum publicorum: Et nihilòminus oppoſitio, allegatio, & impugnatio prædicta nullum ſortiatur effectum: quã ſiquis Iudex admittat, condemnetur in eadem pœna. Et vt præſens ſtatutorum volumen ab officialibus forenſibus melius conſeruetur illæſum, volumus ſtatuentes quòd Cancellarius magnificæ Communitatis teneatur, & debeat vinculo iuramenti, & pœna XXV. libr. denariorum, in quibus ſi contra fecerit per arrationatores communis debeat condemnari ea die, qua inrauerit Poteſtas dictæ ciuitatis, eidem præſens volumen aſſignare in præſentia Magnificorum Dominorum Priorum, & Syndici Communis, & omnes cartas ipſius voluminis enumerare, prout in vero fuerint: Et Poteſtas ſupradictus ſex diebus ante ipſius exitum teneatur, & debeat pœna. cc. librarum denariorum idem volumen prædicto cancellario reaſſignare, prout ei fuerit aſſignatũ: Et ſi dictum volumen reaſſignauerit in aliqua ſui parte deguaſtatum, laniatum, cancellatum, vel abraſum, condẽnẽt, pro quolibet vitio in pœna. cc. lib. den. tẽpore ipſius Syndicatus per arrationatores dicti Cõmunis, qui eum Syndicare habebunt: Et tanq̃ falſarius in cõmunis Palatio depingatur. Quæ conſignatio, & reaſſignatio eodem modo, & forma, & ſub eiſdem pœnis, & mulctis fiat etiam Iudici Appellationum.

De Eleemoſinis, & Duplerijs faciendis, & dandis infraſcriptis Eccleſijs, in infraſcriptis Feſtiuitatibus. Rub. 2.

CONSVEVERVNT mortalium vetuſtiſſimi rerũ omniũ initia ſumere ab his, qui res omnes vniuerſi creauerũt, altiſſimis ſuperis, ſperantes, vt quicquid in Deorum nomine fuiſſent auſpicati, id fœlix principium, fœlicius mediũ, fœliciſſimumq; finem deniq; ſortiretur: Hac igitur de cauſa, & vt Camerinenſis Ciuitas de bono in melius augumẽtetur, & peccantium pœna eleemoſinis extinguatur, præſenti ſtatuto firmamus, ꝙ camerarius damnorum datorũ, ſeu quicunq; ad colligendum denarios de damnis datis dicti comunis præpoſitus debeat vinculo iuramenti, & pœna 25. lib. denariorum, in quibus per arrationatores ipſius comunis debeat condemnari, dare, & ſoluere annuatim loco, capitulo, & conuentui loci fratrum Sancti Dominici de Camerino, C. lib. den. Item loco capitulo, & conuentui sancti Franciſci de Camerino C. lib. den. Item loco, capitulo, & cõuentui loci fratrum sancti Angeli de Murrone 30. lib. den. Itẽ Eccleſiæ beatæ Mariæ Virginis Epiſcopatus de Cam. quolibet anno, & quolibet feſto beatæ Marię virginis duos duplerios ceræ ponderis 20. lib. ceræ pro quolibet. Item Eccleſiæ prædictæ in feſto sancti Anſouini confeſſoris vnum pallium de Serico valoris 12. lib. ad minus: & duos duplerios ceræ ponderis 10. lib. ceræ pro quolibet. Item dictæ eccleſiæ in feſto Beati Victorini vnum pallium de ſerico valoris, & æſtimationis. 12. lib. den. & duos duplerios ceræ ponderis 10. lib. ceræ pro quolibet. Item dictæ eccleſiæ in feſto Beati Ioannis Baptiſtę, vnum duplerium cetæ ponderis 10. lib. Item dictæ eccleſiæ in feſto beati Bartholomæi Apoſtoli vnum duplerium ceræ ponderis. x. lib. cerę Item dictæ eccleſiæ in feſto beatarum Catherinæ, & Luciæ Virginum vnum duplerium cære ponderis x. lib. ceræ pro quolibet. Item dictæ eccleſiæ in feſto beatæ Annæ vnũ duplerium ceræ x. lib. ceræ. Item dictæ eccleſiæ in feſto beati Ioannis Euangeliſtæ vnum duplerium x. lib. ceræ. Item dictæ eccleſiæ in feſto beatorum Ambroſij, Maccharij, Martini, sancti Thomæ de conturbia, ſanctæ Mariæ magdalenæ, ſanctæ Apolloniæ, vnũ duplerium x. lib. ceræ pro qualibet feſtiuitate. Item in feſto ſanctæ Martæ, ſancti Bernardi & ſanctæ Heliſabet, & ſanctæ Victoriæ vnum duplerium ceræ x. lib. pro qualibet dictarũ feſtiuitatum. Item eccleſiæ Beati Venantij Martiris in feſto ipſius duos duplerios ceræ x. lib. ceræ pro quolibet. Item dictæ eccleſiæ in feſto ſancti Porphirij vnum pallium de ſerico valoris duodecim lib. den. & duos duplerios ceræ x. lib. ceræ pro quolibet. Item dictæ eccleſiæ in feſto beatorum Simonis & Iudæ vnum dupletium ceræ 6. lib. Item dictæ eccleſiæ in feſto beati Nicolai vnum duplerium ceræ 6. lib. quæ omnes feſtiuitates in eccleſia beati Venantij martiris celebrantur. Item eccleſiæ beati Dominici in feſto ipſius vnum duplerium ceræ 6. lib. Item in feſto beati Thomę de Aquino vnum pallium de ſerico valoris ad minus 12. lib. den. & duos duplerios quinq; lib. ceræ pro quolibet. Item dictæ eccleſiæ in feſto beati Petri martiris vnum duplerium cerę 6. libr. cerę. Item eccleſiæ beati Franciſci in feſto ipſius vnum duplerium ceræ 6. lib. ceræ. Item dictæ eccleſiæ in feſto beati Ioannis de Parma vnum pallium de ſerico valoris 12. lib. dena. & duos duplerios ceræ. 6. libr. ceræ pro quolibet. Item eccleſiæ beati Auguſtini vnum pallium de ſerico valoris 12. lib. den. & duos duplerios ceræ 5. lib. pro quolibet. Item dictę Eccleſiæ in feſto beati Thomæ Apoſtoli vnũ duplerium 6. lib. ceræ. Item dictæ eccleſiæ in feſto beati Matthiæ Apoſtoli vnũ duplerium 6. lib. ce. Itẽ dictæ eccleſiæ annuatim C. lib. den. Itẽ eccleſiæ beati Iacobi de Muralto in feſto ipſius de menſe Maij vnum duplerium 6. lib. cerę Item dictæ eccleſiæ in feſto beati Egidij vnum duplerium 6. lib. ceræ. Item mon. dominarum S. Petri de Muralto in feſto ipſius de menſe Iunij vnum duplerium. 6. lib. ceræ. Item

eccleſię beatę Cathe. de Altino in feſto ipſius,vnũ dupleriũ.6.lib.ceræ.Itẽ eccleſiæ beatę Mariæ in Via de Muralto,in quolibet feſto beatæ Mariæ in anno vnũ dupleriũ.6.lib.ce. Itẽ Eccleſiæ beati Silueſtri de contrata Murrupti in feſto ipſius vnum duplerium ſex lib. ceræ. Item Eccleſiæ beati Antonij contratæ prædictæ,vnum duplerium.6. lib.ceræ.Item dictæ eccleſiæ in feſto beati Chriſtophori vnũ duplerium.6.libr.cerę . Itẽ in eccl. B. Andræ Apoſtoli de dicta contrata in feſto ipſius vnum duplerium.6.libr. ceræ. Itẽ in feſto ſanctæ Luciæ de Vallicchio eccleſiæ ipſius vnum duplerium.6.libr.ce.Item eccleſiæ beati Stephani de contrata Medii in feſto ipſius,vnum duplerium.6.lib.ceræ.Item dictę eccleſię in feſto beati Lucę vnum duplerium.6.libr.ce.Item eccleſię beati Angeli de platea in feſto ipſius vnum duplerium.6.libr.ceræ. Item dictę eccle.in feſto ſancti Blaxii vnum duplerium.6.libr.ce.Item eccl.ſanct. Agatæ vnum duplerium.6. libr.cer . Item eccleſiæ ſancti Angeli de porta Angeleſca in feſto ipſius de menſe Septembris vnum duplerium. 6.libr.ceræ.Item eccleſiæ ſancti Saluatoris de muralto in feſto ipſius vnum dupleriũ . 6 . libr.ceræ.Item Hoſpitali ſancti Georgii de Planula in feſto ipſius vnum dupleriũ.6. libr. cerę.Item Hoſpitali beati Lazari de Burgo ſanct. Venantii in feſto ipſius vnũ duplerium 6.libr. cerę Item fraternitati beatæ Mariæ Annunciatę in ſeſto ipſius de menſe Auguſti, vnũ duplerium.6.libr.ceræ . Item fraternitati diui Venantij , in feſto beati Venãtij vnũ duplerium 6. libr.ceræ.Item fraternitati beati Porphirij in feſto ipſius vnum duplerium 6. libr.ceræ.Item fraternitati beati Anſouini in feſto ipſius vnũ duplerium.6.libr. ceræ . Item fraternitati ſanctę Annæ in feſto ipſius vnum duplerium.6.libr. ceræ.Item fraternitati beati Ioannis Baptiſtæ in feſto ipſius vnum duplerium.6.libr.ceræ.Item fraternitati beatæ Catherinæ,vnum duplerium 6.libr.ceræ in feſto ipſius.Item fraternitati beati Benedicti in ſeſto ipſius vnum duplerium. 6. libr.ceræ. Item fraternitati beati Stephani in feſto ipſius , vnũ duplerium. 6. libr.ce. Itẽ fraternitati beati Lucæ in feſto ipſius vnũ duplerium 6.libr.ceræ.Itẽ fraternitati beati Andreæ in feſto ipſius vnum duplerium.6.libr. ceræ.Item fraternitati beatę Mariæ bellę in feſto ipſius de menſe Auguſti , vnũ dupleriũ ceræ.6. libr . Item fraternitati beati Saluatoris in feſto ipſius vnum duplerium. 6. libr. ceræ. Item fraternitati beati Iacobi in feſto ipſius,vnum duplerium.6.libr.ceræ.Item fraternitati beati Antonii in feſto ipſius vnum duplerium.6.libr.cetæ.Item fraternitati beati Silueſtri in feſto ipſius vnum duplerium 6.libr.ceræ.Item Mon.Dominarũ ſancti Gregorii de Dinazzano, Mon. Dominarum ſancti Petri de Pompeiano, & Mon.ſanctæ Mariæ de Altino, vnum duplerium. 6. libr.cerę pro quolibet. Item eccleſiæ beati Matthiæ Apoſtoli de Colleboue,vnum duplerium.6.libr,ceræ.Item Mon.Dominarum de Silua, in feſto Paſcatis Reſurrectionis Domini,vnum duplerium.6.libr.cerę.Item Mon.Dominarum de ſancto Victorino in ſeſto ipſius, vnum duplerium.6.libr.ceræ.Item mon. Dominarum ſancti Petri de Ilice in feſto ipſius,vnum duplerium.6.libr.ceræ. Item eccleſiæ beatæ Mariæ de Valpouera in feſto beatæ Mariæ de menſe auguſti vnũ dupleriũ. 6.libr. ceræ.Itẽ mon.S.Saluatoris de Saxis vnum duplerium.6.lib.ceræ in feſto ipſius. Itẽ mon. Dominarum ſancti Michaelis de Antico in feſto ipſius de menſe Septembris vnum duplerium.6.libr.ceræ,Item eccleſiæ Sancti Angeli de Præfolio in feſto ipſius de dicto mẽſe, vnum duplerium.6.libr.ceræ.Itẽ Hoſpitali ſanctæ Mariæ de Trabe bonnantis in feſto ipſius,vnum duplerium ſex libr.ceræ.Item eccleſiæ ſancti Nicolai de Sentino in feſto ipſius vnum duplerium ſex libr.ceræ.Item eccleſiæ ſancti Chriſtophori de Archuſlato , & eccleſię beati Ioannis de Campo Buſſi in feſto beati Ioãnis de menſe Iunii vnum duplerium.6.libr.ceræ pro quolibet.Item eccleſię ſancti Laurentii de Montagnano vnum duplerium.6.libr.ceræ. Item eccleſiæ ſancti Pauli unum duplerium.6.libr.ceræ. Item eccleſiæ ſancti Angeli de Murrone in feſto ipſius , de menſe Septembris vnum duplerium.6. libr. ceræ.Itẽ eccl.S.Heremi in feſto ipſius,vnũ dupleriũ 6.libr.ce.Itẽ eccleſiæ.S.Antonii de Nibbiano vnum duplerium ſex libr.ceræ.Itẽ ſi dictus Camerarius pro dictis palliis de Serico , & dupleriis denarios non ſoluerit , condemnetur per arrationatores comunis, qui

qui eum habebũt ſyndicare tempore ſui ſyndicatus in 25.libris den. Quos denarios,du pleria, & pallia dictus Cam.de denariis dãnorum datorũ dictis fratribus,& eccleſiis,et fraternitatibus annuatim ſupradictis temporibus ſoluere teneatur ad pœnam ſuperius annotatam. Addendo idem dicimus obſeruari debere in feſtiuitate.S.Mariæ Annũciatę Vignaliũ,quæ celebratur die nona Ianuarii quolibet anno Videlicet,quòd detur eius eccleſiæ vnum duplerium 6.lib. ceræ. Hæc omnia cõtenta in pręſenti capitulo dicta ſint pro antiquitate conſeruanda: Hodie autem obſeruatur prout inferius dicetur.

Quòd Poteſtas,& Capitaneus Populi cum eorum officialibus,& familiaribus teneãtur perſonaliter accedere cum dupleriis accenſis ad Eccleſias. Rub.3.

ITem ſtatuimus & ordinamus,quòd Po. & Ca. Populi cum eorum officialibus, & familiaribus teneantur, & debeant vinculo iuramenti,& pœna 25. lib.den. pro quolibet, qualibet vice perſonaliter accedere cum dictis dupleriis accenſis ad omnes dictas eccleſias infra ciuitatem, & burgos ſitas ea die qua deferri ſolent.

Quòd loco Capitanei intelligatur de Iudice Appellationum. Rub.4.

ITem ſtatuimus, & ordinamus quòd cum in pluribus Rubricis,locis,& capitulis, vol uminis ſtatutorum fiat mentio de Poteſtate,& Capitaneo, vel capitaneo tantum, loco capitanei intelligatur & intelligi debeat de Iudice Appellationum,& omnia dicta, & di cenda de ipſo Capitaneo locum habeant, & habere debeant in Iudice Appellationum ciuitatis camerini.

De pecunia danda pro opere, & fabrica Eccleſiæ Sancti Venantii, & de modo, & ordine tenendis in prædictis Rub. 5.

AD Laudem,& reuerentiam omnipotentis Dei,& beatæ Mariæ virginis eius matris, & beati Venantij martiris gubernatoris, defenſoris, & pcipui protectoris & aduocati comunis, & populi ciuitatis Camerini, eiuſq; comitatus, diſtrictus, ſtatus & Ducatus, pſenti lege firmamus,ſtatuimus,& ordinamus, quòd propter ingens opus,& maximam fabricam, manutentionem, reparationem, & inſtaurationem factum, vel factã, & pro tempore faciendum,vel faciendã in eccleſia dicti beati Venantii martiris cũ omnibus & ſingulis ſuis mẽbris, & locis, annexis, & connexis intra dictam eccleſiã & extra intra ciuitatem,necnon propter ornamenta,paramenta,præcioſa mobilia quæcunq;, & alia neceſſaria ad diuinum cultum, vtilitatem,& honorem dictæ eccleſiæ eiuſq; mẽbrorum,annexorum,& connexorum perpetuis futuris temporibus,habeat & habere debeat operarius, vel operarii,ſiue alia perſona, qui, vel quæ ponentur, vel deſtinabuntur pro tempore per dictum cõe, vniuerſitatem ciuitatis prædictæ,vel alios ad id poteſtatem ha bentes ſuper opere vel fabrica antedicta, qui pro tempore fuerint,quatuor ſol. den. pro qualibet lib. de omnibus, & ſingulis introitibus,& prouentibus Cameræ Apoſtolicæ de Camerino quotũcũq; maleficiotũ exceſſuum,& delictorum per quoſcunq; cõmiſſorum & quomodolibet perpetratorum,& p petrãdorũ,& de quibus pœna pecuniaria imponẽ da veniret vel reſultaret; etiam ſi per ipſum delinquentem, vel delinquentes ſupplicatũ fuerit,ſiue ſupplicaretur: & ẽt proceſſibus & inquiſitionibus non formatis,& condẽnatio nibus nõ ſubſecutis: & de omnibus cõdẽnationibus factis,& faciendis per Pot. & Cap. eorumq; iudices notarios & officiales, Auditores criminalium, & quoſcunq; alios Iudices, & officiales dictæ cam. apoſt. comunis,vel alterius ad id poteſtatem habentis: necnon de omnibus confiſcationibus bonorum, remiſſionibus homicidarum, vel aliorum quorũcunq; exbannitorũ, qui pro tempore pro remiſſione, & reſtitutione ipſorum ad patriam,famam,bona,honores,& dignitates(prout erant ante cõmiſſum delictum,maleficium,exceſſum,vel homicidium) ſupplicauerint, & reſtituti fuerint cum taxatione, & ſolutione alicuius ſummæ,vel aliorum,de quibus ſummis taxatis ſoluendis per eoſdẽ reſtitutos,vel ſupplicantes dictus operarius, vel operarii,ſiue alia perſona deputata, vel deputanda, vt ſupra,habeant & habere debeant pro quinto dictæ eccleſiæ quatuor ſol. pro qualibet lib.& etiam de quibuſcunq; exactionibus pecuniarum,& exactionibus,quę

fierent per eoſdem, & quoſcunq; alios nomine,& authorirate dictę cam. apoſt. cõis,vel alterius ad id poteſtatẽ habentis de iure, vel de facto. Et ipſos introitus, qui peruenerint ad manus dicti operarii, ſiue operariorum dictę eccleſiæ, ſeu ſuperſtitis dicti cõis, q pro tempore fuerint, teneantur,& debeant in fabricam,& opus antedictum conuertere tantum ſub vinculo iuramenti. Et ꝙ Theſaurarius vel alia perſona deputata,vel deputanda dictæ cam. qui pro tempore fuerint, & quicunq; alii, ad quos, & ad quorum manus pecunia,& denarii dictę cam. peruenerint, teneãtur vinculo iuramẽti, & pœna.x.lib. den. dare integre,& fideliter ſine dolo,& fraude dicto operario vel operariis, ſeu ſuperſtiti,q pro tempore fuerint, dictos quatuor ſol. de qualibet lib.dictorũ denariorum, cõdẽnationum,& introituum de pecunia antedictæ cam. Et ſi dictus Theſaurarius, vel alter deputatus,qui pro tempore fuerit,& alii,ad quos pecunia dictæ cam. peruenerit, in prædictis fuerint contumaces,vel quomodolibet negligẽtes,qui electi, fuerint per dictum cõe ad rationandum dictos Theſaurarium,vel alium deputatum, & quoſcũq; alios,ad quos pecunia dictæ cam. peruenerit,in ſupradicta pœna.x.lib.den.ipſos ſiue alterum ipſorum cõtumacem,vel negligentem debeant condemnare . Et ſi dicti rationatores negligentes fuerint,vel remiſſi in cõdẽnando prædictos Theſaurarium,vel alios quoſcũq;,ad quos pecunia dictę cam. peruenerit,delinquens, vel delinquentes prædicti, ſimili pœna ꝑ Po. vel Cap. vel alios officiales,cõdemnentur cõi prædicto ad petitionem dicti operarii, ſeu ſuperſtitis,ſiue cuiuſcunq; alterius petẽtis. Et ſi aliquis Pot.& Cap. & officialis dicti cõis, cam. iam dictæ,vel alter officialis ciuitatis camerini, qui pro tempore fuerit, impediuerit, quòd dicta pecunia ſoluatur operario operariis,ſeu ſuperſtiti ſupradictis, qui pro tẽpore fuerint in dicta eccleſia, vel pro cõi deputati ad prędicta, per rationatores dicti cõis ad petitionem cuiuſlibet petentis in x.lib. den. dicto cõi debeat cõdemnari. Exceptis dũtaxat denariis,& pecunia datiuarũ,collectarum, affictuum, paſſagiorum,gabellarum, et cõdẽnationum,et introituum dãnorum datorum dictæ cam. Præterea volumus ſtatuentes quòd ſacriſta dictæ eccleſiæ S. Venantii, qui pro tempore fuerit, vel alius, ad quem oblationes,et introitus altaris beati Venantii peruenerint, debeat iurare ad ſancta Dei Euangelia corporaliter manu tactis ſcripturis in manibus dicti operarii vel operariorum,qui pro tempore fuerint, aſſignare,et reddere dicto operario,vel operariis medietatem omnium oblationum dicti altaris:qui ſi contradixerit, et dictum iuramentum præſtare noluerit,quòd Priores dictæ ciuitatis, qui pro tẽpore fuerint, teneantur, et debeant accedere ad Reuerendiſſ. Dñm Epiſcopum camerini, et ipſum rogare, ꝙ dictum Sacriſtam,vel alterum,ad quem introitus peruenerint,cogat præſtare huiuſmodi iuramentum. Addimus huic ſtatuto quòd magiſtri,& manuales,qui erunt,et ſtabunt ad dictum opus vel fabricam, nõ teneantur ad bannum cõis vel artis pro diebus feſtiuis, quibus laborauerint: necnon magiſtri manuales forenſes, qui ad dictum opus,vel fabricam laborauerint, prætextu et occaſione repreſaliarum conceſſarum hactenus quibuſcunq; perſonis, nullatenus teneantur: nec propter eas inquietari debeant quoquomodo. Et ꝑdicta cõtenta in dicto ſtatuto,volumus præ cæteris præualere non obſtantibus aliquibus ſtatutis, ordinamentis,vel reformationibus in contrarium loquentibus: quæ quo ad prędicta pro caſſis,ſuſpenſis,irritis, et nullius valoris penitus habeantur. Addimus huic ſtatuto,ꝙ operarius,vel operarij dictæ eccleſię,ſeu ſuperſtes dicti cõis,qui nunc eſt,et pro tẽpore fuerit,teneantur et debeant deinceps per rationatores dicti cõis, qui electi fuerint per dictum cõe ad rationandum dictum operarium, vel operarios, ſiue ſuperſtitẽ rationare quolibet anno de introitibus,et prouentibus,qui peruenerint ad manus dicti operarii,vel operariorum, et ſi dicti introitus, et prouentus conuerſi fuerint in opere vel fabrica dictæ eccleſiæ Sancti Venantii. Quòd ſi reperiretur dictos denarios, et prouentus non fuiſſe conuerſos in totum vel in partem, teneatur dictus operarius, vel operarii, ſiue ſuperſtes, qui pro tempore fuerint,de ſuo proprio reſarcire in totum, et in duplum. Et ſi dictus operarius,vel operarii fuerint clerici, dicti rationatores,vel maior pars ipſo

rum

rum vinculo iuramenti, et pœna .l. lib. den. auferẽda ꝑ Pot. vel Cap. ad petitionẽ cuiuſlibet petentis accedere debeant eorum præſtito iuramento, vnà cum Cãcellario notario reformationum dicti coĩs in ſecundã diem, à die præſtiti iuramenti ad Reuerẽdiſſ. Dñm Epiſcopum Camer. et rogare ipſum Reuerendiſſ. D. Epm pro parte dicti cõis, ꝙ placeat dicto Reuerendiſſ. D. Epo cogere dictum operarium vel operarios ad dictam rationem reddẽdam. Et ſi in ꝑdictis dicti rationatores ipſum operarium, vel operarios inuenerint deliquiſſe, etiam rogare ad dictam pœnam ſubſtinendam. Si verò fuerit laicus rationetur per dictos rationatores, prout alij camerarii, ſeu collectores dicti cõis. Et dicti rationatores procedant contra eos, vt dictant continentia ſtatutorum. Et dictum operarium, vel operarios rationare infra XX. dies. infra quos dare teneãtur abſolutionem, vel condemnationem, ſi laicus fuerit. Si vero clericus fuerit, inſtent dicti rationatores, vel maior pars ipſorum corã Reuerendiſſ. D. Epo vt cogatur ad prædicta obſeruanda, vt ſuperius dictum eſt. Et ſi prædicti rationatores, vel aliquis ipſorum fuerint negligentes in prædictis, condẽnẽtur per Pot. vel Cap. vel alterũ Iud. ſiue Officialem ad petitionem cuiuslibet petentis in. L. lib. den. pro quolibet. Et ꝙ per Priores dictæ Ciuitatis eligatur quidam bonus et legalis Notarius, qui ſit ætatis XXV. Ann. qui ſcribere teneatur, et debeat omnes introitus, et prouentus peruenientes ad dictum operarium, qui pro tempore fuerit, et etiam exitus et expenſas, quas fecerit, legaliter, et bona fide omni dolo et fraude ceſſantibus: necnõ iurare debeat dictum officium bene, et legaliter exercere: et eius officium duret per annum. Et ſi dictis dominis Prioribus videbitur, eligantur ꝑ eos tres boni et legales viri vz vnus ꝑ terzeriũ, q̃ ſint operarii dicti operis et fabricæ: et ad manus ipſorum omnis quantitas pecuniæ, quæ debetur per dictam cameram dictæ eccleſiæ pro dicto opere et fabrica, debeat peruenire: quorum officium duret vno anno tantum. Et dicti rationatores, et dictus Not. pro eorum ſalario, et labore illud ſalarium habeant à cõi, quod per Priores fuerit deliberatum.

De modo, ordine, & forma tenendis quolibet anno in feſto beati Venantii, & pro honorando ipſum feſtum. Rub. 6.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ omni anno in feſto beati Venãtii martiris omnes artes Ciuitatis Cam. teneantur, & debeant honorare ipſum feſtum ſecundum hanc formam, videlicet, quòd quilibet de arte teneatur facere vnum cereum, ſiue dupleriũ vnius libræ ceræ ad minus in vigilia ipſius feſti, & accendere ipſum duplerium in ipſa vigilia ipſius feſti, & ipſum accenſum portare ad ipſam eccleſiam: Et debeat quælibet ars per ſe diuiſim accedere ad dictã eccleſiã cum dictis dupleriis accenſis ordinatè, prout in ſtatuto continetur ad pœnam .xl. ſol. pro quolibet contrafaciente. Et Po. teneatur inquirere de prædictis, & teneatur Cap. artium aſſignare omnes contrafacientes de ſua arte coràm Poteſtate ad petitionem dicti domini Poteſtatis. Et ſi fuerit negligens, condemnetur ipſe Cap. in C. ſol. den. Et teneatur Cap. artium prædicta iurare, & contrafacientes aſſignare: Et quilibet cap. artium debeat facere inquiſitionem, quòd quilibet de ſua arte habeat duplerios vnius libræ ad minus: Et ſi aliquis inuentus fuerit non habere de vna libra ad minus, & Cap. eius non denunciauerit, condemnetur Cap. qui eum non denunciauerit, & ille talis, qui dictum duplerium de vna libra non habuerit in xx. ſol. de facto auferendis. Et quòd quælibet ars debeat ire ſimul cum alijs artibus, & ordinate vna poſt aliam, vt in ſtatutis continetur. Et nulla ars poſſit ire per ſe ſine aliis artibus. Et ſi contráfactum fuerit, Cap. illius artis, quæ contrafaciet in prædictis, condemnetur in x. lib. den. per Poteſtatem, vel Cap. Et nullus ex tubatoribus debeat con ruba, ſeu rubecta, vel alio inſtrumento ſonando aſſociare illam artem, quæ iret ſine aliis artibus: Et ſi contrafecerit pro quolibet, & qualibet vice de facto per Po. vel Cap. auferãtur xl. ſol. den.

De honorando melius feſtiuitatem Sancti Venantii. Rub. 7.

VT Feſtũ beati Venãtii melius honoretur, & cuſtodiatur, Po. & Cap. ſeu Priores dicti comunis præciſe teneãtur, & debeãt vinculo Iuramenti in feſto paſchatis Re-

ſurrectionis Domini congregari ſacere omnes, & ſingulos Cap. artium ciuitatis Cam. cum. VI. bonis hominibus de arte, & inter ipſos proponant, quomodo dictũ feſtum, tàm per comune, quàm per homines dictæ ciuitatis ſit honorandum, & melius poſſit coli, & honorari. Et ſicut per eos, vel maiorem partem ipſorum deliberatum fuerit, ipſi Po. & Cap. vel Priores faciant obſeruari. Et quòd octo diebus ante dictum feſtum Po. & Cap. ſiue Priores faciant congregari Conſilium, & in dicto conſilio proponant de honorando dictum feſtum: & nihilòminus ipſi Po. & Cap. ſciant oĩa nomina hominũ artiũ ciuitatis; & ante feſtum, & eius aduentum præcipiant, & præcipere debeant, vel publicè, & in publicis locis banniri faciant, quòd ſinguli homines, & perſonæ adſcripti in arte teneãtur, & debeant ſecum ferre in vigilia ipſius feſti vnum duplerium ceræ ponderis vnius libræ ad minus, & ſe prȩſentent cum dictis dupleriis coràm ipſis Dominis: & in ipſa vigilia accedant ad eccleſiam ſancti Iacobi de muralto, ſociando Po. & Cap. cum eorum familiis, armis bene munitis cum duobus dupleriis. x. lib. ceræ pro quolibet: Et ibi requiſitionem faciant diligenter de omnibus ſyndicis caſtrorum, & villarum comitatus, & diſtrictus ciuitatis Cam. & habeant duplerios ſecundum modum, & ordinem infraſcriptũ videlicet, quòd quilibet Syndicus Caſtri & Villæ diſtrictus, et comitatus ciuitatis Cam. teneantur, et debeant in dicta vigilia apportare vnum duplerium mediæ libræ ceræ, pro qualibet vintina ſui ſyndicatus: Et cum dictis dupleriis accenſis ire ab Eccleſia ſancti Iacobi de muralto in vigilia beati Venantii de ſero ordinatè vſq; ad eccleſiam beati Venãtii: et in ipſa eccleſia ipſos duplerios relinquere penès operarium, ſeu ſuperſtites ſupradictos: Et ſi quis Syndicus ſupradictus deliquerit in prȩdictis, vel aliquo prædictorum, puniatur per Po. vel Cap. ſiue Priores comunis pro quolibet, et qualibet vice de facto in C. ſol. den. Et nihilòminus cogat talẽ, ſeu tales ſyndicos ad dandum duplerium ponderis antedicti. Et quòd operarius, ſiue operarii ſeu ſuperſtes teneantur, et debeant vinculo iuramenti dictos duplerios, ſeu pretium ipſornm conuertere in opus, vel fabricam dictæ eccleſiæ, vel eius membrorum: Quod ſi non fecerint dicti Syndici, dictos dupletios apud dictum operarium, ſeu ſuperſtitem dimittere non cogantur.

De modo, et ordine honorandi feſtum beati Venantij, et currendi ad Pallium, et alios ludos faciendi. Rub. 8.

QVia dignum, et iuſtum eſt feſtiuitatem B. Venantii martiris honorare, et venerari omnibus modis, quibus poteſt, præſertim propter eius quotidiana miracula, et cum ſpecialis ſit aduocatus ciuitatis Cam. volumus ſtatuentes, quòd in feſto ipſius beati Venantii debeat poni per dictum comune, in ſpiculo, vel angulo, ſiue pulpito S. Mariæ in Via, quod eſt extra dictam eccleſiam in eius pariete, vnum Pallium de Velluto Cremeſino, valoris, et æſtimationis Vigintiquinq; Scutorum auri, et tunc banniatur bis in mane, ante tertiam, et in die Sabbati ante ipſum feſtum, quòd omnes volentes currere ad ipſum pallium, liberè poſſint: et quod in ipſo bannimento exprimatur hora, in qua curri debet: et curſori, qui primò erit ad dictũ palliũ in equo ſedendo, idoneo ad currendum palliũ, et nõ equa, et ipſum tetigerit, vel prius tranſierit angulũ dictæ Eccleſiæ per viam, ſeu ſtratam, qua itur ad S. Iacobum, detur pallium ſupradictum. Et tales curſores equorum incipiant currere à loco, vbi vulgo dicitur (il Palazzo di Madonna) extra portam Fililli: et currant per viam directam, intrando per dictam portam Fililli, et per ueniendo ad plateam S. Venantii, et de directo eundo ad plateam S. Dominici, et de directo ad plateam magnam, et per Arẽgum ad plateam S. Angeli, et deinde intrando et eundo per ſtratam magnam, et de directo per ſtratam monaſterii monialium S. Saluatoris, et poſtea vſq; ad locum pallij: et ſi per alias vias, vel ſtratas, ſiue alio modo cucurrerint, etiam quòd primò peruenerint, pallium tetigerint, vel tranſierint, ipſum pallium non conſequantur: ſed illi detur, qui primò erit, et tetigerit, vel tranſierit, et per dictas ſtratas, ſeu vias vt ſupra peruenerit. Et de inde ponatur Spata ad dictum ſpiculũ S. Mariæ in Via, ad quam currant omnes volentes currere pedites, incipiendo currere

à porta

à porta Eccleſiæ S. Venantij, et currendo per eaſdem ſtratas vias, et loca, prout ſupra ad pallium curritur, reſpectiue. et qui primò fuerit ad ipſam Spatam, illi tribuatur, et detur. Et poſtmodum ponatur Annulus de Argēto in pede Arenghi comunis, ad quem currāt omnes volentes currere equites: et qui eum habuerit, habeat à Cam. Apoſt. vnū Florenū Auri: et facta ſolutione annulum Cameræ prædictæ reſtituat: ad quem annulum ronzini currere non poſſint, qui dantur ad vecturam, nec ragatii, neq; famuli aliquorum: et ſi haberent, non ualeant habere: nec etiam tubatores pœna xx. ſol. den. pro quolibet: Et non ualeat, ſi haberent. Et dicta die Theſaurarius Cameræ poni faciat in platea beatæ Mariæ virginis unam Anguintanam, ut eſt ſolitum. Quos ludos in die feſtiuitatis Poteſtas fieri faciat, et obſeruari uinculo iuramenti. Addimus huic ſtatuto, quòd quando currit ad dictum pallium, nullus equus ſtet in uia, uel ſtrata, nec currentibus ad pallium, et ſpatam per aliquem præſtetur impedimentum: Et ſi quis contrafecerit in prædictis, uel aliquo prædictorum puniatur per Poteſt. uel Cap. pro quolibet, et vice qualibet in x. libr. den. de facto ſine ſcriptura, uel proceſſu aliquo auferēdis.

Quod in feſto beati Venantij, et die ſequenti quilibet poſſit mercari, et ſtationes aperire. Rub. 9.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd in feſto beati Venantij quilibet poſſit mercari, et mercantiam facere ubicunq; uoluerit: et in dicta die, et ſequenti ſtationes aperire capitulo aliquo non obſtante.

De modo, et ordine creandi, et eligendi Syndicos eccleſiarum, conuentuum, monaſteriorum, et Hoſpitalium ciuitatis Camerini. Rub. 10.

UT res, et bona tàm mobilia, etiam pretioſa, quàm ſtabilia, et ſe mouentia, et introitus eccleſiarum, conuentuum, monaſteriorum, et hoſpitalium ciuitatis Camerini diligentius, ac fidelius gubernari, cuſtodiri, et adminiſtrari ualeant in futurum: hac lege perpetuò inuiolabiliter obſeruanda ſtatuimus, & ordinamus, quòd in quolibet infraſcriptorum locorum annò quolibet per Conſilium generale dictę ciuitatis conſtituantur, et eligantur tres ciues camerinenſes Laici ſcilicet, pro ſingulo terzerio ſingulus, optimæ vitæ, autoritatis, conditionis et famæ, ad arbitrium ſupradicti generalis Cōſilii: qui in quolibet dictorum locorum Iconomi, ſeu Syndici ſint, et huiuſmodi quouis nomine nuncupentur. Quorum quidem autoritas, et facultas ſit cuſtodiendi, et adminiſtrandi vnà cum Guardianis, Prioribus, Rectoribus, Abbatibus, vel Abbatiſſis (quocunq; hij nomine cenſcantur) dictorum locorum res, et bona mobilia, etiam pretioſa ſtabilia, et ſe mouentia, prouentus, et introitus eorundem, ita et taliter, vt negligentia, ſeu malitia cuiuſpiam, res, bona, et introitus prędictos diminuere deteriorare, ſeu quoquo pacto diſſipare minimè poſſit, ſub pœna ſimpli rei diſſipatæ. Volumus autem ad ęlectionem eorundem Syndicorum, hoc modo, et ordine deueniri, videlicet, vt propè finem menſis Decembris, ſeu in principio mēſis Ianuarii cuiuslibet anni Magnifici Do. Priores populi ciuitatis prædictę pro tempore futuri, primò in Conſilio Credentię, et poſtea in Conſilio Generali præponant, vt deueniatur ad electionem Syndicorum eccleſiarum, et locorum infraſcriptorum. Et illi ciues qui ſic electi fuerint, dictum ſyndicatus officium ſubire, et continuatim per integrum annum tantùm illud exercere debeant, et non vltra: ita tamen vt poſt completum eorum officium, qui fuerint ſyndici præteriti anni à dicto officio vacationem habeant per tres annos continuos: nec in dicto officio confirmari, ſeu prorogari, ſiue de nouo ad idem officium eligi poſſint, et debeant, quoquomodo. Et ſi ſecus fuerint confirmati, prorogati, ſiue de nouo electi, aut quomodolibet deputati: eorum confirmatio, prorogatio, electio, et deputatio ſit et eſſe debeat ipſo iure nulla. Et dicti ſyndici poſt finitum eorum officium teneantur, et debeant reddere rationem eorum adminiſtrationis infra XV. Dies à die completi officij in manibus dictorum D. Priorum, Abbatum, Rectorum, Guardianorum, vel Abbatiſſarum reſpectiuè cum præſentia, et aſſiſtentia nouorum ſyndicorum, ſub pœna du-

pli eius, quod reperiretur in manibus retinere. Loci verò, quibus dictos ſyndicos volumus deputari, ſint et eſſe debeant infraſcripti, Videlicet.

Hoſpitale magnum vnà cum eccleſia Sanctæ Marię Bellæ.

Monaſterium Phiæ.

Monaſterium Sanctæ Claræ.

Monaſterium Saluatoris.

Monaſterium Annunciatæ in Colle Bouis.

Monaſterium Syluestrinorum in Sancto Antonio.

Monaſterium Sanctæ Mariæ in Altino.

Conuentus Fratrum Annunciatæ Vignalium.

Conuentus Sancti Angeli minoritarum Sancti Franciſci.

Conuentus Sancti Auguſtini.

Conuentus Sancti Dominici.

Conuentus Fratrum Sancti Franciſci Zoccolantium.

Eccleſia Sanctę Mariæ in Via.

Eccleſia Apoſtolorum in via Plana.

Eccleſia Sancti Ioannis de Filillo in Campo Buffi.

De modo ordine, & forma eligendi Poteſtatem, & Capitaneum ciuitatis Camerini, & de officialibus, familiaribus, & equis retinẽdis per eos. Rub. 11.

ITem ſtatuimus, & ordinamus quòd Magnifici D. Priores Populi ciuitatis Cam. pro tempore exiſtentes teneantur, & debeant proponere pro Poteſtate in conſilio minori Credentie prius vnum bonum, legalẽ, peritum, & expertum doctorẽ, qui exercuerit plura officia in magnis ciuitatibus, & terris, & fuerit doctoratus per annos ſex antea: & ſit originarius loci diſtantis à dicta ciuitate Camerini per XXV. miliaria, & bonæ conditionis, & famę, ac nominis, per duos menſes ante finitum officium tunc exiſtentis Poteſtatis, & inde, ſi fuerit obtẽtus canonice, videlicet, per duas ex tribus partibus, tranſmictatur, & tranſmicti debeat in Conſilium Generale, & ibi ſi fuerit canonice obtentus ꝑ duas ex tribus partibus, intelligatur electus pro dicto Poteſtate. Et huiuſmodi electio ipſius D. Poteſtatis, vel prætoris mictatur & micti debeat per ipſos mag. D. Priores tunc temporis exiſtentes ipſi Poteſtati electo in forma cum capitulis ſolitis, & conſuetis infra mẽſem poſt ipſam electionẽ. Et idem dicimus obſeruari debere in electione D. Cap. vel Iudi. Appel. & aliorum officialium reſpectiue.

Quòd Poteſtas, & Capitaneus teneantur venire ad ciuitatẽ Camerini tribus diebus ante principiũ eorũ officij, & apportare vnũ palliũ de ſerico ꝑ quolibet. Rub. 12.

ITem, quòd prædicti Poteſtas, & Capitaneus Populi teneantur, & debeant perſonaliter venire ad dictam Ciuitatem cum omnibus officialibus, familiaribus, & equis tribꝰ diebus ante principium eorum regiminis, & introitum facere ſollẽniter: Et ea die, qua quiſq; venerit, iurare ad ſancta Dei Euangelia corporaliter tacto libro ſtatutorum officium ſuum bene, & legaliter exercere. Quæ iuramenti præſtatio ab eis, & eorum quolibet ſeorſum, & ſeparatim facienda recipiatur ante oſtium Eccleſiæ Sanctæ Mariæ maioris Epiſcopatus ante, quàm ex equis deſcendant. Volumus inſuper, quòd eadẽ die Poteſtas teneatur, & debeat ſecum portare vnum pallium de ſerico valoris, & æſtimationis ſexdecim libr. den. ad minus: & illud offerre eccleſiæ B. Mariæ maioris epiſcopatus, ſiue loco ipſius pallij, dare, & ſoluere quatuor Florenos Camerario dictæ eccleſiæ, cùm primùm iurauerit. Et pariter volumus à Cap. Populi, ſiue Iudi. Appel. vnum pallium ſecũ portari eiuſdem valoris & æſtimationis: illudq; ſimiliter ea die, qua iurauerit, per eundẽ offerri eccleſiæ B. Venãtij martiris Capitis comunis, & Populi ciuitatis Cam. ſiue loco dicti pallij dari & ſolui per ipſum Cap. vel Iudi. Appell. quatuor Florenos Camerario dictæ eccleſiæ eadem die, qua iurauerit. Si quis verò ex prædictis officialibus cõtrafecerit, incurrat pro quolibet pœnam L. libr. in totum comuni applicandarum. Quã pœnam

pœnam Camerarius comunis de ſalatio contrafacientis, debeat retinere, & ipſam con uertere in vtilitatem illius Eccleſiæ, quæ pallium non habuerit ſupradictum.

De modo tenendo in ſolutione ſalariorum Poteſtatis, & Capitanei. Rub. 13.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſalarium Poteſtatis, & Cap. prædictorum hoc mo do ſoluatur, videlicet, quòd Camerarius comunis, vel alius ad ſoluendum deputatus, ſingulam tertiam partem ipſius ſalarii, ſingulis duobus menſibus ſoluere teneatur. Tertia verò, & vltima portio dicti ſalarii per Camerariũ comunis, vel aliũ deputatum, retineri debeat vſque ad tempus condemnationis, vel abſolutionis faciendæ in eorum ſyndicatu per rationatores comunis. Et ſi camerarius comunis ſolutionem huiuſmodi aliter fecerit, quàm modo, & forma prædictis: puniatur & condemnetur per Poteſt. vel Cap. Populi, in C. lib. den. pro quolibet, & vice qualibet: & ad dictam tertiam partem ſolutam, ipſe Camerarius vel alius ad ſoluendum deputatus condemnari, & puniri debeat, & de ſuo ſoluere teneatur.

De Iuramento præſtando per officiales, & familiares Po. & Capitanei. Rub. 14.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quòd Iudices, milites, ſeu ſotij, notarij, domicelli, & familiares Poteſtatis, & Capitanei teneantur, & debeãt iurare ad ſancta Dei Euangelia corporaliter manu tactis ſcripturis eorum officium bene, & legaliter exercituros, ipſosq; obſeruaturos omnia, & ſingula ſtatuta, ordinamenta, & reformationes comunis, vel Populi, tàm facta, quàm facienda prout iacent, & ſcripta ſunt in volumine ſtatutorum dicti cõis: & vltra pœnam periurii in pœna. x. libr. pro quolibet, & qualibet vice.

Quòd officialis forẽſis, qui fuerit in aliquo officio in ciuitate Camerini, non poſſit eſſe in eodem officio, vel alio ad tres annos tunc ſequentes. Rub. 15

Item ſtatuimus, & ordinamus, quòd Poteſtas, & Cap. & omnes officiales forenſes Ciuitatis Camerini, qui fuerint in vno anno in aliquo officio ciuitatis prædictæ, nõ poſſint in eodem officio, nec aliquo alio dicti comunis, vſq; ad tres annos completos, nec ipſi, nec filij, nec eorum fratres carnales, nec nepotes carnales eligi: & ſi contingeret in dicto officio confirmari, & per annum in officio fuiſſe, non poſſit vltra annum confirmari. Et ſi eligerentur: eorum electio non valeat, nec teneat ipſo iure. Et Poteſtas, & Capitaneus populi, qui in ciuitate Camer. pro tempore fuerint electi, non poſſint in dicta ciuitate habere aliquem conſanguineum, vel affinem, vſq; in tertium gradum, nec in eius territorio, vel diſtrictu. Et ſi electio dicta forma nõ ſeruata fieret: non valeat, nec teneat ipſo iure. Et quòd Cancellarius notarius Reformationum dicti comunis in conſilio, in quo tractatur de electione poteſtatis, vel capitanei, præſens ſtatutum vulgariter, & diſtinctè legere teneatur, et debeat ad pœnam x. libr. den. de ſuo ſalario auferendarũ.

Quòd ſi Poteſtas, & Cap. ſeu alter ipſorum electi fuerint, & non venerint, nullum ius acquiratur eis. Rub. 16.

SI poteſtati, vel capitaneo ciuitatis Camerini electio poteſtariæ, vel capitaniæ dictæ ciuitatis fuerit præſentata, & acceptauerint: & poſt præſentationem, & acceptationem poſt terminum ſibi in electione præfixum, vel intra octo dies poſtea ex legitima cã impeditos ad dictã Ciuitatem ad officium exercendum eos non venire contigerit: nullum ius, ſeu actio contra dictum comune occaſione dictæ electionis, ſeu præſentationis eis acquiratur. Idem iuris eſſe volentes in illis, qui venerint, & ipſum officium cõtigerit eos non exercere.

Quòd Poteſtas, & Cap. veniant, & recedant eorum riſico, & fortuna. Rub. 17.

POteſtas, & Cap. qui electi fuerint ad regimen dictæ ciuitatis, & alii officiales eiuſdem venire debeant ad ipſum officium exercẽdum, & redire omnibus eorum ſumptibus, & expenſis, riſico, periculo, & fortuna in perſona, & in rebus: & in dicta ciuitate continuam reſidentiam facere: nec ipſi, vel alter ipſorum poſſint à conſilio, ſeu alia perſona petere licẽtiam abſentandi à ciuitate, vel diſtrictu Camerini durante tempore ipſorum, vel alicuius ipſorum regiminis, & ſyndicatus. Et ſiquis contra prædictam formam præ-

poſuerit,ſcripſerit,vel arrengauerit: puniatur,& condemnetur per Pot.ſeu Cap. ſubſequentes in C. libr. den. pro quolibet & qualibet vice: Et nihilòminus ſit infamis, & ab omni officio,& beneficio comunis remotus,& perpetuò priuatus. Et depoſito dicto eorum officio,ſeu alicuius eorum ſtare teneantur,& debeant ad ſyndicatum perſonaliter in dicta ciuitate cum omnibus ipſorum officialibus,& familiaribus tribus diebus pro ſe,et dictis eorum officialibus,et familiaribus: et tàm comuni, quàm ſpecialibus perſonis in dicto ſyndicatu reſpondere coràm rationatoribus per dictum comune deputandis. Et ſi infrà dictos tres dies eis,vel alicuius ipſorum,vel alicuius ipſorū officiali,vel familiari daretur aliqua petitio,vel libellus ſup qua, ſeu quo fieret litis cõteſtatio: quinq; diebus tunc proximè ſubſequentibus poſt dictos tres dies teneatur ad ſyndicarum ſtare et eidem ſyndicatui effectualiter reſpondere. Si verò eis, vel alicui ipſorum,ſeu ipſorū, vel alicuius ipſorum officialibus,vel familiaribus nulla daretur petitio, quarta die poſſit abſolui: idem ſi ſuper ipſa non fuerit lis conteſtata. Si verò infrà dictos tres dies eis, vel alicui ipſorum, ſeu alicui ipſorum officiali daretur aliqua petitio, ſuper qua fieret litis conteſtatio: non poſſint,nec debeant abſolui,vel condemnari, niſi ſexta die ſui ſyndicatus.Et ſi rationatores,qui eum,vel eos habebunt ſyndicare, aliter abſoluerint, vel condemnauerint,quàm modo,et forma prædictis,condemnentur per Poteſtatem,vel Cap. ſubſequentes in c. libr.den.pro quolibet: Et nihilòminus ſint infames, et ab omni officio, et beneficio dicti comunis perpetuò ſint excluſi. Notarius verò rationatorum dicti comunis, qui contra dictam formam abſolutionem ſcripſerit, pœnis prædictis ſimiliter puniatur.

Quòd non fiat depoſitum de pecunia dicti comunis. Rub.18.

POteſtas,et Cap.dicti comunis,nec aliquis ipſorum,nec ipſorum,vel alicuius ipſorum officialis de condemnationibus dicti comunis,ſeu pecunia,vel hauere non poſſint apud aliquam ſpecialem perſonā depoſitum facere ad pœnam c. libr. den. pro quolibet, et qualibet vice, in quibus tempore eorum ſyndicatus per rationatores dicti comunis debeant condemnari: Niſi penès Camerarium, dicti comunis, ſeu alium deputatum,et approbatum ab ipſo Iudice de cauſa cognoſcente. Ab illo autem, qui huiuſmodi depoſitum reciperet,per illum, qui depoſitum fecerit,pecunia, ſeu res, quas depoſuerit , repeti poſſit: ad quas,ſeu quam omnimodè compellatur.

Quòd Poteſtas,et Cap. et alii officiales ciuit. Cam. non retineant aliquem ciuem vel diſtrictualem camerini in familiarem. Rub.19.

ITem ſtatuimus,et ordinamus,quòd Poteſtas,et Cap. et eorum officiales,et oẽs alii officiales comunis et populi Cam. non poſſint,nec debeant tenere in ſua familia aliquē habitatorem ciuitatis,vel diſtrictus camerini toto tempore ipſorum regiminis: Et nullus habitator ciuitatis,vel diſtrictus camerini audeat,vel præſumat ſtare cum eis pro ſeruiente, vel domicello toto tempore ſui regiminis. Et qui contrafecerit,puniatur,ſi fuerit Poteſtas,vel Cap. in 25. libr.den.pro quolibet, et quolibet famulo. Et famulus condẽnetur in x.libr.den.Et nihilòminus ipſum famulū,vel famulos expellat de ſuo officio.

Quòd nec Po.nec Cap. nec aliquis alius officialis poſſint in conſilio ſtare, dum de eorum facto præponitur. Rub.20.

ITem ſtatuimus,et ordinamus,quòd nec poteſtas,nec capitaneus, nec eorum familiares, et officiales poſſint in conſilio ſtare dum de eorum proprio facto præponitur, vel tractatur: et ſi contrafecerit, illud,quod deliberaretur,non valeat nec teneat ipſo iure. et ſi aliquid occaſione talis deliberationis acceperit,dicto comuni reſtituere teneatur: et dum de facto proprio Poteſtatis tractari contigerit: tractetur in eius abſentia, vbicunq; contigerit tractari: et verſa vice dum tractatur de facto proprio capitanei: tractetur (vbicunq; contigerit tractari) in abſentia domini capitanei. Et ſi aliter factū fuerit,non valeat: et idem dicimus,quando tractaretur,quòd poteſtas,vel capitaneus deberent ire in aliqua Ambaſſiata pro facto comunis: et ſi deliberatum fuerit: ſecundum formam

mam ſtatutorum debeant habere pro quolibet illud ſalarium, quod eis fuerit ordinatũ: et deliberatio valeat, ac ſi poteſtas, et capitaneus perſonaliter intereſſent.

Quòd nec poteſtas, nec capitaneus, nec officiales comunis camerini, nec familiares poſſint, nec debeant verberare aliquem ciuem. Rub. 21.

LEge præſenti ſancimus, quòd nec Poteſtas, nec Capitaneus, nec aliquis alius officialis dicti comunis, nec familiares ipſorum debeant verberare aliquem ciuem, ſeu diſtrictualẽ ciuitatis Cam. niſi forte in exercitu, vel pro diuiſione rixarũ et rixantiũ ſine ſanguine, et ſine debilitatione membri: et qui contrafecerit, ſoluat pro banno comuni pro quolibet, et qualibet vice Centum libra. denariorum: et nihilòminus puniatur vltra prædictam formam et pœnam, ſecundum formam ſtatutorum loquentium de prædictis. Et capitaneus teneatur, et debeat eum, vel eos condemnare ſecundum formam ſtatutorum ad petitionem accuſatoris. et ſi capitaneus fuerit negligens in prædictis: perdat de ſuo ſalario centum libr. den. In quibus per rationatores comunis debeat condemnari tẽpore ſyndicatus. Idem dicimus de capitaneo, et ſuis officialibus, et familiaribus, quãdo aliquem verberarent modo prædicto ſcilicet, quòd poteſtas ſimili modo teneatur procedere contra capitaneum, ſuoſq; officiales, et familiares ad dictam pœnam.

Quòd poteſtas, et capitaneus non poſſint ſimul comedere, nec inter ſe aliquod enſenium mictere. Rub. 22.

STatuimus, et ordinamus, quòd poteſtas, et capitaneus comunis camerini non debeant ſimul comedere, nec inter ſe aliquod enſenium mictere: et ſi contrafecerint, perdant de eorum ſalario C. libr. den. pro quolibet: in quibus per rationatores dicti comunis debeant condemnari: et hoc locum habeat intrà ciuitatem, et burgos, et infra vnum milliare propè ciuitatem camerini, non obſtante licentia, ſi qua daretur per conſilium: et ſi daretur, et contra prædicta arrengaretur: non valeat, et arrengans puniatur in x. libr. den.

De augumentando, et defendendo per poteſtatem, et capitaneum et alios officiales præſentem bonum ſtatum comunis, et populi ciuitatis camerini. Rub. 23.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd poteſtas, et capitaneus, et alii officiales teneãtur, et debeant pœna præſtiti iuramenti gubernare, augumentare, et defendere totis eorũ viribus pręſentem bonum, et pacificum ſtatum comunis, et populi ciuitatis camerini, et nõ permittere, quòd minuatur in aliquo, quod abſit: et omnia caſtra, iura, iuriſdictiones poſſeſſiones, et finaitas dicti comunis. et dare operam cum effectu, quòd caſtrum Guardiæ, caſtrum Criſperij, Rocca ſanctæ Mariæ in Monte, caſtrum Capriliæ, caſtrum Apẽnini, caſtrũ Colliſpretæ, caſtrum Rocchettæ, caſtrũ Montis ſancti Poli, caſtrum Dignani, caſtrum Serauallis, caſtrũ Sãcti Ioannis de Fluminata, caſtrum Purdauini, caſtrum Sanctæ Mariæ, caſtrũ Sefræ, caſtrũ Serræ filiorum Petronis, caſtrũ S. Anatholiæ, caſtrũ S. Venantij, et omnia alia caſtra, et poſſeſſiones, quæ, et quas habet dictum comune in confinibus, et infra, et extrà confines, taliter, et tali modo cuſtodiãtur, quòd ſemper ſint in ſeruitio, et ad ſeruitium, et ius ciuitatis prędictæ, & in iure eiuſdem: et quòd in aliquo non lædantur. Et dare teneantur operam cum effectu: quòd caſtrum Belfortis ad ſeruitium comunis prædicti reducatur, vt olim fuit dicti comunis. Et non permittant præponi in dicto conſilio, vel parlamento, quòd ipſius comunis iura in aliquo minuantur; et ſi quis cõtrafecerit: puniatur in mille libr. den. per rationatores comuuis prædicti: et præpoſita, et deliberatio, quæ fieret contra dictã formã, non valeant, nec teneant ipſo iure.

De modo, et ordine tenendis in cuſtodiendo caſtra comunis. Rub. 24.

STatuimus, et ordinamus, quòd Poteſtas, et Capitaneus dicti comunis teneantur vinculo iuramenti pręciſe infra vnum menſem introitus eorum regiminis facere congregari conſilium comunis, & populi dictæ ciuitatis, in quo præponant, quibus modo, & forma caſtra, & Rocchæ comunis Camerini cuſtodiantur: & de concimine ipſorum faciendo: & de aliis nouitatibus faciendis in ipſis caſtris: et ſecundum, quod fuerit delibe

ratum, id Poteſtas, & Cap. teneantur executioni mandare.

Quòd poteſtas, capitaneus, & alii officiales forenſes non poſſint comedere, nec bibere cum aliquo ciue. Rub. 25.

STatuimus, & ordinamus, quòd Poteſtas, et Capitaueus, eorumq; officiales, & familiares, & alii officiales forenſes dicti comunis non poſſint, nec debeant comedere, nec bibere infra ciuitatem cum aliquo ciue, vel diſtrictuali dictæ ciuitatis. Et ſi contrafecerit: condemnetur poteſtas, & capitaneus, & quilibet ipſorũ in 25. libr. den. & quilibet alius officialis in x. libr. den. & quilibet familiaris in xx. ſol. den. pro qualibet vice. Et nec Camerarius comunis, nec eius notarius, nec notarius reformationum poſſit comedere cum poteſtate, capitaneo, ſeu eorum officialibus, ſeu aliis officialibus forenſibus dicti comunis: Et ſi contrafactum fuerit: condemnetur quilibet ipſorum pro qualibet vice per rationatores ipſorum in eadem pœna reſpectiuè. & quòd poteſtas, & capitaneus, & eorum officiales, vel familiares nullum enſenium recipiant ab aliqua perſona ciuitatis, vel diſtrictus camerini, & ſi contra factum fuerit per eos, vel alterum ipſorum: cõdemnetur pro quolibet, & qualibet vice in quinquaginta libr. den.

Quòd poteſtas, et capitaneus, & alii officiales forenſes teneãtur facere depingi in coopculis eorũ librorũ arma ipſorũ ante reaſſignationẽ ipſorũ librorũ. Rub. 26.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd poteſtas, et capitaneus, et alii officiales forenſes dictæ Ciuitatis teneantur, & debeant ad pœnam 25. lib. den. in fine eorum officii depingi facere in cooperculis ipſorum librorum, antequàm libri reaſſignentur, arma eorũ, ſeu alterius ipſorum. Quę coopercula ſint de cartis pecudinis: quòd ſi prædicti officiales, ſeu alter ipſorum prædicta non fecerint: Camerarius comunis de eorum ſalario debeat depingi facere coopercula prædicta expenſis ipſorum, ſeu alicuius ipſorum. Et ſi contingat quòd officiales prędicti depingi faciant: depingantur eorũ expenſis.

Pro conſeruando bonum, & pacificum ſtatum comunis, & populi camerini, quòd ſint in ciuitate camerini nouẽ artes, et de ordine tenendo per ipſas. Rub. 27.

UT præſens bonus, & pacificus ſtatus comunis, & populi ciuitatis camerini conſeruetur, & de bono in melius augumẽtetur: præſenti lege firmamus, quòd poteſtas et capitaneus, et alii ſuperiores comunis prædicti obſeruent, & obſeruari faciant, quòd in ciuitate Camerini ſint nouem Artes. Prima ſit Iudicum, ſiue Doctorum collegij. Secunda Procuratorum, & Notariorum. Tertia Mercatorum. Quarta Calzolariorum. Quinta Merciariorum. Sexta Fabrorum. Septima Sutorum, & Barbitonſorum. Octaua Magiſtrorum lapidum, & lignaminum. Nona, & vltima Beccariorum, & Tabernariorũ, Qui, & quilibet eorum habeant et habere debeant de ſua Arte vnum capitaneum. Et qui fuerit capitaneus de vno anno, non poſſit eſſe vſq; ad tres annos completos: excepto quòd capitaneus collegii iudicum, ſiue Doctorum collegii debeat habere vacationem vnius anni ad minus. Et qui non vtitur arte, in qua fuerit electus, capitaneus eſſe nõ poſſit, et non recipiatur: et dictarum artium capitania non poſſit in alterum transferri neq; commutari, ſed omnino per extractum cap. exerceać, ſub pœna priuationis dicti officii ipſo iure per tempus et durante tempore ſex annorum. Quæ artes, et quælibet ipſarum in ſua arte pro toto anno habeat ſex capitaneos, videlicet de quolibet Terzerio duos: excepta arte Iudicum, vel Doctorum, ſi tot in ea non reperirẽtur: quorum Capitanei officium duret duobus menſibus tantùm. Et ita Poteſtas, et capitaneus, ſeu alii ſuperiores obſeruari faciant. Qui capitanei artiũ, vel maior pars ipſorum in oĩbus Conſilijs ſuæ artis debeant intereſſe: et poſſint in eorũ arte ordinamenta facere ad bonum ſtatum ipſius artis, et formam legaliter obſeruandam in ſua arte. Et quilibet capitaneus congregare poſſit ſuam artem ad hoc, vt ſentiant facta comunis, & ipſi comuni occurrentia, et licentiam habeant, & liberam poteſtatem ad omnia, & ſingula conſilia ſuæ artis reſpectiuè accedendi, in eiſq; morandi, & conſulendi prout ad vtilitatem comunis eis diuina prouidentia miniſtrabit: & vocem habeant in ipſo conſilio, vt alii conſiliarii; & in

renouatione

renouatione conſilii ſuæ artis, vocem habeant: etiam ſi capitanei non eſſent: dummo do extiterint. Et quòd nullus poſſit eſſe capitaneus alicuius artis: niſi poſſideat in bonis valētia ccc. lib. Et ſit appretiatus in appretio cōmunis pro xl. lib. ad minus. Et quòd nul lus poſſit eſſe capitaneus alicuius artis: niſi fuerit à xxx. annis citrà: & per dictum tem- pus ciuis, & habitator ciuitatis camerini, vel ſui anteceſſores: & niſi fuerit ætatis 25. annorum ad minus, & ſit indutus, & calciatus de colore: & habeat domum propriam infrà ciuitatem, vel burgos pœna 25. librarum de facto auferenda per Poteſtatem, vel Capitaneum, vel alium ſuperiorem. Et de his fiat inquiſitio per Poteſtatem, & Cap. & alios ſuperiores, & capitaneos artium ante, quàm approbetur. Et facta inquiſitione tunc. Notarius reformationum teneatur, & debeat ante approbationem ipſorum capitaneo- rum dicere in ipſo conſilio in quanta quantitate, & numero qui debet approbari, ſit ap preciatus: Et ſi inuentus fuerit ſufficiens; tunc approbetur in conſilio xx. bonorum ho- minum per contratā ad buſſulas, & palluctas, & obtineatur per duas partes ex tribus di ctorum conſiliariorum artium. Et ſi aliquis capitaneus non fuerit ciuis, dictæ ætatis, & non habuerit bona valentia. ccc. lib. den. & appretiatus ad minus in. xl. lib. (vt ſuprà di- ctum eſt) non poſſit exercere dictum officium capitaniæ: & eius electio, & approbatio non valeant, nec teneant ipſo iure. Capitaneus verò Artis, qui contra dictam formam Notario reformationum aliquem in capitaneum aſſignauerit, puniatur pro quolibet, & qualibet vice per Poteſtatem, vel Capitaneum Populi in x. lib. den. auferendis de fa cto. Et ſi notarius reformationum dicti cōmunis non leget in quanta quantitate eſt ap pretiatus capitaneus approbandus ante approbationem ipſius in conſilio: puniatur p Poteſtatem, vel Cap. in x. lib. den. de facto auferendis. Capitanei verò artium, & homi nes ipſarum artium, dum accedent ad feſtum, & eccleſiam beatæ Mariæ virginis, et fe- ſtum, et eccleſiam beati Venantii, ſeu aliud feſtum ſimul accedere debeant vna poſt a- liam, et in palatio ſedere per infraſcriptum modum. Videlicet.

Primò Collegium Iudicum, ſiue Doctorum.
Secundò Collegium Procuratorum, et Notariorum.
Tertiò Ars Mercatorum.
Quartò Ars Calzolariorum.
Quintò Ars Merciariorum
Sextò Ars Fabrorum.
Septimò Ars Sutorum, et Barbitonſorum.
Octauò Ars magiſtrorum Lapidum, et Lignaminum.
Nonò, et vltimo Ars Beccariorum, et Tabernariorum.

Quòd omnes Artes ciuitatis Camerini conſeruentur in eo ſtatu in quo nunc ſunt. Rub. 28

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd oēs Artes ciuitatis camerini, & Homines ipſa- rum artium conſeruentur in eo ſtatu, in quo nunc ſunt. Et ſi quis contràfecerit, vel ar rengauerit: incurrat pœnam. c. lib. quam poteſtas, et capitaneus de facto exigant pro eorum ſalario.

Quòd nullus poſſit percipere capitaniam, vel officiū, niſi pro vna arte. Rub. 29.

STatuimus, quòd ſi aliquis exercuerit plures artes varias, et diuerſas, nō poſſit ha- bere vocē: nec percipere, vel operari aliquā capitaniā, vel aliquod officium pro cōmuni, vel in communi, niſi pro vna ipſarum: quam magis frequentauerit, vel exer- cuerit. Et ſi contrafecerit: pro vice qualibet in. c. ſol. den. condemnetur.

De Baylia, et autoritate conſiliorum communis, et populi camerini. Rub. 30.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd dictum Conſilium, ſeu conſilia habeant autori- tatem, et Bayliam deliberationes, reformationes, et ordinamenta condendi, et faciē di: Poteſtatem, Capitaneum Populi, aliosq; officiales ſupradicti communis aduenas, et forenſes eligendi, et nominandi ſecundum formam ſtatutorum loquentium de electio

 ne ipſorum

ne ipſorum officialium: expenſas deliberandi: excepto de datiua: ambaſſiatas ordinā di, et cætera alia faciendi, et ordinandi quæ cōmuni prædicto, ſeu ſpecialibus perſonis occurrerent facićda: Et deliberata, et ordinata, et reformata in dictis conſiliis ſecundū modū, et ordinē in præcedenti ſtatuto contētos habeant perpetuò roboris firmitatem.

De officio Notarii reformationum, et Cameræ ciuitatis camerini: et de modo, et ordine tenendis in eius officio. Rub. 31.

CVm ea, quæ deliberantur in conſiliis ſupradictis, et aliis congregationibus dicti cō munis oporteat eſſe publica, et manu publici, et autentici Notarii apparere: præſen ti lege, et ordine firmamus, quòd in ciuitate Camerini ſit vnus Notarius Cancellarius reformationum, qui teneatur, et debeat pœna. 25. lib. den. de ſuo ſalario tēpore ſui ſyn dicatus per rationatores ipſius auferendarum, ſcribere in quaternis cartæ bambacinæ omnes, et ſingulas deliberationes, reformationes, et ordinamēta dicti cōmunis, quæ fie rent per capitaneos artium, ſeu conſilia ſupràdicta, ſeu per quemcunq; modum fierent in cōmuni prædicto. Et ſi per alium Notarium ſcriberentur, non valeant, nec teneant ipſo iure, et ſint perinde, ac ſi deliberata non eſſent: Niſi eo caſu, quo Notarius reforma tionum ſubſtitueret alium loco ſui. qui ſubſtitutus poſſit prædicta ſcribere, vt ipſe notarius reformationum ſcribere poteſt.

Quòd capitanei artiū durante eorū officio non poſſint habere officiū in cōi. Rub. 32.

UOlumus, et ordinamus, quòd durante tempore duorū menſiū deputatorū officio capitaneorum artium, nullus ex ipſis capitaneis poſſit habere aliquod officium in cōmuni: nec in Ambaſſiatas ire: nec aliquam petitionem alicuius ſpecialis perſonæ ad conſilium mittere, nec præponere: niſi prius deliberata eſſet inter ipſos, et obtenta per duas partes ipſorum ex tribus ad buſſulas, et palluctas. Et ſiquis contrafecerit: puniatur pro quolibet, et qualibet vice in 25. lib. den. per Poteſtatem, vel capitaneū auferendis.

De pœna dicentis, vel facientis iniuriā capitaneis artiū durāte eorū officio. Rub. 33.

SI quis tantę temeritatis extiterit, quòd alicui ex capitaneis artium cōmunis cameri ni durante tempore eorum officii aliquam iniuriam dixerit, vel fecerit: puniatur pro quolibet, et qualibet vice, qua verbum iniurioſum dixerit, vel aliquam iuiuriam fecerit, in quadruplum eius, in quo puniri deberet per formam ſtatutorum, et ordinamentorū cōmunis camerini: et poſſit procedi per inquiſitionem capitulo aliquo non obſtante: cum talis iniuria pertineat ad cōmune.

De baiulis dandis, et aſſignandis per infraſcriptas vniuerſitates caſtrorum, et villarum ciuitatis Camerini, Rub. 34.

STatuimus, et ordinamus, quòd infraſcripta caſtra, et vniuerſitates, et ſyndici, et maſſarii ipſorum caſtrorum, et vniuerſitatum teneantur, et debeant aſſignare baiulos quolibet anno infra octo dies poſt calendas Ianuarii, videlicet quælibet dictarum vniuerſitatum vnum baiulum pro qualibet ipſarum. Ad quod faciendū Poteſtas et Capitaneus, et eorum officiales, ſeu Priores populi ciuit. Camerini, et quilibet ipſorum poſ ſit, et debeat ipſos ſyndicos, et maſſarios, et vniuerſitates cogere ad dandum, et aſſignā dum ipſos baiulos infra tempus prædictum de facto, ſine ſtrepitu, et figura iudicii: Et cō trafacientibus pœnam imponere, et auferre ab ipſis vniuerſitatibus, ſyndicis, et maſſariis contrafacientibus, et quolibet eorum caſtrorum vſq; in quantitatem 25. libr. den. pro qualibet vniuerſitate, et ſyndico adeò, quòd ſufficiat tantùm, quò ad vniuerſitatem ſyndicum, et maſſarios. Et nihilòminus dictum baiulum aſſignare cogantur. Qui baiuli ſint idonei, et ſufficientes ad dictum officium exercendum: et ſint ętatis 20. annorū et plus: Et etiam teneatur aſſignare idoneos fideiuſſores pro dictis baiulis infra dictum tempus, quòd legaliter exercebunt eorum officium: Et ſi in eorum officio deliquerint: quòd ipſi fideiuſſores teneātur ſoluere condemnationem et pœnam dictis baiulis impo nendam: ſi ipſi baiuli non ſoluerint vel ſoluere non potuerint. Et quòd nullus poſſit reci pi in baiulum cōmunis, qui ſit lx. annorū: nec officiū baiulatus poſſit modo aliquo exer-

cere.

cere. Caſtra, et vniuerſitates, quæ communi baiulos aſſignare tenentur, et debent ſunt hæc. Videlicet.

De Terzerio Subſancti.

Caſtrum Raymundi.	Caſtrum collis Pretæ.
Caſtrum Borgiani.	Caſtrum Fauerii.
Caſtrum Caldarolæ.	Caſtrum Criſperii.
Caſtrum Viſtignani.	Caſtrum Campolartii.
Caſtrum Sancti Venantii.	Caſtrum Stacti.
Caſtrum Flugni.	Caſtrum Ceſſapalumbi.
Caſtrum Montisalti.	Caſtrum Monaſterii Inſulæ.

De Terzerio Medii.

Caſtrum Vallis Sancti Angeli.	Caſtrum Agollæ.
Caſtrum Coponiæ.	Caſtrum Ploraci.
Caſtrum Sortis.	Caſtrum Fluminatæ.
Villa coſtę Fegorii	Caſtrum Sanctæ Mariæ.
Caſtrum Iouis.	Caſtrum Vallis Caldariæ.
Caſtrum Tuſi.	Caſtrum Montis Sancti Poli.
Caſtrum Seramulæ.	Caſtrum Iolandrii.
Caſtrum Serauallis.	Caſtrum Plæbis Taurini.
Villa Maſſæ.	

De Terzerio Muralti, Murrupti, et Ciſternæ.

Caſtrum Boluelli.	Caſtrum Rocchæ Mattæi.
Caſtrum collis Menſis.	Caſtrum Floris Montis.
Caſtrum colpolinæ.	Caſtrum Petrignani.
Caſtrum Coruenani.	Caſtrum Flegni.
Caſtrum Frontilli.	Caſtrum Plæbis Bouiliani.
Caſtrum Inſulæ.	Caſtrum Vallis Geæ.
Caſtrum Rocchæ Maii.	Caſtrum Flaſtrę.
Caſtrum capriliæ.	Caſtrum Antici.
Caſtrum Apennini.	Caſtrum Turriculi.
Caſtrum Aquacaninæ.	Caſtrum caſauecchiæ.
Caſtrum Bolognolæ.	

De Salario Baiulorum, et de mõ, et ordine per eos tenendis Rub. 35.

BAiuli teneanť habere ꝑ eorũ viatico infra ciuitatẽ, et burgos tres quadrãtes citãdo illũ, vel illos, quos Actor voluerit duabus vicibus, ſi Actor voluerit, et neceſſe fuerit. Extrà verò ciuitatẽ ꝑ vno quoq; milliari vnum bolonenum per totum diſtrictum ciuicitatis camerini. Prò tenuta danda infrà ciuitatẽ vnũ bolo. Extrà ciuitatẽ verò pro quolibet milliari vnũ bolo. Et nihil aliud petere, nec habere poſſit. Et citationes, quas fecerint teneantur referre Notario in curiis infra duos dies. Et ſi contrafecerint in prædictis vel aliquo prædictorum: pro qualibet vice, et quolibet ipſorum xx. ſol. cõmuni ſoluere teneantur, et debeant: Et de hoc ſtetur iuramento denunciatoris. Et nullus baiulus accipiat pignora: niſi acciperet ex pręcepto eidem facto, quòd accipiat pignus ſub iàm dicta poena: cuius medietas ſit cõmunis, et altera accuſatoris: Et pignora ablata per ipſum teneatur reſtituere ad petitionem illius, cuius eſt pignus recepta competenti mercede, et facta ſatisfactione ſecundum formam ſtatutorum dicti cõmunis. Et quòd baiuli non ponant ſignum Poteſtatis in biretis: nec ſignum cõmunis. Et quòd baiuli teneantur reddere rationem, vt alii officiales cõmunis. Addimus huic ſtatuto, quòd quicunq; baiulus citauerit aliquem, teneatur, et debeat ſibi dicere nomen Iudicis, et notarii, coràm quibus vocatur citatus, et nomen ipſius baiuli, et pronomen, et vnde eſt ipſe baiulus: et relinquere ad domum grauati, vel pignorati præſente vno teſte ad minus. Et ſi contrafece

rit: puniatur de facto in.c.ſol.den.de facto auferend. per Poteſtatem, vel Cap. vel ipſorum, ſeu alicuius eorum officiales.

Qualiter præponatur in conſilio debaiulis renouandis, vel cõfirmandis. Rub. 36.

POteſtas,& capitaneus ciuitatis camerini teneantur,& debeant vinculo iuramenti infra vnum menſem introitus ipſorum regiminis in conſilio præponere, vtrum baiuli cõmunis, qui olim fuerint, ſint renouandi, vel confirmandi.

De modo,& ordine tenendis per baiulos communis in repoſitione,et conſeruatione Pignorum. Rub. 37.

SI quis Baiulus acceperit aliquod pignus, ſeu aliqua pignora infra ciuitatem,vel extra ciuitatem in caſtris,vel villis,& ſi acceperit infra ciuitatem teneatur relinquere,& deponere penes depoſitarium maiorem, ſi extra penes depoſitarium dicti loci,ſi autem nõ eſſet depoſitarius in dicto loco villis,vel caſtris, tunc relinquere teneatur in dicta contrata propè domũ ad plus diſtãtẽ ꝑ tres domos à domo ipſius pignorati. Et ſi cõtrafactũ fuerit: puniatur per Poteſtatem,vel Cap. vel eorum officiales in xx. ſol. Et de hoc ſtetur, & credatur ſacramento denunciatoris vſq; in decem ſol. den. cuius banni medietas ſit cõmunis,& alia accuſatoris. Et hæc etiam ſibi locum vendicent in tenutis, vel pignoribus, quæ darentur pro tenutis aliquorum debitorum per curiã. Et ſi negarent accepiſſe pignus de ipſo pignore ſtetur, & credatur ſacramento accuſatoris, ſeu illius,cuius eſt pignus.Et hoc poteſtas obſeruari faciat, & obſeruet præciſe vinculo iuramenti.Et poteſtas, & capitaneus,& iudices & alii officiales communis cogant, & cogere debeant ipſum, vel ipſos baiulos perſonaliter ad reſtituendum ipſum pignus, vel pignora facta confeſſione per baiulum,ſeu recepto ſacramento à petente capitulo aliquo non obſtãte. Et hoc capitulum ſit præciſum. Et ſi baiulus acciperet aliqua pignora, ſeu tenutas mandato alicuius officialis autoritatem habentis: de ipſo præcepto legitimè appareat. Et ſi dictus officialis mandauerit dicto baiulo, quòd dicta pignora, ſeu tenutas deberet alicui aſſignare: teneatur, & debeat aſſignationem facere iuxta formam, & continentiã mandati ſub iam dicta pœna applicanda vt ſupra.

Quòd Baiulus accipiat denarios à ſyndicis, & non ab Hominibus. Rub. 38.

QVando citatur vniuerſitas alicuius caſtri, vel villæ alicuius vniuerſitatis eorum expenſis: quòd baiulus,ſeu baiuli, qui ipſam citationem fecerint, accipiant pignus, ſeu denarios pro iure, & labore ipſorũ à ſyndico ipſius caſtri, ſeu villæ, vel ab vno ex Maſſariis dicti ſyndici, & non ab aliis hominibus. Et accipere debeant pro ſuo ſalario vnum bononenum pro quolibet milliario, & non plus ad pœnam xx. ſol.den. auferend. à contrafacientibus, de facto per Poteſtatem, vel Cap. vel eorum officiales.

Quòd laboratores manſi alicuius de ciuitate non poſſint eligi in baiulos. Rub. 39.

SI quis laborauerit Manſum alicuius de ciuitate: vel fuerit Bubulcus alicuius hominis, dictæ ciuitatis:non poſſit eligi,nec eligatur in baiulum cõmunis camerini. Et ſi eligeretur: ipſa electio non valeat. Et poteſtas,et capitaneus,et Priores ciuit.camerini prædicta faciant obſeruari vinculo iuramenti. Et quòd nec poteſtas, nec capitaneus poſſit eũ cogere ad dictum officium exercendum.

Quòd nullus artifex poſſit eligi in baiulum. Rub. 40.

NVllus de arte poſſit eligi in baiulum cõmunis: Et ſi electus fuerit aliquis artifex: electio ipſa non valeat: nec poſſit talis electus per poteſtatem, vel capitaneum, vel aliquem alium officialem dicti cõis ad baiulatus officium exercendum aliquo pacto cogi, vel compelli: niſi de eius voluntate proceſſerit. Et nullus qui reperiretur appreciatus in libro cõmunis à 25.lib.ſupra, poſſit eligi in baiulũ: niſi de voluntate ipſius proceſſerit. Et hoc intelligatur tàm de habitatoribus intrà ciuitatem, quàm in comitatu, & diſtrictu camerini.

Quòd baiuli durante eorũ officio nõ acquirant actionẽ nec procurationẽ. Rub.41.

Nullus

NVllus baiulus curiæ ciuitatis Camerini audeat, vel præſumat durãte ſuo officio acquirere actionem iuris, ceſſionem, vel conceſſionem ab aliqua perſona contra aliquem de ciuitate, et diſtrictu Camerini titulo venditionis, vel donationis, vel quocũq; alio titulo, & nomine contractus, nec procurationem aliquam ſuſcipere. Et qui contrafecerit, puniatur in.x.lib.den. Et ex ipſa datione, vel iuris ceſſione, vel procuratione nullum ſibi ius acquiratur. Et hoc locum habeat in præteritis, & futuris.

Quòd baiuli cõmunis non accipiant quicq̃ pro eorum labore vltrà formam ſtatutorum, & quòd non committant falſitatem in eorum officio. Rub. 42.

QVòd baiuli bene, & legaliter faciant, & exerceant eorum officium: & nõ debeãt recipere aliquid præter id, quod eis per ſtatutum ſuperius conceſſum eſt. Et ſi cõtrafecerint: ſoluant pro banno cõmuni pro quolibet, & qualibet vice.xx.ſol. Et credatur ſacramento accuſatoris, vſq; in x.ſol.den. Si verò in eorum officio falſitatem commiſerint in citando, referendo, vel tenutam dando, vel quocunq; modo falſum commiſerint: cõdemnetur cõmuni in 25.lib.den. Et ſi bannum ſoluere non potuerint: amputetur cõtrafacienti manus dextra. & ſi citauerint aliquem in prima citatione: debeãt ipſum citare in ſecunda expenſis citati. & ſi retulerint quæ non fecerint: ſoluant pro banno cõmuni.x.lib.den. Medietas cuius banni ſit cõmunis, & alia accuſatoris: ſi accuſator ipſe eam conſequi voluerit: alioquin applicetur in totum cõmuni. Et quòd nullus baiulus audeat, vel præſumat accipere denarios, vel pignus pro viatico, vel pro ſuo iure, vel aliquid aliud contra formam ſtatutorum dicti cõmunis. Et ſi accipiendo contrafecerit: cõdemnetur in x.lib.den. pro qualibet vice. Et nihilòminus pignus, & quicquid acceperit, reſtituat ad petitionem petentis. & ſi non reſtituerit: Poteſtas, & Capitaneus, & eorum officiales, aliiq; ſuperiores pro tempore exiſtentes cogant, & cogere debeant ipſos baiulos in carceres: & ibidem retineri facere donec petitioni fuerit ſatisfactũ, tàm de pignore, quàm de omni eo, quod repeteretur, et de damnis, expenſis, et dictis, in quibus ſtaret ocioſus, et quas faceret in requirendo, vel repetẽdo pignus, quod à ſe eſſet ablatum facta eſtimatione ad libitum dicti petitoris.

Quòd ſyndici caſtrorum, et vniuerſitatum teneantur dare, et aſſignare baiulos officialibus cõmunis camerini, qui conſueti ſunt. Rub. 43.

STatuimus, et ordinamus, quòd omnes, et ſinguli Syndici caſtrorum, et vniuerſitatum et diſtrictus camerini: qui conſueuerunt hactenus dare, et aſſignare dicto cõmuni baiulum vnum, vel plures ad ſeruiendum pro toto Anno in officio baiulatus, teneatur præciſè ſucceſſiuis temporibus quilibet durante eorum officio. circa finem eorum officij ad minus octo diebus ante Calendas Ianuarii tunc proximè ſequendas vnum baiulum, vel plureis coràm D. Poteſtate, vel Capitaneo, vel officialibus eorundem præſentare, ſicut conſuetum eſt. Et facta præſentatione quilibet ſyndicus pro ſuo baiulo debeat in forma ſpecifica fideiubere. Qui baiuli ſtatim iurent eorum officium exercere bona fide, et ſine fraude necnon obſeruare ordinamenta loquentia de eorum officio. Et cõtinuò quilibet baiulus teneatur deferre in capite caputium ſine biretũ coloris rubei cum inſigniis dicti cõmunis ad pœnam x.ſol. pro quolibet, et qualibet vice. Et quòd de baiulis trãſgredientibus, et præuaricantibus cuilibet perſonæ ſit licitum denunciare: et habeat partem bãni et etiam accipere impunè omne id, quod portarent in capite, in quo non eſſent inſignia cõmunis. Et prædictæ præſentationes, fideiuſſiones, et iuramenta ſcribantur in libris cõmunis per Cancellarium Notarium Reformationum dicti cõis, qui pro tempore fuerit. Qui notarius vnà cum Capitaneis artium eligant treis ex ipſis baiulis, vnum videlicet ꝑ Terzerio in conteſtabiles ipſorum baiulorum. Qui conteſtabiles ordinent, et diuidant inter ipſos baiulos quibus diebus quilibet ipſorum ſeruiant ita, quòd nullus ipſorum baiulorum ſit exemptus à ſeruiendo pro rata temporis, et aſſignent ad ſeruiendum officio domini Poteſtatis in palatio pro qualibet die quatuor baiulos ad ſeruiendum officio Iudicis maleficiorum: quattuor baiulos pro qualibet die ad officium iudicis cauſarum ciui

 lium

lium: Et duos baiulos pro qualibet die in palatio Domini Capitanei: Et alios duos baiulos ad officium iudicis cauſarum ciuilium eiuſdem D.Cap.pro qualibet ebdomada. Et quòd dicti baiuli qui deputati ſunt ad ſeruiẽdum extra Palatia Poteſtatis, vel capitanei nullo modo intrare audeant ipſa Palatia, vel aliquod ipſorum ad pœnã xx. ſol. den. pro qualibet vice. Teneantur tamen, & debeant baiuli, qui ſeruiunt iudici maleficiorum in horis, quibus ipſe iudex maleficiorum venit ad banchum ad ius reddendum, eſſe paratis ad deferendum libros ad banchum maleficiorum, & in receſſu à bãcho ſimili modo ipſos libros reportare ad pedem ſcalarum palatii, & palatium non intrare. Sed continuò ſtare de mane, & ſero coràm ipſis iudicibus: & ipſis diebus, quibus ſeruire debent ipſis iudicibus, nullo modo vadant extrá ciuitatem: niſi forſan in loco propinquo: ita tamen, quòd poſſint ſeruire, dum ipſi iudices ſedent ad banchum. Et quòd nullus rector, & officialis, nec familiaris alicuius ipſorum poſſit, nec debeat cogere aliquem baiulum dicti cõmunis, (nec eo volente) ad faciendum aliquod familiare ſeruitium eis, vel cuipiam ipſorum. Nec ipſi obedire teneantur prærerquàm in ijs, quæ pertinent ad eorum officium, videlicet in citando, referendo, & exequendo. Et ſi quis contrafecerit: ſi fuerit rector in L. lib. den. officialis in 25. lib. den. & famulus in. x. lib. pro qualibet vice per rationatores cõmunis condẽnetur. Et baiulus ſi obedierit: puniatur pro vice qualibet in xx. ſol. den. Et prædicti conteſtabiles teneantur præciſè denunciare rectores, & familiares, & famulos venientes contra prędicta, vel aliquod prædictorum tempore ſui ſyndicatus coràm rationatoribus cõis ad pœnam. x. lib. den. pro quolibet. Et Capitanei artium, qui pro tẽpore fuerint, ad petitionem conteſtabilis, & cuiuſq; ipſorum, & cuiuslibet baiuli, & cuiuslibet alterius perſonæ debeant præſtare in prædictis ipſis baiulis, & conteſtabilibus adiutorium, conſilium, & fauorem, vt prædicta ſeruentur, & contra non fiat. Et ad conſeruationem, & corroborationem omnium prædictorum poſſint prouidere, & ordinare prout eis vel maiori parti ipſorum placuerit capitulo aliquo non obſtante in contrarium loquente. Et ſi prędicta dicti Capitanei non curauerint inuiolabiliter obſeruari, teneantur vinculo iuramenti, & pœna x. lib. den. pro quolibet, & vice qualibet. Et ſi quis ſyndicus in prædictis contrafecerit, videlicet in non præſentando baiulos, & in non fideiubendo pro eis, vt ſuperius dictum eſt condemnetur cõi in 25. lib. den.

De Banditoribus, & Baiulis cõis, & quòd non poſſint eſſe conſiliarii. Rub. 44.

STatuimus & ordinamus, quòd banditor, vel baiulus cõis non poſſit eſſe cõſiliarius cõmunis, vel populi, vel habere aliquod officium in cõi, nec recipere, nec immittere aliquas cartutias: nec aliquam procurationem facere. Et ſi fuerit electus, uel ipſe alium eligeret, uel procurationem reciperet: non valeat, nec teneat ipſo iure. Et ſi contrafecerit: tàm ipſe ſi fuerit electus ad aliquod officium, ſi acceptauerit, vel aliquam procurationẽ receperit, quàm etiam elector, qui ipſum eligeret, cõdemnetur pro qualibet vice in c. ſol. den. Addimus huic ſtatuto etiam, quòd in ciuitate Camerini ſint tres Tubatores cõis. Qui Tubatores debeant eorum officium exercere ſolemniter, & diligenter omni tarditate, & negligentia poſtpoſita ad requiſitionem Poteſtatis, & Capitanei, & ipſorũ officialium, & cuiuslibet alterius officialis dicti cõis. Et ad requiſitionem Magnificor. D. Priorum Ciuitatis prædictæ: vel maioris partis ipſorum debeant intereſſe in quolibet conſilio cõis, vel populi vnus ipſorum tubatorum, cui præceptum fuerit per aliquem dictorum officialium: ad banchum verò maleficiorum dicti cõis ſemper dum ipſe iudex maleficiorum ſederit ad banchum prædictum intereſſe debeant, Et nullus ex tubatoribus cõis debeat ſe ſe abſentare à ciuitate, & diſtrictu dictæ ciuitatis: nec ire ad alias curias, ſeu cauallarias, nuptias, ſeu feſtiuitates ſine expreſſa licentia Mag. D. Priorum dicti cõis, ſeu maioris partis ipſorum: nec alio mõ abſentare ſe quacunq; alia de cauſa. Et ſi in prædictis, vel aliquo prædictorum contrafecerit: in c. ſol. den. & minus arbitrio dictorum Mag. D. Priorum ſecundum qualitatem delicti, & perſonæ delinquentis debeat cõdemnari. Et quòd nullus Tubator publicus dicti cõis per ciuitatem, vel diſtrictũ debeat

portare

portare caputium ſoderatum de varis ad dictam pœnam. Qui tubatores pro eorum ſalario debeant habere ſlorenos 36. inter eos, & alios ſamulos Palatii diuidendos pro eorū indumētis vltra ſalariū à Cam. Apoſt. eis dari ſolitū in feſto S. Venātii, ꝓ quolibet anno; de quibus pecuniis debeant in dicto feſto S. Venantii ſe induere de rubeo, & albo colore prout eſt ſolitum, & conſuetum ad diuiſam comunitatis. Et plus petere non poſſint, nec habere, nec eis deliberari, nec præponi poſſit per aliquem officialem dicti cōis ad pœnā L. lib. den. qua pœna plectatur officialis quicunq; deliberaret, præponeret, & reformaret quòd eis detur maior quantitas, quàm ſupradicta. Et quòd dicti tubatores recipere non poſſint pro bannimentis per ipſos in curia maleficiorum faciendis, niſi vnū bononē. pro quolibet bannimento: ēt ſi plures perſonæ in ipſo bannimento continerentur. Et ſi fieret in contrarium pro qualibet vice debeant ipſi, & quilibet ipſorū ſoluere nomine pœnæ xv. ſol. den. ad quam ſoluendam cogantur per Pot. vel Cap. vel eorum officiales: & de prædictis ſtetur ſacramento ſoluentis. Cuius pœnę, medietas ſit cōis, & altera denunciatoris. Item quòd baiuli, & tubatores teneantur bandire quodcunq; placeat Capitaneis artium ſine licentia alicuius.

Quòd Tubatores cōis nō poſſint ire cū officialibus equites, vel pedites. Rub. 45.

STatuimus, quòd Tubatores communis Camerini non poſſint, nec debeāt ire pedites, vel equites cum aliquo officiali cōis, nec duci per aliquem officialem extrà ciuitatem & diſtrictum expenſis cōis. Et ſi quis eorum contrafecerit: condemnetur præuaricator cōi in. c. ſol. den. pro qualibet vice: excepto in exercitu, vel caualcata: & cum poteſtate, vel Capitaneo. Et quòd ipſi banditores bannimenta faciant in locis publicis, & conſuetis dictæ ciuitatis Camerini, ſecundum conſuetudinem dictæ ciuitatis.

Quòd Tubatores communis bannimentum faciant cōmuniter. Rub. 46.

ITem ſtatuimus, quòd omnia bannimenta, & ex bannimenta, & rebannimenta per Tubatores cōis Camerini fiant communiter per ipſos ita, quòd quilibet ipſornm habeat partem ſuam ſibi contingentem tàm de onere, quàm de lucro. Et qui contra prędicta fecerit, ſoluat cōi pro banno cōi c. ſol. den. & cuilibet ſit licitū accuſare. & credatur ſacramento accuſatoris, vſq; in. x. ſol. den. & quòd Poteſtas, & Cap. & D. Priores prædicta faciant oſſeruari pręcisè capitulo aliquo non obſtante.

Quòd Baiuli cōis non poſſint arma portare per Ciuitatem. Rub. 47.

ITem ſtatuimus, quòd baiuli cōis non poſſint, nec debeāt portare arma per ciuitatem, & burgos, & ſi quis portauerit puniatur vt alii ciues, & homines ciuitatis Camerini capitulo aliquo non obſtante.

De confinibus manutenendis per Poteſtatem, & Capitaneum. Rub. 48.

ITem ſtatuimus ad hoc, vt confines, & iuriſdictionis Ciuitatis Camerini, & eius diſtrictus, præſertim confines, & iuriſdictiones verſus caſtrum S. Seuerini, et Matellicæ, Fabriani, Viſſi, et ciuitatis Fulginei, manuteneantur, quòd Poteſtas, et Capitaneus, et D. Priores et alii deputati, et pro tempore deputandi teneantur, et debeant ipſos confines, et iuriſdictiones manutenere, et defendere: necnon dare operam cum effectu, vt non appręhendantur per homines dictorum locorum, nec per aliquam aliam perſonam. Et ad hoc, vt prædicta melius valeant oſſeruari: Priores dicti communis pro tempore exiſtentes, teneantur, et debeant in Calendis Ianuarii, vel infra dictum menſem proponere ſex prouidos viros, videlicet, duos pro quolibet Terzerio in conſilio Credentiæ prius, et poſtea ſi ibi fuerint obtenti tranſmittere ad conſilium Generale, qui ſint profecti ſuper prædictis executioni mandandis: Et habeant plenam, et omnimodam licentiam prouidendi ſuper præmiſſis finibus, et iuriſdictionibus manutenendis, et conſeruandis, prout ipſum conſilium Generale, et commune ciuitatis: Et ſi in aliquo occuparentur, ſeu occupata fuiſſent per aliquos: poteſtatem habeant recuperandi, et teneantur recuperare, et reacquirere pro viribus. Et quod deliberatum, et prouiſum fuerit per dictos ſex homines ſuper prædictis omnibus, et ſingulis Priores teneantur executioni mādare perinde,

ac ſi deliberatum fuiſſet per aliquod ex conſiliis prædictæ ciuitatis.

De poſſeſſionibus in confinibus poſitis non vendendis. Rub. 49.

AD hoc, vt Sinaitæ communis Camerini manuteneantur, ſtatuimus,& ordinamus, quòd nulli incolæ de ciuitate,& diſtrictu camerini,qui habent, & infuturum habebunt poſſeſſiones aliquas in confinibus dictæ ciuitatis,audeant, ſeu præſumant illas poſſeſſiones vendere,alienare,vel alio quouis modo transferre in aliquem forenſem, qui non eſſet de ciuitate,vel diſtrictu camerini. Et ſi contrafecerit: pro quolibet,& qualibet vice in L. lib.den.communi prædicto condemnetur. Et nihilòminus ipſa venditio, ſeu alienatio ipſo iure non valeat. Et ſi dictam pœnam ſoluere non poterit infra terminum dandum per officialem: fuſtigetur publicè per ciuitatem camerini,& burgos ipſius ciuitatis. Et poteſtas, & capitaneus,& Priores,& alii officiales deputati, teneantur vinculo iuramenti manutenere,& gubernare omneis ſinaitas communis: maximè in confinibus ciuitatis camerini, & eius diſtrictus. Et ſi aliquid omiſſum fuerit de ſinaitis cõmunis, et territorij hominum dictæ ciuitatis per aliquos: illud totum,& integrum pro viribus reſtitui faciant cum effectu. Et de prædictis ſolemnem inquiſitionem in prædictis confinibus faciant.Et ſi negligentes fuerint in prædictis: quilibet ipſorum perdat de ſuo ſalario C.ſol.den.

Quòd poſſeſſiones, & iura tam caſtrorum,quàm villarum camerini gubernentur, & amiſſa recuperentur. Rub. 50.

STatuimus,quòd iura,& poſſeſſiones tàm caſtrorum, quàm villarum ciuitatis,& diſtrictus Camerini gubernentur, et manuteneantur, ſicut modò poſſidentur: & amiſſa iura ad ciuitatem pertinentia recuperentur pro viribus. Et quòd Priores dictæ ciuitatis inter alia, quæ eorum iuramento firmabunt, iurent pro viribus recuperare omnia iura, caſtra,caſtellanias, poſſeſſiones,confines,& villas, omniaq; alia bona ad ipſum commune camerini pertinentia, & quæ pertinere noſcuntur,tàm titulo emptionis, quàm proprietatis, & poſſeſſionis de conſuetudine, vel de iure: Et maximè caſtrum Maceretæ cũ ſuis iuribus, & pertinentiis,caſtrum Appignani cum ſua Curia, et villam Paſtiniam cũ ſuis pertinentiis. Et pro ipſis iuribus, caſtris,caſtellaniis,villis, poſſeſſionibus et confinibus recuperandis Poteſtas infrà duos primos menſes introitus ſui regiminis vnà cũ Capitaneo,et ipſe capitaneus faciant ſolemne conſilium congregari. Et nihil aliud præponatur,et reformetur in ipſo conſilio: niſi qualiter poſſint recuperari ꝑdicta: & quodlibet prædictorum. Et quicquid in conſilio fuerit reformatum de recuperatione prædictorum et non de alio,teneantur præciſè effectui demandare,et non permittant ipſi Poteſtas, et Capitaneus aliquem conſulere: niſi de recuperatione prædictorũ: nec ſuper alio audeat conſilium reformare: niſi vt dictum eſt. Et ſi fuerint negligẽtes in faciendo prædicta. quilibet eorum perdat de ſuo ſalario.C.lib.den.in quibus per rationatores communis condemnetur expreſsè.

Quòd caſtra,rocche,ſeu Arces et fortellitiæ Camerini non dentur ad cuſtodiendum niſi ciuibus. Rub. 51.

ITem ſtatuimus,quòd caſtra,rocchæ, et fortellitiæ, quæ cuſtodiuntur pro communi camerini,non dentur ad cuſtodiam alicui,vel aliquibus pro communi: niſi ciuibus habitantibus infra ciuitatem continnè cum ſua familia.Et Priores quærere teneantur ab illo vel illis,qui volent in cuſtodiam recipere ipſum caſtrum,vel rocchã,virũ ſint ciues,et cõtinui habitatores ciuitatis,vel non? Et ſi contrafecerit: ſoluere teneatur communi. C. ſol.den.Et ipſum caſtrum reaſſignare teneantur infra octo dies poſt dictam receptionẽ. Vtrum autem caſtellani,et cuſtodes debeant eſſe intrà, vel extrà? hoc relinquimus arbitrio D.Priorum,& Conſiliis Generalis. Et quòd nullo modo detur caſtrum ad cuſtodiẽdum illis,qui habitant in ipſo caſtro,et quòd nullus habitator caſtri,et curiæ ipſius poſſit eſſe caſtellanus caſtri: nec alius recipere pro eo. Et quòd non detur ad cuſtodiendũ pro cõi aliquod caſtrum alicui caſtellano,qui non habeat in bonis valentia ad minus mille lib.

lib. den. Et hoc approbari faciat per Priores, & Conſilium Generale, & hoc capitulum ſit præciſum. Addimus huic ſtatuto, quòd nullus caſtellanus poſſit, nec debeat cõmittere vices ſuas caſtellaniæ alicui ſub pœna. L. lib. den. pro vice qualibet. Et quòd Priores dicti cõis teneantur, & debeant mittere reuiſores deputandos per dictum cõe adminus ſemel in anno de menſe Maij, vel Iunij, ad requirendum omnes caſtellanos, & ſergentes caſtrorũ, & roccharum, quæ cuſtodiuntur, & cuſtodiẽtur per tempora ad pœnam. L. lib. in qua condẽnentur per rationatores cõis pro qualibet vice, qua contrafecerint, & ſi reuiſores iam dicti quos p̃fati D. Priores miſerint ad requirendum caſtellanos, & ſergentes prędictos, non inuenerint caſtellanum in caſtro, ſeu Arce, puniatur ipſe caſtellanus de facto per ipſum D. Cap. in x. lib. den. Et ſi Sergentes non inuenerit: puniatur de facto quilibet Sergens non inuentus in C. ſol. den. & dicti ſergentes approbẽtur per Priores. Qui ſergentes non ſint exbanniti ciuitatis camerini. & ſi Caſtellani prædicti in dictis caſtris, ſeu rocchis retinerent exbannitos; quilibet contrafaciens puniatur in L. lib. den.

Quòd Caſtellani ſtent continuè ad cuſtodiam caſtrorum cum cuſtodiẽtibus dicta caſtra. Rub. 52.

STatuimus, quòd caſtellani, qui recipiunt caſtra ad cuſtodiendum, ſtent, & ſtare debãt continuè ad cuſtodiam caſtrorum cum ſergẽtibus vſq; ad complemẽtũ ſuæ cuſtodiæ, & ita iurent obſeruare. Et ſi aliquis contrafecerit: cõdẽnetur pro vice qualibet in. x. lib. den. Cuius bãni medietas ſit cõis, & alia accuſatoris, & iurent reaſſignare, quæ inuenerint in ipſis caſtris: & Syndicus cõis portet, & portare debeat ſecum in eundo, & redeundo, ſcriptum inuentarium omnium rerum, quæ inueniuntur, & ſunt in caſtro, vel arce. & idem ſyndicus cum datur, vel aſſignatur dictum caſtrũ, vadat ad recipiendum, et aſſignãdum ipſum caſtrum, & res quæ ſunt in dicto caſtro vel arce, & ſi quis caſtellanus fraudem cõmiſerit non reaſſignando res, quæ dantur: & reaſſignando caſtrum non reaſſignauerint ſyndico cõis res ſibi aſſignatas in ſcriptis: condẽnetur in 25. lib. den. & nihilòminus reſtituat ſyndico res pro cõi, & ſi ſyndicus cõis negligens fuerit in prædictis: cõdemnetur in pœna prædicta per Poteſtatem, & Cap. vel alios officiales, & ſi Poteſtas, & Capitaneus, vel alii Iudices eum nõ condemnauerint: cõdẽnentur ipſi Poteſtas, & Capitaneus per rationatores communis tempore ſyndicatus in L. lib. den. & ſi contigerit aliquod caſtrum tẽpore alicuius caſtellani reddi; ſicut ipſe pręſens caſtellanus aſſignant, ita et ſubſequens debeat reaſſignare: & ad id præciſè teneãtur, tàm ſubſequens caſtellanus, & eius ſergentes, ad quod eorum anteceſſores tenebantur, videlicet finito tempore reddere rationem de omni eo, quod inuenerint, & eis aſſignatum fuerit Domino Capitaneo. Et ipſe D. Capitaneus rationem teneatur requirere ab eis vinculo iuramenti, & ad pœnam 25. lib. den. in quibus per rationatores communis condemnetur. Addimus huic ſtatuto, quòd Caſtellani dare debeant bonos, & ſufficientes fideiuſſores pro eis, & eorum ſergẽtibus. Et qui fideiubet pro vno Caſtellano, non poſſit fideiubere pro altero.

De rebus, quæ ſunt in Rocchis, & Caſtris ſcribendis per Cuſtodes, et Caſtellanos. Rub. 53.

ITẽ ſtatuim⁹, quòd Caſtellani, et Cuſtodes Roccharũ, & Caſtrorũ ſcribere teneant̃, vel ſcribi facere in principio ſui officii, vel infra quindecim dies ad plus, omnia, quæ reperiuntur in Caſtris, & Rocchis, & quæ ſunt in ipſis Rocchis, Comitatus, et ſtatus Ciuitatis Camerini, & ipſas ſcripturas diſtinctè, & benè factas reſtituere, & aſſignare D. Cancellario communis Camerini teneãtur in fine ſui regiminis. Et ſi Cuſtodes, vel Caſtellani fuerint negligentes in faciendo prædicta: puniãtur, & condemnẽtur per rationatores communis in x. lib. den.

Quòd omnes artes ciuitatis Camerini conſeruentur in eo ſtatu, in quo nunc ſunt. Rub. 54.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd omnes artes ciuitatis Camerini, homines ipſarũ artium conſeruentur, & manuteneantur in eo proſpero, & fœlici ſtatu, in quo nũc ſunt.

De foro bandito fiendo in Burgo ſancti Georgii. Rub. 55.

STatuimus,quòd Poteſtas et D.Priores ciuitatis Camerini fieri facere teneatur forũ banditum in feſto ſanctæ Crucis de menſe Septembris in Burgo ſancti Georgii. Et ſi Pot.et Pri.fuerint negligẽtes: perdãt de ſuo ſalario L. lib.den.Et ad ipſum forũ requirãtur ciuitates,& communitates propinquiores literis publicis, vel nuncijs vno menſe antea. Et hoc capitulum ſit præciſum.

De modo, & ordine tenendis per artes in foro bandito. Rub. 56.

ITem ſtatuimus,quòd quælibet ars per ſe diuiſim vna ab altera in foro bandito debeat permanere: Et quilibet artifex ab eo, qui poſitus erit à Poteſtate, et conſilio ciuitatis Camerini deputatis ab eodem,ſeu Prioribus dictæ ciuitatis,ſtationem recipiat: Et in ſtatione ſibi data,& aſſignata cum ſuis mercemoniis ad vendendum permaneat ad pœnam et ad bannum,quod,et quam Poteſtas,vel Priores, vel deputati impoſuerint. Et nemo, qui ſtationem receperit,poſſit eam alicui vendere. Et qui contrafecerit, condemnetur in xx.ſol.den.per Poteſtatem.Et Artifices ſtare debeant,ſicut conſueuerunt ſtare. Et qui contrafecerit: condemnetur in xx. ſol.den. vice qualibet.

De modo eligendi ſenſales de Mercatoribus. Rub. 57.

ITem ſtatuimus,quòd eligantur ſenſales de Mercatoribus pannorum, vel ſartorum, & de aliis non. Et habeat ſenſalis pro quolibet centenario pannorum,quos menſurabunt duodecim den. à forenſe,& ſex à ciue,& diſtrictuali. Cuius quantitatis den. medietas ſit communis,& altera medietas ſit ſenſalis. Senſales autem ſint tres, ſcilicet vnus pro qualibet contrata,vel Terzerio dictæ ciuitatis. Capitulo aliquo non obſtante.

De modo dandi ſtationes per capitaneum Mercatorum in foro bãnito. Rub. 58.

ITem ſtatuimus.& ordinamus,qđòd Capitaneus mercatorum, qui pro tempore fuerit, det,& dare debeat ſtationes in foro ſancti Georgii Mercatoribus ſine aliquo precio, vel ſalario.Et nullus alius eligatur præpoſitus ad dãdum dictas ſtationes: niſi tantum Capitaneus ſupradictus,capitulo aliquo non obſtante.

Quòd in certo loco dicti campi mercatalis ſit platea. Rub. 59.

ITem ſtatuimus,quòd in cãpo mercatalis,ſiue fori de Burgo Planulæ,& S.Georgii,ante domum Nanzi Vẽturutii,& fratris,Magiſtri Pauli,& Nalli Pauli,magiſtri Iacobi Frãciſci,vbi debeat fieri forũ,ſit platea ante dictas domos:Et non dentur nec aſſignentur ſtationes alicui,vel aliquibus tempore,quo ſit forum in dicto mercatali. Et hęc Poteſtas,& Capitaneus teneantur obſeruare, & obſeruari facere præciſe. Et qui contrafecerit, aut ibidem ſtationem acceperit, ſoluat pro banno communi xl.ſol.den. Et quòd præpoſitus foro ibidem ſtationem dare non debeat.

De modo, & ordine mittendi literas terris pro nundinis celebrandis: & etiam Scolaribus volentibus venire ad ſtudendum in Ciuitate Camerini. Rub. 60.

STatuimus, & ordinamus, quòd quando fiet conſilium de literis mittendis pro nundinis celebrandis,prępõnatur in dicto conſilio de literis magiſtrorum pro ſcolaribus ad ſtudendum inuitandis Et M.D.Priores Poteſtas,& Capitaneus teneantur facere deſtinari ipſas literas magiſtrorum,vel Doctorum Iuris Canonici,et Ciuilis, Medicinæ, et Grammaticalis ſcientiæ per baiulos, et nuncios, qui portabunt literas Nundinarum, ex penſis communis. Et ſi ipſi M.D.Priores, et D. Poteſtas,et Capitaneus fuerint negligentes circa hoc: perdat quilibet de ſuo ſalario.x.lib.den.Et hoc capitulum ſit pręciſum.

Quòd Clerici nõ poſſint facere procurationẽ, nec habere officiũ in cõi. Rub. 61.

ITem ſtatuimus,quòd nullus Clericus debeat,nec poſſit facere procurationẽ in Curiis D. Poteſtatis, et Capitanei,et ſi faceret: nõ valeat nec teneat ipſo iure. Nec poſſit,eligi,nec eſſe in aliquo officio cõis,nec poſſit admitti ad cartutias,cũ eligunẽ officiales cõis nec in cõſilio ſtare. Et ſi eligeret:electio non valeat nec teneat ipſo iure. Addimus huic ſtatuto,quòd homines,qui non habent domum in Ciuitate, et Burgis Camerini,nec ſoluunt datiuam communi Camerini,non poſſint eſſe ſyndici de aliquo caſtro, vel villa, et

non

non admittantur ad cartutias. Et ſi eiſdem obuenerit: non valeat. Et quòd nullus notarius bancharum, et quęſtionum, in quibus Claricus eſſet procurator, teneatur ſcribere ſub pœna.x.lib.den. de facto auferend.per Poteſtatem, et Cap. ciuitatis Camerini.

Quòd Homines caſtrorum S. Anatholię, Serræ, et Sephræ, debeant eligere, et clamare. Pot. de ciuitate Camerini. Rub. 62.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd Homines caſtri S. Anatholiæ, Serræ, et Sephræ, et aliornm locorum diſtrictualium recomendatorum, vel comitatus, non audeant eligere, vel clamare aliquem, vel aliquos in eorum Poteſtatem, Vicarium, Rectorem, D. Iudicem, et Notarium de aliqua Ciuitate, comunantia, caſtro, villa, ſeu alio loco pro magno vel paruo tempore: niſi de ciuitate Camerini, vel Burgis ciuitatis: et qui ſoluunt datiuam, et collectam dicto cōi. Et Poteſtas et Capitaneus, ſiue M. D. Priores, ciuitatis Camerini, qui pro tempore fuerint, teneantur cōe, et homines terræ S. Anathaliæ, et aliorum locorum ſupradictorum, literis requirere, et mandare, quòd prædicta debeant obſeruare. Et ſi contrafecerint: Poteſtas, Capitaneus, et M. D. Priores faciant conſilium ſpeciale, et generale ciuitatis Camerini, et ipſos ad ſcalſinas, ſeu ad buſſulas, et palluctas, eligere faciant Poteſtatem in dicto caſtro cum ſalario ordinato. Et ſi recuſabunt ſalarium ſoluere ei, qui fuerit electus: repræſalias, vſq; ad ſatisfactionem condignam cōtra homines dicti Caſtri concedant, capitulo aliquo non obſtante. Et ſi contrafecerit ipſa, vel aliquod ipſorum caſtrorum: condemnetur per Poteſtatem in. 25. lib. den. pro qualibet vice: & hoc ſtatutum ſit præciſum. Et de ſupra dictis, Poteſtas teneatur inquirere, et inquiſitionem facere quolibet menſe. Et ſi fuerit negligens, condemnetur per rationatores cōis in c. lib. den. capitulo aliquo non obſtante. Et idem dicimus de omnibus caſtris, et villis ciuitatis Camerini diſtrictus, quæ debeant vicarios, et officiales, et ſyndicos eligere de dicta ciuitate, et de habitatoribus continuè, et appreciatis in eadem ciuitate pœna L. lib. den.

Quòd Poteſtas, et Cap. et M. D. Priores ad petitionem volentium venire ad habitandum intrà ciuitatem facere congregari conſilium teneantur. Rub. 63.

PRo melioramento Ciuitatis et diſtrictus Camerini, ſtatuimus, quòd quicunq; venerit, vel venerint et venire voluerint intrà ciuitatē Camerini ad habitādū cū eorū familia, et rebus adire debeant ad eorū mentem exponendam. M. D. Priores Populi ciuit. prædictæ. Qui M. D. Priores teneantur vinculo iuramenti ad petitionem cuiuſlibet petē tis cōgregare, et c g regari facere conſilium ſpeciale Credentiæ, et generale, et præponere in ipſo conſilio quid ſit faciendum, et videndum de prædictis pro vtilitate, et honore dictæ ciuitatis. Et quòd deliberatum fuerit in ipſo conſilio ſuper pręmiſſis, M. D. Priores faciant obſeruari vinculo iuramenti.

De volentibus fieri ciues ciuitatis Camerini. Rub. 64.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd quicunq; voluerint in futurū aggregari, & fieri ciues ciuitatis Camerini, teneantur, & debeant, prius petere, & obtinere licentiam habitandi in dicta Ciuitate, ſeu eius Burgis: prout in ſupra proximo Statuto Rub. 63. continetur. Deinde per annum ante petitam ciuilitatem, emiſſe cum effectu, in dicta ciuitate, ſiue eius Burgis vnam Domum valoris ad minus Flo. Octuaginta: & in ea per annum continue familiariter habitaſſe. Et M. D. Priores dictæ Ciuitatis, qui pro tempore fuerint, facta prius diligenti inquiſitione de præmiſſis, & de moribus, & vita dictorum in Ciues aſſumi volentium. Et ipſis vita & moribus repertis dignis dictæ Ciuilitatis, teneantur, & debeant ad requiſitionem prædictorum dictam Ciuilitatem petentium, in Credētia proponere, & in Conſilium Generale tranſmittere: in quo volentes fieri Ciues humiliter petere debeant ipſam Ciuilitatem: quas petitiones ſupradicti M. D. Priores, teneātur, & debeant mittere, & ponere ad partitum ad buſſulam, & palluctas. Et ſi per duas de tribus partibus palluctarum in buſſula Alba del S I C, repertarum, obtente fuerint, ipſam Ciuilitatem petentes ſint Ciues, & habeantur, & reputentur pro ciuibus dictæ ciuitatis.

tatis: Et vti alii ciues dictæ ciuitatis tractentur, in omnibus, & per omnia. Et Cancellarius, qui pro tempore fuerit dictorum M. D. Priorum, teneatur pro competenti mercede eis facere instrumentum ciuilitatis authenticum. Et ſi aliter ipſa Ciuilitas fuerit obtẽta: non valeat, nec teneat ipſo iure. Et qui aliter illam obtinuerint, non ſint ciues: nec aliquo modo, pro ciuibus ciuitatis prædictæ reputentur, habeantur, et tractentur.

De equis, & ronzinis dãdis ad vecturam, & de inſtrumentis, & cautionibus, quæ recipiuntur dicta de cauſa. Rub. 65.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd omnes illi, qui conſueuerunt hactenus, vel in futurum dare equos, ſiue ronzinos ad vecturam, et ipſos dare voluerint, dare debeãt pro illo tempore pro precio conſueto tantùm, & non plus. Et qui contrafecerit: ſoluat pro banno cõmuni qualibet vice. xl. ſol. den. & de hoc ſtetur ſacramento cuiuſlibet conquirentis, & ſi fecerint inſtrumentum venditionis, mutui, vel depoſiti, vel aliquo alio modo de ipſo equo, vel ronzino, quem acceperit ad vecturam, quòd ipſum inſtrumentum præſumatur locationis, et tanquam locatio intelligatur, quantũcunq; ſit præciſum, & in vim alterius contractus non valeat, & hoc locum habeat in præteritis, & futuris, & ille, qui acceperit equum, ſoluere teneatur vecturã infrà octo dies poſtquàm ab eo peteret ille, cuius eſſet equus, ſiue Ronzinus, & ſi non ſoluerit: curia cogat ipſum ad ſoluendum duplũ: & non permittat de palatio, vel ab eius præſentia recedere, donec ſoluat ad petitionem illius, cuius eſt equus, ſiue ronzinus, & quicunq; habet equum, vel beſtiam alterius ſpeciei ad dandum ad vecturam, ipſum, vel ipſam faciat extimari infra vnum menſem regiminis poteſtatis, et poteſtas, et ſocius domini poteſtatis teneantur ipſos equos, & beſtias meritorias extimare. Et ſi eſtimatio prædicta nõ fieret: et moreretur beſtia: locator ipſe non audiatur, et ipſi capitulo renunciari non poſſit, & quòd poteſtas faciat banniri prædicta infrá vnum menſem introitus ſui regiminis.

Quòd domus, et poſſeſſiones Emphitheoticæ à iugo dominii liberentur. Rub. 66

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd Poteſtas, et Capitaneus procurent, et procurare debeant, quòd domus, et poſſeſſiones emphiteoticæ hominum de ciuitate, et diſtrictu camerini à iugo dominii liberentur, cum domino Epiſcopo, domino Archidiacono D. Abbate Saxi viui, et cum ſingulis rectoribus eccleſiarum ciuitatis camerini, vt omnis materia ſcãdali, et litigationis inter rectores dictarum eccleſiarum dictæ ciuitatis, et homines trahi poſſint de quantitatibus pecuniæ, quæ dari debent pro centenario, et ad rationem centenarii à quolibet homine, qui poſſidet rem emphiteoticam alicuius eccleſiæ ꝓ eſtimatione ipſius rei emphiteoticę, et præponatur per Poteſtatem, et Capitaneum in conſilio generali, & ſpeciali cõmunis, & populi dictæ ciuitatis cõgregato per M. D. Priores dictæ ciuitatis: in quo conſilio nihil aliud præponi debeat: et id, quod in dicto conſilio deliberatum fuerit de prædictis, effectui demandetur per ipſos poteſtatem, capitaneũ, & capitaneos artium cum prædicto D. Epiſcopo, D. Archidiacono, D. Abbate, & aliis Eccleſiarum rectoribus. Et tota pecunia, quæ debetur, tàm pro eſtimatione ipſarũ poſſeſſionum, quàm ipſarum domorum, expendatur, & detur in emptione poſſeſſionum in maiorem, et meliorem vtilitam ipſius eccleſiæ: et quòd cenſus annuus renouetur debito tempore. Et poteſtas, et capitaneus, et capitanei artium obſeruent prædicta omnia, et ſingula, et obſeruari faciant præciſè vinculo iuramẽti. Et ſi ipſi poteſtas, et capitaneus, et capitanei artium fuerint negligentes in prædictis: condemnetur quilibet ipſorum in L. lib. den. videlicet poteſtas, et capitaneus. Et quò ad capitaneos artium, quilibet condemnetur in x. lib. den. à rationatoribus cõis camerini ad petitionem cuiuslibet petentis. Et de his poteſtas, et capitaneus non poſſint petere abſolutionem. Et ſi daretur: non valeat et qui contra hoc ſtatutum dixerit: condemnetur in x. lib. den. et hoc capitulum ſit præciſum, capitulo aliquo non obſtante.

De modo, et ordine tenendis in claudendo ciuitatem, et burgos Camerini. Rub. 67.

ITẽ ſtatuimus, quòd Ciuitas cum prædicto Burgo, claudatur vndiq;, ita et aliter quòd nemo

nemo poſſit exire de ipſa Ciuitate,et Burgis ipſius cũ beſtiis, et ſine beſtiis, de die, et de nocte: niſi per Portas infraſcriptas,videlicet. Per Portam Fililli, quæ ſucceſſit,et hodie vtuntur perſonæ loco portæ, olim poſitæ, iuxta domum Petri D.Attonis, hodie vulgariter nuncupatæ Portæ pictæ, iuxta domum Petriantonij, alias Pontone,domum Hieronymi Venantij, alias Dãnati, et alia latera. Portam diuæ Mariæ Annunciatę. Portam Ciſternæ. Portam de Muralto. Portam Angeleſcam, vulgo nuncupatam S. Franciſci. Portam Bucorum. Portam Mercatalis, et Portam Collis bouis. Qui Burgi Sancti Venantij, et Archi,ſint,et eſſe intelligantur, poſiti infra dictos confines, et latera Videlicet Burgus S. Venantii, iuxta dictam Portam, quæ dicitur porta picta, iuxta menia ipſius Burgi, verſus collem S. Venantij, et menia verſus pratum,campi Buſſi, ſtratam poſitam intra domos Baldaſſaris,& fratrũ de Pichellis, et bona Monaſterii S. Claræ iuxta ſtratã, quæ eſt retro dicti monaſterij, et alia latera. Burgus verò Archi poſitus iuxta ſtratam dictã,quæ eſt retro dicti monaſterii: ſtratam quæ eſt à pede Archi, incipiendo à dicta ſtrata,quæ eſt retro dicti monaſterii,et tendendo verſus S.Spiritum: qua itur cum proceſſione ſacratiſſimi Corporis CHRISTI, vſq; ad ſtratam publicam mercatalis: et vadit, ab eccleſia S. Spiritus, verſus domum Anſouini Perſiliotij incluſiue, tendendo vſq; ad portam Bucorum, iuxta menia dicti Burgi, verſus Carceres, & alia latera. Et prædicta omnia, et ſingula poteſtas et capitaneus,et eorum officiales fieri facere teneantur, et incipere infra duos menſes introitus eorum regiminum, et ad complementum ducere teneantur, tunc ad feſtum omnium Sanctorum. Et ſi in prædictis vel aliquo prædictorum, ipſi D.Poteſtas,et Capitaneus vel aliquis ipſorum reperti fuerint negligentes perdat quilibet de ſuo ſalario C.lib.den. et quilibet alius officialis L.lib.den. Addimus huic ſtatuto,quòd D.Poteſtas infra vnũ menſem introitus ſui regimmis vadat circũcirca Ciuitatem, & viam nouam, quæ vadit circũcirca Ciuitatem, et aptari faciat præcisè ſecundũ antiquam formam ita, quòd homines equites,& pedites per ipſam viam commodè ire poſſint. Et ſi murus dictæ Ciuitatis eſſet in aliquo deguaſtatus faciat illum reaptare infrà quatuor menſes,introitus ſui regiminis: aliòquin ſi contrafecerit: ſoluat. xxv. lib. den. quas perdat de ſuo ſalario: in quibus per rationatores cõis tẽpore ſui ſyndicatus debeat condẽnari, capitulo aliquo non obſtante.

De Aquæ ductus Aquæ Felilli tenendis in cultu. Rub. 68.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd cõducti,& Aqua Felilli teneãtur in cultu: & quòd nulla perſona eleuet,nec eleuari faciat de aqua dictæ fontis,nec iuxtà fontem ipſius aquæ ſilices de ipſo fonte,nec aliquo modo impedire foramen ipſius conducti,& fontis. Et qui contrafecarit: pro qualibet vice condemnetur per Poteſtatem in x. lib.den. capitulo aliquo non obſtante. Et nihilòminus reaptetur in quolibet loco, de quo, & per quem ipſa aqua exiret ita, quòd aqua non poſſit exire: niſi per os ipſius conducti. Et ſi negligẽtes fuerint poteſtas,& capitaneus perdant de eorum ſalario c. lib.den.pro quolibet.

Quòd poteſtas faciat depingi figuram beatæ Mariæ virginis in portis. Rub. 69.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd ad honorem, & reuerentiam Beatæ Mariæ Virginis, Poteſtas teneatur depingi facere in qualibet porta Ciuitatis infrà mẽſem introitus ſui regiminis figuram beatæ Virginis Mariæ cum filio in brachio,& figuram B. Venantij & S.Chriſtophori,& S.Antonii. Et nullus faciat aliqnam turpitudinem de die,vel de nocte. Et qui contrafecerit, ſoluat pro banno communi. XL.ſol.den.cuius banni, medietas ſit communis,& alia medietas ſit accuſatoris,& ſit licitum cuilibet accuſare. Et ſi poteſtas fuerit negligens in faciendo fieri prædicta: perdat de ſuo ſalario x. lib. den.

Quòd curia primò procedat ad executionem condemnationum contrà principalem condemnatum, & poſtea contrà fideiuſſores. Rub. 70.

ITem ſtatuimus, & ordinamus,quòd ſi quis ſe obligauerit pro aliquo in Curia Camerini occaſione maleſitii alicuius: Et ille pro quo ſe obligauerit, extiterit condemnatus: ipſa curia teneatur prius procedere ad executionem condemnationis contra ipſum con

demnatum,& eius bona in conſtringendo ipſum perſonaliter,in extrahendo,ſeu extrahi faciendo hoſtia domus,ſeu vendendo bona ipſius condemnati vſq; ad ſatisfactionem ipſius condẽnationis: aliter contra ipſum,qui ſe obligauerit, vel inueniretur obligatus, poteſtas,& capitaneus, iudex,ſotius,ſeu aliquis de ipſorum officialibus realiter,vel perſonaliter procedere non poſſit: dummodò condemnatus ſit ſoluendo: non obſtante ſi ipſe fideiuſſor,vel prædictus ſic ſe obligans pro ipſo condemnato inſolidum reperiatur obligatus,vel ſecundum formam cuiuslibet alterius contractus. Et de defenſione,et probatione fideiuſſionis ſufficiat ſola ſcriptura condemnationis pleno iure. Et ſi bona condemnati,vel condemnatorum non ſufficerent: poſtmodum fideiuſſor,vel fideiuſſores ad ſoluendum illud,quòd deeſt, integraliter conſtringatur. Et ſi poteſtas, vel capitaneus, vel aliquis alius ſuus officialis, vel aliquis de eorum familia contra prædicta,vel aliquod prædictorum venirent,vel fecerint: perdat de ſuo ſalario quilibet ipſorum. L. lib. den. pro qualibet vice: & in prædictis L. lib. per rationatores communis condemnetur,& ſit licitum cuilibet accuſare. Cuius banni medietas ſit communis,& alia medietas accuſatoris. & hoc capitulum ſit præciſum,capitulo aliquo non obſtante,vel reformatione conſilii facti,vel fiendi. & hoc idem dicimus non obſtante renunciatione facta per ipſum fideiuſſorem tempore excuſationis condemnati. Et ſi eueniret,quòd principalis non inueniretur, vel non eſſet ſoluendo, & dictus fideiuſſor ſoluerit de ſuo: Poteſtas, vel Cap. vel alii officiales,et quilibet ipſorum debeant,& teneantur principalem in perſona, & rebus ad voluntatem fideiuſſores abſq; aliquo proceſſu compellere ad ſatisfactionem faciẽdam eidem fideiuſſori de dicta condemnatione, & damnis. Et ſi Pot. vel alius officialis ſeu aliquis de familia cõtra formam ſtatuti prædicti aliquem ad ſoluendum cogeret, vel in aliquo fideiuſſorem condemnaret: capitaneus, & eius curia ipſum fideiuſſorẽ abſoluere teneatur. Idem dicimus ecõtra, quòd ſi capitaneus,vel eius familia,vel aliquis officialis condemnaret,vel aliquid ad ſoluendum cogeret dictum fideiuſſorem contra formam prædictam: Poteſtas,et eius curia teneatur dictum fideiuſſorem abſoluere. Et principalis intelligatur ille, qui fuerit condemnatus, & non fideiuſſor. Quòd ſi prædicta non fecerit poteſtas, & capitaneus, & quilibet ipſorum officialis contrafaciens: pro quolibet in 25.lib.den.communi condemnetur per rationatores tempore eorum ſyndicatus. Et prædicto ſtatuto renunciari non poſſit in aliqua ſui parte. Addimus huic ſtatuto, quòd quicunq; fideiuſſerit, vel ſe pro aliquo obligauerit in curiis dominorũ Pot.& Cap. vel aliorum officialium dicti cõis occaſione alicuius malefitij,vel proceſſus,vel alia quauis cauſa et illum vel illos, pro quo vel quibus ſe obligauerit, reaſſignauerit curiæ, coram qua ſe obligauerit,vel fideiuſſerit,curia teneatur recipere illum,vel illos,pro quo, vel quibus facta fuerit obligatio,vel fideiuſſio: et ipſo:vel ipſis reaſſignato,vel reaſſignatis curia faciat ipſum,vel ipſos in continenti cuſtodiri: et à tali fideiuſſione,et obligatione fideiuſſor,uel fideiuſſores ipſo iure ſint abſoluti, et contra ipſum,uel ipſos fideiuſſores nullatenus procedatur; nec teneatur ulterius pro illo,pro quo fideiuſſit. Et ſi plures fuerint fideiuſſores et unus reaſſignauerit, ut ſupradictum eſt,ſufficiat pro omnibus fideiuſſoribus.Et Pot.et Cap. et alii omnes dicti officiales teneantur obſeruare prædicta. Et ſi contrafecerit perdat quilibet de ſuo ſalario. L.lib.den.et officialis, coràm qno facta eſſet, uel fuerit ipſa reaſſignatio,recipere teneatur ad petionem fideioſſoris, et ſi non receperit, et eum cuſtodiri non fecerit, ſeu neglexerit, et cõe vel Camera aliquod dandum pateretur: dictus officialis teneatur cõe,vel Camera conſeruare indemne vſq; ad quantitatem, quam deberet principalis condemnatus ſoluere,& de tali reaſſignatione principalis poſſit fieri fides per inſtrumentum, vel teſtes. & huic capitulo renunciari non poſſit: & ſi renunciaretur,nõ valeat ipſo iure. & idem dicimus, ſi aliquis, vel aliqui ſe obligauerint Pot. vel Cap. vel alicui eorum,vel alteri officiali de aliquo repræſentando, qnòd facta reaſſignatione prædicta prædictus ſic obligatus nullatenus teneatur occaſione dictæ oblig.

De Hoſtiis domus non extrahendis: & de non faciendo cadere coppos de domo

certis de cauſis. Rub. 71.

STatuimus, & ordinamus, quòd nullus officialis cōis, etiam ſyndicus loci camerini audeat, vel præſumat facere extrahi, vel deportari, ſeu eleuari hoſtia, ſiue hoſtiū, et cardines hoſtii de domo alicuius pro aliqua pecuniæ quantitate, quam aliquis deberet ſoluere à viginti quinq; lib. infra. Et ſi contrafecerit: puniatur in lib. quinquaginta den. pro qualibet vice per rationatores cōis tempore ſui ſyndicatus. & idem dicimus de coppis, quòd non poſſit aliqua occaſione, uel cauſa cadere facere coppos de domo, nec domum deuaſtare pro aliqua cauſa à vigintiquinq; lib. infrà. Et ſi prædictus officialis contrafecerit: puniatur in dicta pœna, capitulo aliquo non obſtante: et damnum reſarcire patienti teneatur.

Quòd bona exbannitorum data alicui defendantur. Rub. 72.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſi alicui de ciuitate, et diſtrictu Camerini pro debitis, quæ deberet recipere à cōi, et Camera Camerini: data fuerint, vel erint aliqua bona Forbanditorum: Poteſtas, et Cap. et alii Iudices, et conſilium ciuitatis Camerini huiuſmodi recipientes defendant in dictis bonis iuſtitia mediante. Et ſi ab illo, cui facta fuerit conceſſio à ſyndico cōis, Procuratore fiſcali et Theſaurario in totum, vel in partē, euicta fuerint de iure: de aliis bonis cōis, ſeu introitibus reſtituantur eidem. Et poteſtas hoc obſeruet et obſeruari faciat. Addimus, quòd ſi de iure amitterentur, et oſtendi poterit: reſtituantur alia aliter non. et prædicta Pot. et Cap. et ſui officiales teneantur obſeruare vinculo iuramenti. & ſi fuerint negligentes perdat quilibet de ſuo ſalario xxv. lib. den.

Quòd qui occupauit aliquid de bonis cōis, debeat relaxare. Rub. 73

ITem ſtetuimus, et ordinamus quòd ſi quis occupauerit aliquid de bonis cōis caſtrorū, villarum, et vniuerſitatum Camerini à xxx. annis citra: ipſa bona debeat relaxare, cū omnibus fructibus ad pœnam xxv. lib. applic. cōi Camerini: et in ipſis nouitatem aliquā facere non præſumat: et nihilōminus deueniant ipſa bona in caſtrum, vel villam, et in homines vniuerſitatum. et homines caſtrorum, et villarum poſſint ipſa bona recuperare ſine pœna, et banno, capitulo aliquo non obſtante.

Quòd Poteſtas cogat infraſcripta caſtra ad ſeruandum ea, quæ ipſi debent communi. Rub. 74.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd omnes, & ſinguli qui habitāt in aliquo caſtro, ſeu villa, ſubiecto, vel ſubiecta iuriſdictioni Camerini, vel qui debent aliquid facere, vel præſtare ipſi cōi Camerini, ex pacto, et promiſſione, per conuentionem, & promiſſionē, ſeu ſubmiſſionem: quæ caſtra, villæ, & cōmunantiæ ſunt hæc, S. Anatholia, Sephre, Andolina, Dignanum, Roccha, Præcaneſtrum, Caſtrūm Montis S. Poli, Caſtrum Vallis Caldariæ, Caſtrum vallis S. Angeli, Roccha Maii, Sentinum, Vrbiſalia, homines Monoſterii Inſulę, homines Anchaiani, quòd (inquam) Poteſtas cogat eos (capitulo aliquo non obſtante) ad faciendum, & obſeruandum ipſi cōi, quòd ipſi homines promiſerunt cōi. Et ſi Poteſtas hoc non fecerit: perdat de ſuo ſalario L. lib. den. in quibus cōdēnetur per rationatores cōis præciſè. De quo non poſſit appellari, nec peti licentia à cōſilio ſpeciali, et generali. Et ſi daretur non valeat, nec teneat ipſo iure. Et hoc faciat Poteſtas infra quattuor menſes ab introitu ſui regiminis.

Quòd, qui vendiderit aliquid cōi, illius teneatur tradere poſſeſſionem. Rub. 75

STatuimus, & ordinamus quòd quicunq; vendidit hactenus aliquid cōi Camerini, teneatur tradere poſſeſſionem vacuam rei, vel rerum venditarum ipſi cōi: alioquin ille, vel illi, qui vendiderit, vel vendiderint, vel aliquis pro eis, non poſſit petere, nec recipere aliquid promiſſum ſibi per cōe Camerini, vel eius ſyndicum occaſione prædicta. Et ſi peteretur quicquam de præmiſſis: petens non audiatur per aliquos officiales communis. Et Pot. & Cap. teneantur hoc ſtatutum obſeruari facere. Et ſi fuerint negligētes: perdat quilibet de ſuo ſalario. C. lib. den. & quicunq; petierit contrà formam prædicti

ſtatuti.condemnetur pro qualibet vice in L.lib. den.

Quòd poteſtas teneatur cogere homines de Rocchetta ad obſeruandum promiſſiones factas cōi, & ad dandum affictum. Rub. 76.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd Poteſtas ciuitatis Camerini, teneatur cogere omnes,& ſingulas perſonas Rocchettæ, quæ habitant in Rocchetta, & ipſius curia tempore tractationum pactorum factorum inter cōe Camerini, & homines caſtri Rocchettæ, & ad obſeruandum dicta pacta,& promiſſiones, & affictū, prout in inſtrumētis hinc inde factis continetur: & in ipſo caſtro ponatur & ordinetur cuſtos, ſicut in aliis caſtris cōmunis Camerini, promiſſione aliqua non obſtante. & ſi aliqui abſentarent ſe nolentes obſeruare ipſas promiſſiones,& pacta: faciat ipſos in banno poni, ſicut faceret de aliis ciuibus ciuitatis camerini,& de his poteſtas inquirere faciat, & debeat infra tres menſes introitus ſui regiminis, & ſi non fecerit: perdat de ſuo ſalario xxv.lib. den. in quibus per rationatores cōis tempore ſyndicatus, cōdemnetur, & de facto auferatur.

Quòd nullus debeat retinere Filices,Paleas,& Fœnū in domo,in qua habitat. Rub.77.

ITem ſtatuimus,quòd nullus de ciuitate audeat, vel præſumat habere in aliqua ſua domo,vbi habitaret,Filices,Paleas,& Fœnum,vel texturas illas ex iuncis,& cannis,quas vulgò Camorcanas appellant, vel alia arida,per quæ poſſit faciliter ignis appræhendi, & accendere (quòd Deus auertat) domos Ciuitatis, & in ipſa ciuitate periculum generare. & qui contrafecerit: ſoluat pro banno cōi.C.ſol.den.& minus inſpecta qualitate perſonæ,& delicti. & quantitates eorum aridorum, quas haberet in domo, cuius medietas ſit cōis, & alia medietas accuſatoris. & hoc Pot. faciat publicè banniri per ciuitatem infrà quindecim dies introitus ſui regiminis. & ſi fuerit negligens, perdat de ſuo ſalario xxv. lib.den.in quibus per rationatores cōis debeat condemnari.

De diſgombrando viam publicam,ſuper quam cecidit terra, ſeu limes de poſſeſſione alicuius. Rub. 78.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd quicūq; habet terram iuxta viam,& terra illa, ſeu limites ipſius terræ ſuperuenerit in viam publicam debeat eleuare,& diſgombrare ipſam viam de ipſa terra infrà 15.dies & ſi non fecerit,ſit licitum cuilibet eleuare, & diſgōbrare ſine pœna, et banno,et proijcere in dictam terram,vel in ſuam,et nihilòminus ille non eleuans ad mandatum officialis puniatur in C.lib. den.

De non acquirendo ius,vel actionem contra aliquos ciues noſtros. Rub. 79.

ITem ſtatuimus, et ordinamus,quòd nullus de ciuitate, et diſtrictu Camerini, vel aliunde acquirat aliquod ius,vel actionem contra aliquem, vel aliquos ciues noſtros de ciuitate,vel diſtrictu Camerini occaſione Homagii,Dominii, uel Signoriæ, vel aliquorum ſeruitiorum,quæ hactenus præſtare conſueuerunt cuicunq; perſonæ, collegio, vel vniuerſitati alicuius de ciuitate, vel diſtrictu ciuitatis prædictæ. Et ſi quis emerit, vel alio titulo acquiſierit: ipſa emptio, ſeu acquiſitio non valeat: et talis emptor à curia cōmunis Camerini non audiatur. Et idem dicimus, quòd nulla perſona poſſit emere, vel aliquo titulo in ſe transferre ab aliquo caſtro, villa, vel vniuerſitate dictæ ciuitatis aliqua paſcua,prata,ſyluas,mōtes ſeu nemora, quæ ipſa caſtra,villæ, et vniuerſitates habuerint et poſſederint cōmuniter, et in cōi. Et ſi contrafactum fuerit: non teneat ipſo iure: et nihilòminus emens,et aliquo alio titulo recipiens contra dictam formam condemnetur in C. lib. den.

Quòd quicunq; de caſtro Criſperii,et ciuitatis, et diſtrictus Camerini acquiſierit ius ab Abbate Domorum, cogatur reſtituere cōi. Rub. 80.

STatuimus, et ordinamus, vt ciuitas Camerini in ſua iuriſdictione nullatenus defraudetur: et ne aliquis inimicorum ciuitatis poſſit in iuriſdictione dictæ ciuitatis ius acquirere aliqua ratione: quòd quicunq; de ciuitate Camerini, ſeu diſtrictu, ſpecialiter de caſtro Criſperii emiſſet, ſeu ius aliquod acquiſiuiſſet quoquomodo, vel cauſa ab Abbate, Canonicis,et conuentu Monaſterii Domorum, et eorum ſyndico, vel ab alia perſona ius

na ius habente à prædictis, vel aliquo eorum de Territorio Montis Beregnæ, Latus, & Criſpignani vſq; in flumen Potentiæ, quæ ſunt cõis camerini, debeant ipſam emptionẽ, & omnes ius, quod acquiſiuiſſent à prædictis de dictis rebus remittere, & quietare ſyndico cõis camerini, & abſolutè relaſſare infrà vnum menſem introitus ſui regiminis. Et ſi quis contrafecerit non remittendo, & quietando circa prædicta: condemnetur communi in 25. lib. den. & ſit licitum cuilibet accuſare: medietas cuius banni ſit cõis, & alia medietas ſit accuſatoris. Et Pot. & Cap. teneantur vinculo iuramẽti inquirere de prædictis quolibet menſe. Et nihilòminus cogantur prædicti emptores, ſeu qui ius acquiſierint de dicto territorio, ſeu parte ipſius ad remittendum ipſum ius. Et quòd deinceps nullus audeat acquirere, vel laborare de dictis mõtibus ſub dicta pœna. Et prædicta Pot. & Cap. & alii eorum officiales cõis facere teneantur. Et ſi non fecerint: perdat quilibet de ſuo ſalario. C. lib. den. Et hoc capitulum ſit præciſum, capitulo aliquo non obſtante, & non obſtante præſcriptione temporis.

Quòd nõ poſſit aliquis retinere beſtias in Raſengha cõis in diebus, in quibus venditur bladum. Rub. 81.

ITem ſtatuimus, & ordinamus cum locus Raſenghæ ſit valde artus, & anguſtus in diebus, in quibus venditur bladum, occaſione hominum, & beſtiarum, quæ deferunt ipſum bladum ita, quòd homines ire, ſtare, & trãſire commodè non poſſint per dictam Raſengham, neq; etiam per Arrenghum, quòd nullus audeat, vel præſumat tenere beſtias niſi ſubtus Logiam vbi ponderatur Farina. Et qui contrafecerit: puniatur pro qualibet vice, in. x. ſol. den. Cuius banni medietas ſit cõis, & alia medietas accuſatoris. Et prædicta Pot. banniri faciat publicè in die ſabbati. Et notarius Capitanei poſſit, & teneatur de prædictis inquirere: & contrafacientes punire.

De alienantibus res in Clæricum, qui non ſit de Diocœſi Camerinenſi. Rub. 82.

ITem ſtatuimus, & ordinamus ſi aliqua perſona ciuitatis, vel diſtrictus Camerini alienauerit aliquam poſſeſſionem mobilem, ſeu inmobilem in aliquem Clæricum, qui nõ ſit de Diocœſi Camerinẽſi, & nolit reſpondere de iure petentibus coràm Camerinenſi Epiſcopo, et eius curia pro occaſione dictæ rei, quòd ſic alienans cogatur per Poteſtatem, et Cap. ciuitatis Camerini, & eius officiales reſpondere pro ipſa re coràm curia Camerinẽſi de iure ad petitionem petentis. Simili modo ſi ipſe alienans rem alienatam poſſideret (cum huiuſmodi alienationes fiant, & fieri conſueuerint per laycos ciuitatis Camerini in clæricos alterius diocœſeos, quàm camerinenſis ad hoc, vt ipſi alienantes petentibus faciant duriorem cauſam) eum teneri volumus ad reſpondendum de iure petentibus, ac ſi ipſe poſſideret, & nulla alienatio facta fuerit: et ipſa alienatio in hoc caſu præſumatur facta in fraudem. Et Pot. et Cap. ac alii officiales pro tempore ad petitionem cuiuslibet petentis faciant prædictum ſtatutum obſeruari. Et ſi negligentes fuerint in prædictis vel aliquo prædictorum: perdat quilibet ipſorum de ſuo ſalario c. lib. den. præſcriptione tẽporis non obſtante.

De Clæricis alterius diocœſeos recipiẽtib⁹ poſſeſſionẽ ab aliquo Camerinẽſe. Rub. 83.

STatuimus, et ordinamus, quòd ſi aliquis Clæricus, qui non ſit diocœſanus Camerini, receperit, aliquas poſſeſſiones ad laboritium à ciue camerinenſe, vel diſtrictuali: et nõ reſponderet ſibi de fructibus ſecundum formã ſui inſtrumenti, vel pacti: Poteſtas, et alii officiales teneantur ad petitionem illius, cuius eſſet ipſa poſſeſſio præcipere, quòd nullus de ciuitate, et diſtrictu camerini, debeat laborare de bonis dicti Clærici ad pœnã. C. ſol. den. quo vſq; ſatisfecerit integrè dicto ciui camerinenſi de fructibus dictæ poſſeſſionis. Et hoc ſtatutum ſit præciſum.

De obligantibus ſe, et bona ſua alicui Monaſterio, vel Eccleſiæ, et non deferentibus habitum. Rub. 84.

ITem ſtatuimus, quòd ſi quis obligauerit ſe, et ſua bona alicui Monaſterio, ſeu loco pio, vel eccleſiæ, vel fuerit oblatus alicui loco, vel eccleſiæ, et nõ portauerit habitum ipſius

monaſterii,vel Eccleſiæ: ſeu quis dederit,vel donauerit bona ſua ipſis loco, vel Eccleſiæ in totum,vel in partem,non obſtante dicta oblatione,donatione,vel conceſſione, teneatur dare ſoluere,et præſtare collectas,datiuas,et alia obſequia facere cum aliis hominibus,vbi habitauerint cum ſua familia. Et ſi prædicta facere recuſauerint: quòd reddatur ſibi ius in ciuili iudicio.

De malefacientibus ob facinora eorum cogẽdis per Poteſtatem, vel Capitaneum ad petitionem parentum. Rub. 85.

ITem ſtatuimus,et ordinamus,quòd poteſtas,et capitaneus, et eorum officiales teneantur,et debeant ad petitionem patris,matris,et aui paterni compellere filium, ſeu nepotem carnalem,de quo fertur mala fama,et quòd malè ſua re vtitur,quòd non ludat ad aliquod genus ludi, quòd non comedat, nec bibat in Taberna, et quòd prædicta banniri facere teneantur. Item quòd nullus cum eo contrahat: quòd Tabernarius ei nihil dare debeat ad comedendum contra voluntatem patris, matris, vel aui paterni: nec aliqua pignora ab eo recipiat. Et qui contrafecerit: condemnetur in C.ſol.den.Et quilibet poſſit accuſare.

Quòd habitantes extrà ciuitatem non cogantur facere calcinariũ. Rub. 86.

STatuimus,et ordinamus,quòd homines habitãtes extrà ciuitatem nullius ſtatuti prætextu calcinarium aliquod facere cogantur.Et ſi aliquo tempore neceſſe fuerit calcinarium:fieri,quòd fiat expenſis communis, et non aliter.

Quòd homines de Flaſtra debeant facere vnum ſyndicum tantum. Rub. 87.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd homines vniuerſitatis Flaſtræ faciant vnum ſyndicum tantum,qui in dicta vniuerſitate eſſe debeat.Et quòd prædicta Poteſtas faciat obſeruari præcisè.

De arbitrio non petendo per Pot.et officiales camerini. Rub. 88.

STatuimus,quòd Pot.et ſui officiales non poſſint petere arbitrium puniendi, condemnandi,ſeu aggrauandi aliquem contrà formam ſtatutorum. Et ſi datum fuerit ei, vel alicui ipſorum per conſilium aliquod: non valeat, nec teneat ipſorum arbitrium. Et ſi quicquàm factum fuerit per eos,vel aliquem ipſorum ex ipſo arbitrio: non valeat,nec teneat. Et Pot.et ſui officiales, qui petierint,puniantur, et condemnentur à Cap. cõis in. L.lib.den.Et hoc capitulum ſit præciſum,capitulo aliquo non obſtante: Saluo quòd poſſit petere arbitrium puniendi pro facto Guerrę,exercitus,et guardiæ caſtrorum:et quòd poſſint ponere bannum vſq; in xx.ſol.den.et non poſſint facere ordinamenta,nec conſtitutiones. Et ſi contrafecerit: quod factum fuerit, non valeat. niſi pro exercitu, cuſtodia caſtrorum, et guerra,vt ſuperius dictum eſt. Et Cap. infrà xv. dies poſt petitum arbitriũ condemnare teneatur Poteſtatem, et ſuos officiales: et cogere quòd emendent damnũ in duplum ad eſtimationem patiẽtis, quod aliquis,ſeu aliqua occaſione arbitrii dati ſubſtinuerit. Quòd ſi non fecerit: condemnetur per rationatores cõis Camerini pro qualibet vice in xxv. lib.den.Et ſi aliquis occaſione arbitrii fuerit aggrauatus,vel condemnatus per Poteſtatem,et ſuos officiales; aggrauatus poſſit agere contra eum qui conſuluit, quòd daretur arbitriũ Pot.Et iudex,coràm quo fuerit quæſtio mota,debeat dictum Arrengantem condemnare ſecundum formam ſuæ petitionis. Et de hoc ſtetur probationi duorum teſtium. Et ſi non appareat conſultor: poſſit agere contrà quem voluerit de cõſilio: niſi appareat illum,contra quem actum fuerit, contradixiſſe dicto arbitrio. Addimus huic ſtatuto,quòd quilibet officialis cõis reſtituere,& reaſſignare teneatur id,quod apud ſe habuit de bonis,& rebus cõis Camerini; alioquin ſi inuentus fuerit remanſiſſe penès ſe de bonis dicti cõis poſt præſtitum iuramentnm: condemnetur per rationatores communis in quadruplum illius rei, vel pecuniæ: & reſtituat, quod remanſit, vel accepit in fraudem.

Quòd non capiantur aliqui: niſi per rectores officiales,& familiares. Rub. 89.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd nulla perſona poſſit capi, & detineri aliqua occaſione

ſione: niſi caperetur per rectores & eorum officiales,& famulos cõis: niſi exbanditi cõis Camerini,& alii malefactores, qui ſecundum formam aliorum ſtatutorum capi poſſunt, quos capere vnicuiq; liceat ſine pœna, & bando pro iure, & cognitione cuiuſlibet cauſæ & quæſtionis ciuilis, & criminalis cognoſcendæ, terminandæ, & finiendæ, per ipſos dominos rectores,& officiales ciuitatis Camerini ſecundum formam, & tenorem priuilegiorum,& ſtatutorum cõis Camerini. Et qui aliter capi vellet, & extrahi, de dicta ciuitate, & diſtrictu: non permittatur nec poſſit extrahi, ſed omnino defendatur: & quilibet teneatur eum defendere,& iuuare pro viribus. Et prædicta rectores, & officiales obſeruent,& obſeruari faciant præciſè vinculo iuramenti. & ſi eſſent negligentes: perdat, & perdere debeat, & ſoluere quilibet ipſorum de eorum ſalario.C. ſol.den.pro qualibet vice, in quibus condemnetur per rationatores cõis, capitulo aliquo, vel reformatione conſilii non obſtante.Et de hoc non poſſit petere dilationem à conſilio,vel parlamento, & ſi petita fuerit,vel data eſſet: non teneat,nec valeat vllo modo, ſed ipſo iure ſit nulla, & nullius valoris. Et hoc capitulum ſit præciſum. Et Pot. & Cap. & alii officiales hæc obſeruent,& obſeruari faciant ad hoc,vt priuilegia,iura,& honor ciuitatis,& hominum Camerini non pereant,ſed de die in diẽ manuteneantur, ac potius augumententur.

Quòd Mercatores teneantur vendere pannum ad paſſum. Rub. 90.

ITem ſtatuimus, quòd omnes Mercatores pannorum lanæ, pannum ipſum lanæ vendere teneantur ad paſſum cõis, prout ſignatum eſt in Cãpanili Eccleſiæ S. Mariæ maioris, & in Colũna Logiæ Notariorum in platea ſuperiori. Et ſi quis repertus fuerit habere paſſum non iuſtum: condemnetur in xxv.lib.den.& quòd officiales extraordinarii faciant eligi in conſilio tres bonos viros, de qualibet contrata vnũ,ad cartutias pro quolibet die Sabbati: qui inquirere teneantur à mercatoribus, ſi habent paſſum iuſtum, & referre officialibus,& ſtetur relationi ipſorum, & cuiuslibet eorum.

De Pizzicarolis,quòd non emant ante ſonũ veſperi cauſa reuendendi. Rub. 91

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd nullus Pizzicarolus,vel Pizzicarola, nec aliqua alia perſona per ſe,vel per alium aliquo modo,vel quæſito colore poſſit emere cauſa reuẽdendi aliquo die ante horã veſperarũ aliquas derratas,ſeu res venales:et quòd debeãt emere in Platea S. Mariæ vel S. Angeli, & non alibi. Et qui contrafecerit: ſoluat pro bãno cõi pro qualibet vice xl.ſol.den.cuius banni medietas ſit cõis,& alia medietas ſit denunciatoris: quæ pænæ de facto poſſint auferri per extraordinarios, vel alios officiales cõis deputatos, per M. D. Priores dictæ Ciuitatis,& quòd extraordinarii,& alii officiales deputati teneantur inquirere quolibet die in prædictis,& ſi fuerint negligẽtes extraordinarii,& alii officiales, condemnentur pro qualibet vice in x. lib. den.

Quòd Rectores artium teneantur dare auxilium Pote.& Cap. Rub. 92.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd pro bono,& pacifico ſtatu cõis Camerini M. D. Priores, & omnes Ractores artium ciuitatis Camerini teneantur, & debeant dare cõſilium,auxilium, & fauorem Poteſtati,& Capitaneo,& eorum Iudicibus, & officialibus ad hoc, vt quilibet poſſit liberè ſuum officium exercere, prout cuilibet eorum commiſſum fuerit per ſtatutum, vel conſilium: Et dare opem, & operam,quòd maleficia non remaneant impunita ſecundum formam capitulorum,& ſtatutorum Camerini: & non cõſulere,nec rogare Poteſtatem,vel Capitaneum, & eorum Iudices,& officiales,quòd aliqua condemnatio, quæ facta erit ſecundum formam ſtatutorum remittatur in totũ vel in partem, nec aliquo debito compenſetur; Imò dare operam cum effectu, quòd omnino ipſæ condemnationes, ſi factæ fuerint ſecundum formam ſtatutorum potius exigantur. Et ſi quis in prædictis Poteſtati,Capitaneo, Rectori,vel alicui officialium permitteret hoc fieri, vel quòd fieret; ſoluat bannum L.lib.Et ſi contrafactum fuerit non valeat, nec teneat.

Quòd, qui iurauit in arte, cogatur obſeruare capitula ſtatutorum. Rub. 93.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd ſi aliquis eſſet de arte aliqua, & nõ iurauerit in ipſa arte

ſa arte, cogatur per Rectores, ſiue per Capitaneum ipſius ad conſeruanda capitula huius ſtatuti, dummodo capitula non ſint contra cõe. Et ſi quis poſt aſſignationem factam de eo non iurauerit in ipſa arte infra octo dies, ſoluat nomine banni cõi xx. ſol. denariorum. Et quod quilibet in arte, cui contigerit aliqua electio alicuius officialis cõis, cogatur eligere officialem de arte ſua, vel quẽcunq; alium ad ſuam voluntatem, capitulo aliquo nõ obſtante ſine pœna, & banno. Et ſi contigerit talem electionem per ſuum capitaneũ cõdemnari, vel annullari, ipſa condemnatio non valeat, ſed ſit caſſa ipſo iure. & Capitaneus Populi teneatur ipſam caſſare ad petitionem cuiuslibet petentis.

De conſeruandis priuilegiis, et inſtrumentis cõis per M. D. Priores. Rub. 94.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd M. D. Priores omnes ſcripturas cõis conſeruari, et cuſtodiri faciãt ad vtilitatem cõmunis, et originalia priuilegia, et inſtrumenta communis apponi faciãt apud Palatium Priorum in capſa quinq; Clauium, clauſa quinq; bonis et diuerſis ſerraminibus iuxta formam capitulorũ editorum, et habitorũ ſuper magiſtratu dictæ ciuitatis et in præſenti Statutorum volumine regiſtratorum.

Quòd Poteſtas, et Capitaneus, & alii eorum officiales non ludant ad aliquem ludũ taxillorum, ſeu aliorum ludorum prohibitorum. Rub. 95.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd Poteſtas, et Capitaneus, et alii officiales ciuitatis Camerini non poſſint ludere ad aliquod genus ludi taxillorum, nec cartarũ, & aliorũ ludorum prohibitorum in ſimul, nec cum aliquo de ciuitate, et diſtrictu camerini, nec aliqua Enſenia recipere, nec præſtantiam rei mobilis, ac rerum commeſtibilium ab aliquo de ciuitate, et diſtrictu Camerini, layco, ſeu clærico per ſe, vel per aliam perſonam, et non debeat recipere aliquam ceſſionem, ſeu conceſſionem, vel donationem contra cõmune Camerini, ſeu contra aliam ſpecialem perſonam ciuitatis, ac diſtrictus Camerini durante eorum officio, et ſi contrafecerit in prædictis, vel aliquo prædictorum, condẽnetur quilibet pro qualibet vice per ſyndicum, ſeu arrationatores cõis in L. lib. denariorum pro quolibet.

De pecunia cõis non expendenda, danda, vel donanda vltra formam præſentis ſtatuti. Rub. 96.

ITem ſtatuimus, quòd pecunia cõis non expendatur aliqua cauſa donationis, alienationis, vel tranſactionis, vel alicuius traditionis contra, vltra, vel præter formam horum ſtatutorũ. Sed ſi contigerit cõe Camerini velle facere aliquas expenſas, vel deberet contrahere, vel aliquid facere propter quod neceſſariũ fuerit, quòd pecunia cõis expendatur, vt negocium cõis melius, et celeriter expediatur, et ipſum cõe indebitè non grauetur, iſto videlicet modo fiat, quòd primò proponatur in conſilio Credentiæ, et poſtea in generali conſilio cõis et Populi Camerini facto bannimento prius ad hoc, vt homines ſciant; Et quicquid in dicto conſilio fuerit ordinatum canonice, obſeruetur, illuq; totũ et integrum M. D. Priores effectui mandare teneantur. Et ſi aliter fieret: non valeat: nec ad aliquid obligetur cõe Camerini vigore huius capituli, ſed penitus conſeruetur illæſum. Et ſi M. D. Priores contrafecerint: perdant de eorum ſalario L. lib. den. pro qualibet vice, et quoties contrafecerint. Et quicunq; conſuluerit contra formam prædictam ſoluat pro banno cõi xxv. lib den. Nec M. D. Priores poſſint in Credentia proponere: nec credentiarii ad conſilium generale tranſmittere: quòd Poteſtati, et Iudici Appellationum, Medicis, Phyſicis, et Chirugicis, Magiſtris Scholarum, Syndico, ſeu quibuslibet aliis officialibus dicti cõis, fiat aliqua donatio, ſeu alia additio eorum ſalario in capitulo, ſeu patentibus eorum, ſeu aliter per commune prædictum ordinato: nec aliqua remiſſio, ſeu condonatio retentionis eorum ſalarii, quæ retentio ſecundum eorum patentem, ſeu formã capitulorũ fieri debet per dictum cõmune. Et ſi quis cõtrafecerit, ſoluat ſupradictam pœnam. Et conſiliarius, qui contra conſuleret, ſit priuatus ipſo iure de dicto conſilio per tres annos. & nihilòminus volens poſt dictos tres annos in dicto conſilio reintrare, denuo palluctetur in conſilio generali, & quòd in dicto conſilio legitime, & ca

nonice

nonice obtineri debeat: & toto tempore vitæ ſuæ aliquod officium habere non poſſit in communi in ciuitate prædicta, & eius comitatu, & diſtrictu: & teneatur commune conſeruare in demne. & nihilòminus id, quod obtẽtum fuerit contra dictam formam, non valeat, nec teneat ipſo iure. & ſi M. D. Priores, vel aliquis eorum contrafecerint, ſeu cõtrafecerit: ſuſpendantur, & ſuſpendatur per menſem ab officio dicti Prioratus vltrà dictam pœnam.

Quòd non fiat depoſitio de pecunia communis penès aliquem, niſi penès Depoſitarium communis. Rub. 97.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd Poteſtas, nec Cap. nec aliquis alius officialis, ſeu familiaris eorum per ſe, nec per alios recipiant, nec recipi faciant ab aliquo de ciuitate, & diſtrictu Camerini aliquam obligationem, vel promiſſionem ex cauſa depoſiti, vel quacunq; cauſa in denariis, ſeu aliis quibuſcunq; rebus durante eorum officio: Sed ſi cõtigerit eos velle aliquem conſtringere ad aliquod depoſitum faciendum, vel admittẽdũ in manibus Depoſitarij, ex cauſis eis per ſtatutum cõis permiſsis: faciant ipſum Depoſitũ recipi per Depoſitariũ cõis, & nõ per alium. Et quoties contrafecerit, vel venerit, quilibet eorum per arrationatores cõis in. L. lib. den. condemnetur: Et ipſa promiſſio nõ valeat, nec teneat, nec ex ipſa aliquid petere poſſit: nec eis aliquod ius acquiratur: Sed ex vigore præſentis ſtatuti taliter ſe obligans ipſo iure ſit penitus abſolutus. Et ipſas obligationes idem Depoſitarius per ipſum recipere teneatur. Et ſi cõtra prædicta, vel aliquod prædictorum faceret, vel veniret in x. lib. den. per arrationatores cõis puniatur, & condemnetur tàm officialis, qui dictum depoſitum fieri faceret, quàm ipſum depoſitum recipiens.

De non acquirendo ius contra cõe Camerini, vel ſpeciales perſonas. Rub. 98.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd nemo acquirat ius, vel actionem cõtra cõe Camerini, vel ſpeciales perſonas, quæ eſſent obligatæ pro cõi. Et ſi hactenus acquiſitũ eſſet, vel in poſterum acquireretur: non valeat capitulo aliquo non obſtante. Et hoc locũ habeat in præteritis, & futuris. & qui contrafecerit: in. c. lib. condemnetur. Et quòd nullus emat, nec alio titulo acquirat homines, vel vaſſallos alicuius, vel caſtrũ aliquod, qui vel quod fuerit in iuriſdictione Camerini. Et ſi contra factum fuerit: non valeat, nec teneat.

Quòd nec Poteſtas, nec Capitaneus in conſilio adeſſe poſſint, quando de eo tractaretur, quod ſua intereſt. Rub. 99.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi contigerit aliquid debere proponi in quolibet cõſilio pro Poteſtate, vel Capitaneo, Iudicibus, Notariis, & famulis eius, & aliis hominibus, & perſonis, cuius propoſitio ad eoſdem quoquomodo pertineat, quòd in dicto cõſilio tàm prædicti, quàm quilibet ipſorum, vel aliquis de ſua familia quouis pacto adeſſe minimè poſſint, nec præſumant: ſed ſeruetur forma ſtatuti ſuperius loquentis de pecunia cõis non expendenda. & quæ deliberata fuerint ſeruata forma dicti ſtatuti, plenam obtineant roboris firmitatem.

Quòd quicunq; fuerit vocatus ad aliquam rectoriam non poſſit petere ſubſidium: nec M. D. Priores poſſint in cõſilio proponere. Rub. 100.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi aliquis fuerit vocatus ad aliquam poteſtariam, capitaniam, aut rectoriam, ſiue alio quocunq; nomine nuncupetur, ei non liceat petere aliquod donum, vel ſubſidium à cõi: nec M. D. Priores præſumãt proponere in conſilio, vel arrenga, nec cõſilium petere. Et ſi M. D. Priores cõtrafecerint: c. lib. den. pro pœna ſoluere teneantur. Conſiliarius verò, qui contra prædicta cõſuleret: xxv. lib. den. cõi ſoluere teneatur. Et de hoc peti nõ poſſit abſolutio: Nec Syndicus cõis ordinare valeat quòd de prædictis prædictos M. D. Priores, vel conſiliarium, vel aliquem prædictorum ab ſoluãtur liceat tamẽ dicti rectoribus petere, vt eis duo ambaſſiatores concædantur expẽſis cõis cum ſalario xx. ſol. pro qualibet die.

Quòd nullus poſſit eligi in aduocatũ cõis: niſi ſit Iudex, & aduocatus bon⁹. Rub. 101

K Item

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd nullus poſſit eligi in aduocatum cõis, nec in effe-ctu aduocare pro cõi: niſi ſit Iudex, vel Doctor, & Aduocatus expertus, & de collegio. Et ſi aliter fieret electio: non valeat, nec teneat, nec poſſit petere ſalarium. Additum eſt, quòd ſi quis eligeret aliquem alium, quòd puniarur in.c. ſol. den.

Quòd Rectores hoſpitentur in locis religioſis. Rub. 102.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd Poteſtas, & Cap. teneantur vinculo iuramenti, cùm venerint ad regimen ciuitatis Camerini hoſpitari ad loca religioſa tãtùm ad voluntatem ipſorum: Et ibi morari donec eorum officium incipiant exercere. Et ſi contra fecerit: quilibet ipſorum condemnetur in.c.lib. den.

Quòd excomputetur de ſalario Rectorum, ſi ſeceſſerint de ciuitate. Rub. 103.

ITem ſtatuimus, & ordinamus quòd ſi aliquis ex officialibus cõis ſcilicet Poteſtas, & Capitaneus, & etiam Medici, Magiſtri Scholarium, et alii conducti à cõmunitate, vel aliquis de eorum familia, ſeu aliquis alius officialis cõis camerini, vel aliquis de eorum familia, quos habere, & tenere debent in ciuitate camerini ſecundum formam ſtatutorũ ſeceſſerint, ſine licentia M.D. Priorum & Credentiæ, de ciuitate, quod excomputetur eis ſalarium de ſalario Poteſtatis, ſeu Cap. habirum à cõi pro rata temporis. Illud idem dicimus, ſi aliquo tempore non habuerint equos vt habere, & tenere debẽt. Et quòd Poteſtas, & Cap. ſeu aliquis de ipſorum familiaribus, & officialibus non poſſit recipere, nec habere fœnũ, ligna, paleas, ſeu aliquod ſeruitium ab aliquo, vel aliquibus ſine iuſto precio, & hoc capitulum ſit preciſum, & ſi contrafecerit Poteſtas, vel Cap. vel aliquis de officialibus ipſorum, vel aliquis de ipſorum familia: condemnetur in 25. lib. den. communi pro qualibet vice.

Quòd ſcholares venientes ad ſtudendum poſſint liberè ſtare in ciuitate. Rub. 104.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd omnes, & ſinguli ſcholares, qui venerint ad ciuitatem Camerini ad ſtudendum, poſſint in ciuitate Camerini liberè permanere: & in acceſſu, & receſſu ipſi, abſq; ſolutione gabellæ, & eorum nuncii in perſona, & rebus ſecuritate plenaria pręſtita non obſtantibus aliquibus repræſaliis. Et hoc capitulum ſit præciſum capitulo, vel reformatione aliqua non obſtante.

Quòd cuilibet ſit licitum facere puteum ante domum. Rub. 105

STatuimus, & ordinamus, quòd quicunq; in ciuitate Camerini ante domum ſuam voluerit puteum facere, licitum ſit ei ipſum facere pro velle, dummodò non guaſtet viã mattonatam, & hoc poſſit ſine pœna, & banno fieri. & in poſſeſſione ipſius putei moleſtari non poſſit aliqua ratione, vel cauſa, cũ licentia tamen M.D. Priorũ, & Magiſtri viarũ.

Quòd officia communis ciuitatis Camerini ad cartutias diuidantur. Rub. 106.

STatuimus, & ordinamus, vt inter noſtros ciues in diſtribuendis officiis, æqualitas, & legalitas obſeruetur, quòd officia ciuitatis camerini inter eoſdẽ ciues ad cartutias ſecundum buſſulam iuxtà formam Breuis diuidantur: & nullus ad aliquòd officium aliter quàm ad cartutias eligatur reformatione, vel deliberatione aliqua conſilii communis non obſtante: & ad officium aliquod interueniente precio nullus noſtrorum ciuium eligatur. Quòd ſi contra formam præſentis capituli ſit aliquis electus, vel in futurum eligi contigerit: electio de ipſo facta non valeat ipſo iure: & nihilòminus, qui taliter ipſum eligent, per Poteſtatem, vel Cap. in xxv. lib.den.condemnentur. Et capitulum prędictũ præciſè obſeruetur, & faciant obſeruari. Et ſi in obſeruatione huius fuerint negligentes: perdant ipſorum quilibet de ſuo ſalario.C.lib.den.

Quòd nulli liceat hoſtium, ſiue priuagium facere in muro domus ſuæ verſus territorium alicuius. Rub. 107.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd nulli liceat hoſtium, feneſtrã, ſeu buſium, ſiue priuagium facere in muro domus ſuæ verſus territorium alicuius, vel fieri facere in præiudicium illius, cuius eſt territorium contra ius, & antiquam formam. Et ſi fecerit: claudere compellatur, & remurare: niſi fortè eſſet aquarium cõe, vel proprium.

Quòd

Quòd qui promiſit reuendere,& non reuendit liceat ei,cuius poſſeſſio fuerat,propria autoritate poſſeſſionem reintrare. Rub. 108.

ITem ſtatuimus, quòd ſi quis haberet inſtrumẽtum venditionis de aliqua poſſeſſione, vel re: & emptor promiſerit reuẽdere: Poteſtas ad petitionẽ venditoris cogat emptorem ad reuendendum,& ad reſtituendum recepto precio, non obſtante aliqua temporis præſcriptione. Quòd ſi dicta forma ſeruata emptor noluerit reſtituere,tũc,& eo caſu volumus venditori licere ingredi poſſeſſionem venditæ rei autoritate propria, facto tamen prius de precio actuali depoſito.

De cõmiſſuris Equorum,& Beſtiarum non faciendis in certis locis. Rub. 109.

ITem ſtatuimus,& ordinamus, quòd non fiant cõmiſſuræ, vel coniunctiones, ſeu mõtationes Equorum, & equarum, ſiue aſinorum,& aſinarum per quadraginta paſſus iuxtà aliquem locum fratrum, aut aliquam eccleſiam,ſeu monaſterium dominarum,nec in ciuitate Camerini, vel Burgis. Et qui contrafecerit: condemnetur in quadraginta ſol. pro vice qualibet.

Quòd nullus infectus, ſiue mal ſanus ſtet in ciuitate. Rub. 110.

ITẽ ſtatuimus,& ordinamus,quòd nullus infectus,ſiue mal ſanus audeat, vel præſumat ſtare, nec morari in ciuitate, caſtris, & villis Camerini: ſed teneatur ire ad habitandum,& ſtandum ad hoſpitale, vbi infecti, & leproſi conſueti ſunt habitare: & nullus audeat aliquem ipſorum receptare, vel tenere. Et ſi quis contrafecerit: condemnetur in C. ſol.den. cõi. Et nihilòminus ipſe talis infectus, ſeu leproſus intantundem puniatur pro qualibet vice: & licitum ſit vnicuiq; accuſare.

De Terminatoribus, & ſynaitoribus eligendis, & eorũ notariis, & de eorum officio,et quomodo,et qualiter procędant. Rub. 111.

ITẽ ſtatuimus, et ordinam⁹, quòd ſint tres terminatores, ſeu ſynaitores,cõis Camerini, ſcilicet, de quolibet Terzerio vnus ſingulo anno ad dictum oficium exercendum. Qui quidem ſynaitatores, ſeu terminatores exerceant officium in hunc modum ſcilicet quòd ad petitionem cuiuslibet teneantur ire ad ſynaitas,et terminationes faciẽdas fieri intus,et extrà ciuitatem Camerini ſummariè, ſine iudiciario ſtrepitu, et faciant vocari partes, inter quas fieri debent ſynaitæ,et terminationes vna die pro alia: et pręcipiant ipſis partibus, quòd q̃libet pars proponat ſuos teſtes: et coràm eis ipſos venire, et iurari faciant, vt ſynaitas faciant,et terminationes bona fide, et ſine fraude: Et demum præcipiant eis, vt ipſam ſynaitam faciant ante, quàm ſecædant. Et ſi ipſi teſtes concorditer nõ poſſint facere ipſam ſynaitam: liceat ipſis ſynaitatoribus, et terminatoribus clamare, et componere eorum officio cum prædictis teſtibus ad ipſam ſynaitam faciendam alios homines de legalioribus, et proximioribus ipſi ſynaitæ: Et ſecundum quòd ipſi teſtes, ſeu maior pars ipſorum fecerint,et terminauerint,ſic ipſi ſynaitores debeãt ipſam ſynaitam, et terminationem confirmare: & ea ſynaita, & terminatione facta, & confirmata uullus audeat eam poſtea remouere pœna, & banno L.lib. den. pro qualibet vice. Et poſſint ipſi ſynaitatores pœnam imponere lib.x.den. Et Pot. teneatur confirmationem approbare,et contrafacientem in dictis pœnis condemnare, & illas exigere tanq̃, ſi per eum impoſitæ eſſent. Et quilibet ipſorum ſynaitarorum, durãte anno in vice ſibi obuenta poſſit ſynaitas, et terminationes facere in abſentia aliorum duorum,habita tamen, et recepta vice ab aliis collegis, et habeant vnum notarium inter omnes. Qui terminatores, ſeu ſynaitatores,et notarius eligi debeant à M. D. Prioribus, et conſilio Credentiæ in principio anni, qui ſynaitores,et notarii habeant,et habere debeant inter ambos pro eorum ſalario,et viatico,labore,et ſcripturis pro qualibet ſynaita, quæ fieret,illud,quod taxatũ fuerit,et taxatum reperitur in Tabula,et taxa officialiũ, & prout in Statutis continetur. Et nihilòminus pro eorum viatico,terminatione, immiſſione terminorum, et receptione,ac pro confirmatione ſynaitæ, & ſcripturis,vel alia aliqua de cauſa vltrà dictum ſalarium petere non poſſint,vel exigere. Et ſi cõtrafecerint:condẽnetur tàm notarius,quàm

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſynaitator i x.lib.dē.& q. fuerit notarius,ſeu terminator,ſeu ſynaitator in ipſo anno plus ad dictum officium exercendum per electionem,nec per vicem ſibi cōceſſam aſſumptus eſſe non poſſit per triennium. Addimus,quòd ſynaitatores poſſint inter ſe vicem cōmittere tantùm: non autem aliis extrà officium. Et ſi quis contrafecerit: in lib.x.den.condē netur. Et nihilòminus non valeat,nec teneat ipſo iure.

Quòd in conſilio Guerræ non poſſit eſſe minor 25. annis. Rub. 112.

ITem ſtatuimus, & ordinamus,quòd ſi tractaretur in aliquo cōſilio communis,vel populi ciuitatis Camerini, vel in quacũq; alia cōgregatione de aliqua nouitate,vel guerra facienda,vel non facienda, non poſſit eſſe in conſilio,vel tractatione minor 25. annis. Et ſi inuentus fuerit in ipſo conſilio,vel tractatione: expellatur, & ſi poſt expulſionē iterum inuentus fuerit: condemnetur cōmuni in xl. ſol. medietas cuius banni ſit cōis, & alia accuſatoris, & hoc capitulum ſit præciſum.

Quòd omnes,qui ſunt appreciati in ciuitate teneantur continuè habitare in ipſa ciuitate. Rub. 113.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd omnes homines Ciuitatis, & diſtrictus Camerini, qui ſunt appreciati infrà ciuitatem,& ſoluũt datiuam cum hominibus de ciuitate, teneantur,& debeant continuò habitare in ciuitate cum eorum familiis, excepto de mēſe Iulii, & Auguſti. Et prædicta Capitaneus faciat banniri infrà vnum menſem introitus ſui regiminis. Et contrafacientes ſoluant pro banno cōis.C.ſol.den.Et de prædictis capitaneus teneatur facere inquiſitionem,& delinquentes condemnare.

De reaptando omneis Portas ciuitatis Camerini. Rub. 114

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ad hoc, vt res ſpecialium perſonarum ciuitatis conſeruētur illæſæ: & ne latrones, & alii mali homines malæ famæ poſſint ciuitatem, et eius Burgos de nocte intrare: & vt commune,& ſpeciales perſonæ ipſius nocturno tēpore pati non poſſint aliquod detrimentum,quòd omnes,& ſingulæ Portæ ciuitatis Camerini,& Burgorum fiant reaptari,& refici expenſis communis, bonis, & ſufficientibus hoſtiis,& ferraminibus:& quolibet ſero hora ordinaria claudi debeant, et ferrari cum clauibus: et ipſas claues debeat retinere legalior, et proximior homo ipſis Portis. Qui teneanť,et debeāt hora ordinata de ſero claudere,et aperire de mane:et portanarii eligātur, et eligi debeant per Buſſulum ſecundum formam,qua eliguntur alii officiales communis: et habeat pro ſuo ſalario,et labore quilibet in anno ſolitum ſalarium, et vnum lignum per qualibet ſalma lignorum ruſticorum, et comitatenſium, et non ciuium.Quę omnia M.D.Priores teneantur facere fieri,et executioni mandari infrà menſem introitus eorum regiminis. Et ſi fuerint negligētes perdāt de ſuo ſalario.C. lib. den.

Quòd M.D.Priores faciāt eligi eſtimatores,ſeu aſſectatores Piſciũ,et carniũ. Rub. 115.

ITem ſtatuimus, et ordinamus,quòd M.D.Priores menſium Ianuarii,et Februarii, infrà quindecim dies introitus eorũ regiminis faciant eligi eſtimatores, ſeu aſſectatores carnium, et piſcium, tàm de piſcibus, et carnibus noſtratibus, quàm de forenſibus. qui eſtimatores,et aſſectatores,vel alter ipſorum teneantur,et debeant vinculo iuramēti ad petionem cuiuslibet petētis dictos piſces, et carnes eſtimare.Et venditor teneatur ipſos piſces dare ꝑ eo ꝓcio,quod dixerit eſtimator et aſſectator.Et qui cōtrafecerit in obſeruādo præcepta eſtimatoris, et aſſectatoris: puniatur ꝑ qualibet vice in xx.ſol.den.pro quolibet, et ſtetur banno dicto eſtrimatoris,et aſſectatoris. Et nihilòminus teneatur vendēs piſces dare ad coſtitutum precium. Et qui vendere noluerit precio conſtituto per eſtimatores prædictos,quòd ipſi piſces vēdentes extrahere non poſſint dictos piſces de Ciuitate Camerini ſub pœna amiſſionis piſcium, et x.lib.den. applican. communitati pro medietate,et pro alia medietate executoribus, et graſcieriis.

De quibuſdam rebus, quas licitum ſit portare extrà ciuitatem. Rub. 116.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſit licitum cuilibet portare extrà ciuitatem, et diſtrictum Camerini vnum par pullorum, vnum par coſſarum, vel vnum par ſpatularũ carnis

porcinæ, vel vnum hædum, vel vnum leporem, vel duo paria perdicum, ſeu ferratas, aut caſeatas, & decem panes, vel L. oua ſine pœna, & pulitia, & ſine aliquo banno.

De non macerando linum, vel canape in certis locis. Rub. 117.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd à Ponte Ploraci, qui eſt in via, quæ vadit verſus Fluminatam vſq; ad pedem Horti Fratrum de ploraco non macerentur linum, neq; canape: neq; alia inmunditia fiat circa ipſum locum fratrum. Et qui contrafecerit: ſoluat pro banno cõmuni x. lib. den. & cuilibet ſit licitum accuſare.

De habentibus murum cum aliquo volentem ruere. Rub. 118.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd quicunq; habuerit murum cum aliquo, poſſit facere quicquid vult vſq; ad medietatem muri ſine præiudicio conſortis. & qui contrafecerit: ſoluat pro banno cõi. x. lib. den. refectis expenſis. Et quod ſi aliquis murus communis in ciuitate Camerini, & eius diſtrictu eſſet, cuius quidem murus cognoſceretur, & videretur ruere, vel ſublamari, quod volens reędificare murum poſſit volente alia parte deſtruere, & demoliri, & reædificare, & murare expenſis cõibus. Et Poteſtas, & Capitaneus, & officiales eorum debeant cogere ad petitionem cuiuslibet petentis nolẽtes reædificare murum ad dictam reędificationem ſpatio vnius mẽſis. & contendẽtes cogantur per Poteſtatem reddere, & reſtituere ædificanti à dicta die vſq; ad vnum annum medietatem eius, quod impenſum fuerit in ædificando ſub pœna 25. lib. den. & ſtetur ſacramẽto reædificantis cum probatione duorum teſtium. Et ſi Poteſtas fuerit negligens in obſeruando, & obſeruari faciendo prædicta puniatur in L. lib. den. & quod camerarius teneatur retinere de ſuo ſalario tempore ſyndicatus.

Quòd quilibet Medicus volens habitare in ciuitate Camerini, & ſuo diſtrictu libere poſſit. Et idem Doctor legum dũmodo ſit approbatus à collegio Rub. 119

STatuimus, & ordinamus, quòd ſi aliquis Medicus habitare voluerit in ciuitate Camerini, vel aliquo caſtro ciuitatis eiuſdem: poſſit ibidem habitare cum ſua familia, & ſuã artem exercere, ſicut alii homines eiuſdem loci ſine pœna, & banno capitulo aliquo nõ obſtante, tàm cõis, quàm populi, in cõtrarium non obſtante: dũmodo ſit approbatus. Sed Doctores legum forenſes non poſſint, niſi approbati per Collegium Doctorum aliàs poſſint expelli.

De ſtatuto loquẽte de Monaſterio Aquæ paganæ, & Monaſterio Vallis Caſtri. Rub. 120

STatuimus, & ordinamus, quòd ſtatutum, quod reperitur in volumine ſtatutorum cõis quod loquitur de monaſterio Aquæ paganæ, & monaſterio Vallis caſtri de materia laboratorũ terrarũ, & poſſeſſionum Monaſterii Aquæ paganæ, vt dicti laboratores teneãtur, & debeant reſpondere de fructibus monaco, & priori, qui eſt, & q erit pro tẽpore in monaſterio Aquæ paganæ pro monaſterio Vallis caſtri ſit præciſum, & intelligatur factũ eſſe in fraudem cõis, & populi Camerini capitulo aliquo non obſtante: Et quod aliam interpretationem recipere non poſſit: & habeatur pro ſtatuto populi: Et poteſtas, & capitaneus teneantur obſeruare prædicta vinculo iuramenti.

De præſtantia non imponenda ciuibus ciuitatis Camerini. Rub. 121.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd nulla præſtantia poſſit imponi inter ciues ciuitatis Camerini, qui fuerint ciues à xxx. annis ſupra. Et ꝑ Poteſtatem, & Capitaneũ vel Capitaneos artium, ſeu per aliam perſonam non proponatur. Et ſi Poteſtas, vel Capitaneus, vel ſyndicus fecerint proponi, vel proponerent, quòd dicta præſtãtia imponeretur: perdant de eorum ſalario. C. lib. den. pro quolibet eorum, & qualibet vice: In quibus cõdemnetur cõi Camerini per Syndicum, ſeu Arrationatores. Et de prædictis abſolutionẽ petere non poſſint. Niſi pro neceſſitatibus dicti cõis, & quòd fuerit obtentum per Conſilium generale: & aliter fuerit impoſita, iſta impoſitio ſit ipſo iure nulla.

Quòd promiſſiones factæ Doctoribus omnes mandentur executioni. Rub. 122.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd promiſſiones omnes factæ Doctoribus, ꝙ docerẽt in ciuitate Camerini in aliqua ſcientia pro ſalariis doctrinarum, mandentur executio

ni ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura iudicii, & omni iuris, & facti ſolemnitate, & appellatione remota. Et cogantur promittentes perſonaliter, & realiter ad ſatisfactionem ipſis Doctoribus ad petitionem ipſorum, vel procuratorum ipſorum.

De foſſis, & carbonariis caſtrorum ciuitatis Camerini. Rub. 123.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd foſſa, & carbonaria caſtrorum ciuitatis Camerini, quæ habitantur, non debeant laborari, et à foſſis, & carbonariis intus. Et qui contra fecerit: condemnetur in x. lib. den. Et cuilibet ſit licitum accuſare. Medietas cuius banni ſit cõis, & alia accuſatoris. Qua pœna puniri etiam volumus occupantes foſſam, ſeu carbonariam, vel occupatam tenentes. Et quòd Poteſtas, Capitaneus, & quilibet alius officialis teneantur inquiri facere de prædictis, ad petitionem cuiuslibet petentis.

Quòd ſit licitum Calzolariis ſtare cum caniſtris, & banchis in platea Sanctæ Mariç & Sancti Angeli. Rub. 124.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſit licitum Calzolariis in diebus Sabbati ſtare cũ Caniſtris, & Banchis in Platea S. Mariæ, & S. Angeli, in traſannis inferius vbicũq; vo luerint: & non in Arrengo: niſi haberent Apothecas ibidẽ, capitulo aliquo non obſtãte.

Quòd cuilibet liceat piſcari pro Gammaris toto anno. Rub. 125.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd cuilibet ſit licitum toto anno piſcari pro Gammaris, et aliis piſcibus in Lacu Ploraci, et Sephræ capitulo aliquo non obſtante. Et qui buſcunq; aliis Fluminibus. Addentes quòd nullus poſſit prohicere calcem, ſiue calcinam in aliquo flumine magno, vel paruo, et torrẽte, et fontibus ſub pœna L. lib. pro quolibet contrafaciente, et qualibet vice.

Quòd licitum ſit Barberiis facere, et exercere eorum Artem. Rub. 126.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd licitum ſit Barberiis ciuitatis Camerini facere, et exercere eorum Artẽ ſine pœna, et banno quolibet die: exceptis feſtiuitatibus beatæ Virginis Mariæ.

Quòd nullus interdicat aliquod opus alicui magiſtro. Rub. 127.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd nullus Artifex, nec aliqua alia perſona audeat interdicere aliquod opus alicui magiſtro laboranti in quouis exercitio: nec laborantem ipſum occaſione cuiuſcunq; debiti ab eius rei, quam conſtruxerit, remouere. Et qui contrafecerit: condemnetur per Poteſtatem ad petitionem cuiuſcunq; petentis in. c. ſol. den. communi Camerini: et nihilòminus teneatur magiſtro ab opere ſuo remoto ad quanti ſua intereſt.

De non ligando Somarium ante Domum alicuius. Rub. 128.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd nullus audeat ligare, nec tenere Somarium ante domum alicuius habentis domum in plateis, et ſtratis publicis ſine licentia Domini domus. Et qui contrafecerit: ſoluat pro banno cõi pro qualibet vice. x. ſol. den. Et quilibet poſſit accuſare: et credatur ſacramento accuſatoris: et habeat medietatem banni.

Quòd vendẽtes linũ ſtent iuxtà eccleſiã S. Mariç et S. Angeli de platea. Rub. 129.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd omnes, et ſinguli volentes vendere linum ſtent, et ſtare debeant iuxtà eccleſiam S. Angeli, vel in platea S. Mariæ, à ſpiculo campanilis S. Angeli, à ſpiculo domus magiſtri Gentilis infrà ponantur ſcanna: ita tamen quòd nõ fiat impedimentum volentibus ire per plateam. Et Cap. teneatur facere obſeruari vinculo iuramenti: Et omni die Sabbati mittere vnum notarium ad inquirendum. Et qui contrafecerit: ſoluat pro banno cõi xx. ſol. den.

Quòd nullus debeat recipere à cõi vltrà id, quòd tenet, vel eſſet ſatisfactũ. Rub. 130.

ORdinamus, et ſtatuimus, quòd nulla perſona audeat per ſe, vel per alium petere, vel recipere à cõi Camerini, ſeu ab eius officialibus pro ipſo cõi Camerini aliquid aliud vltrà id, quod deberet recipere à dicto cõi, vel aliquam quantitatem pecuniæ, de qua eſſet ſibi ſatisfactum. Et ſiquis contrafecerit in prædictis tàm in petendo, quàm in recipiendo contra dictam formam: condemnetur cõi Camerini pro qualibet vice in. c. lib. den.

tanq;

tanquàm falſarius: et perdat totum illud,quod iuſtè deberet recipere à cõi. Et Poteſtas, et Capitaneus,et quilibet eorũ teneantur,et debeant vinculo iuramenti,et bãno. C. lib. den. de prædictis: et contra tales delinquentes procædere per inquiſitionem,denunciationem,et accuſationem.Et licitum ſit cuilibet accuſare: et accuſator habeat medietatem banni.

De non corrumpendo officiales,et deturpando eorum officium. Rub. 131.

AD hoc, ſtatuimus,et ordinamus,vt officiales ciuitatis Camerini inducãtur,et cogantur legaliter eorum officium exercere,et vt pœna vnius ſit metus multorũ, quòd nullus officialis forenſis ciuitatis,et diſtrictus Camerini audeat,vel præſumat per ſe, vel per alium publice,vel occulte aliquid ab aliquo noſtro ciue, ſeu à quacunq; alia perſona per fraudem,dolum, ſeu corruptionem ſuum officium deturpare. Et qui cõtrafecerit in prædictis: condemnetur pro qualibet vice in C.lib.den.Et nihilòminus Pot.et Cap. et quilibet ipſorum ad petitionem cuiuslibet petentis faciat illum depingi in Palatio cõis dictæ ciuitatis cum cauſa, quare pingatur. Et prædicta locum habeãt etiam in officialibus forenſibus, qui fuerunt in ciuitate Camerini à tribus annis citrà,et qui fuerint in futurũ.

De eo,qui fuerit condemnatus,et ſatisfecerit,vel ſeruiuerit. Rub. 132.

ITem ſtatuimus,et ordinamus,quòd quicunq; fuerit condemnatus,vel exbanditus cõis Camerini: et ipſam condemnationem ſoluerit,vel occaſione ipſius cõdemnationis ſeruiuerit cõi: & reperiretur condemnationem ſoluiſſe,vel cõi ſeruiuiſſe ſecundum deliberationem Conſilij, quòd Poteſtas,& Cap. vel eorum officiales non poſſint, nec debeant talem condemnatum,& exbannitum grauare,nec moleſtare: ſed ipſius condemnationẽ, & exbãnimentũ caſſare,& cancellare vinculo iuramenti ad petitionẽ cuiuslibet petẽtis.

De non acquirendo, vendendo,vel emendo contrà cõe aliquod ius. Rub. 133.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd nulla perſona iuriſdictioni Camerini ſubiecta audeat, vel præſumat per ſe,vel alium vllo pacto,vel quouis quæſito colore vendere, vel alienare, vel concædere, nec emere, vel recipere ab aliqua perſona, collegio, ſeu vniuerſitate aliquod ius, ſeu actionem realem,vel perſonalem contrà cõe Camerini: Et quòd nulla perſona ciuitatis, & diſtrictus Camerini, ſeu iuriſdictioni Camerini quouiſmodo ſubiecta audeat,vel præſumat vendere, alienare,ſeu concædere aliquo titulo alicui perſonæ, collegio, ſeu vniuerſitati, quod,& quæ non ſint ſubiecta,& ſuppoſita iuriſdictioni dictæ ciuitatis Camerini aliquod ius, ſeu aliquam actionem realem, & perſonalẽ,quod, & quam haberet in aliquo paſſadio, ſeu locis,vel rebus publicis,vel in aliquo caſtro, podio,vel villa ciuitatis, & diſtrictus Camerini. Et qui contrafecerit in prædictis tàm in vẽdendo, alienando,ſeu concædendo,quàm etiam in emendo, ſeu recipiendo: condemnetur communi Camerini pro vice qualibet per Poteſtatem, & Cap.in c. lib.den. Et talis venditio,ceſſio,ſeu alienatio ſit nulla, & nullius valoris: Et tale ius, ſeu actio ſit applicata ipſo facto communi Camerini. Et Pot. & Cap. teneantur,& debeant inquirere de ꝓdictis contrà contrãfacientes: & licitũ ſit etiam contrãfacientes cuilibet accuſare: & habeat accuſator medietatem banni.

De illis,qui conceſſerint alicui ius, ſeu caſtrum, vel podium communi. Rub. 134

STatuimus, & ordinamus, quòd Pot. & Cap. teneantur, & debeant vinculo iuramẽti ad petitionem cuiuslibet petentis cogere perſonaliter,& realiter illum,ſeu illos, & eorum hæredes,ſi principales mortui eſſent,qui aliquod caſtrum, podiũ, ſeu villam, ſeu aliquam rem inmobilem vendiderint, ſeu conceſſerint alicui collegio, ſeu vniuerſitati ad dandum, et tradendum poſſeſſionem ſcapilem, expeditam dicto Communi donec, & quouſq; prædictæ res venditæ cum effectu à cõi teneantur,et poſſideantur: nec non ad obſeruationem omnium pactorum, et promiſſionum factorum,et factarum dicto cõi: Et ſi dicti venditores,vel concedentes, ſiue eorum hæredes non fecerint,nec obſeruauerint quòd cõe non teneatur ad obſeruationem alicuius rei, ſi in aliquo ſibi eſſet obligatum. Et hoc locum habeat à xxv. annis citra. Et ſi Pot.et Cap. fuerint negligẽtes in prædictis:

 condemnẽtur

condemnentur in c. lib. den. pro quolibet cõi Camerini.

Quòd Poteſtas, et Cap. faciant obſeruari deliberationes artiũ. Rub. 135.

Item ſtatuimus, et ordinamus, quòd ad hoc, vt artes ciuitatis Camerini manuteneantur, et in bono ſtatu gubernentur, quòd Pot. et Cap. et quilibet alius officialis, debeãt obſeruare, et obſeruari facere omnes deliberationes artium ciuitatis Camerini, et eas executioni mandare, ſicut ſeruant, et ſeruari faciunt, & debent ſeruari, et ſeruant Statuta cõis Camerini, vt ſtatuta cõis habeant roboris firmitatem. Et quòd Capitaneus, et quilibet alius officialis, propter deliberationes artium poſſint, & debeant pro vtilitate cõis ſuſpendere, & tollere ſtatuta cõis dictæ ciuitatis, ſicut Capitaneo qui fuerit pro tẽpore, videbitur expedire pro vtilitate cõis.

De non accædendo ad domum alicuius tẽpore tumultus. Rub. 136.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quòd pro bono, & pacifico ſtatu cõis, & Populi ciuitatis Camerini, & hominũ de artibus ad hoc, vt tumultus in ipſa ciuitate non fiat, quòd nullus de ciuitate Camerini, & eius diſtrictu audeat, vel præſumat accædere ad domum alicuius ciuis Camerini, comitatenſis, ſiue diſtrictualis tempore, quo tumultus, ſeu rumor in ipſa ciuitate, comitatu, ſeu diſtrictu fieret aliqua de cauſa ſine licentia dominorũ Poteſt. & Cap. Et qui contrafecerit: puniatur pro qualibet vice in xxv. lib. den. Et ſi contigerit aliquem forenſem trahere ad domum alicuius ciuis dictæ ciuitatis tempore ſupra dicto, pede amputato firmiter puniatur. Si verò contigerit aliquem, qui datiuam, & collectam non ſoluerit in cõi prædicto, vel non eſſet iuriſdictioni dictę ciuitatis ſubiectus, ad domum alicuius ciuis dictæ ciuitatis trahi tempore ſupradicto (ad quam ipſo tempore ingreſſum omni modo interdicimus, exceptis conſanguineis, & affinibus attinẽtib⁹ in ſecundo gradu, ſecundum ius canonicum cõputañ.) dicimus, & ordinamus, quòd conſanguinei proximiores in gradu illius, vel illorum ex ipſis talibus datiuam, & collectam non ſoluentibus, qui contrafacere attentarent, pœnam xxv. lib. incurrant: Et ipſos conſanguineos ad ſoluendam eandem pœnam Pot. & Cap. cum effectu cogere teneãtur. De quibus omnibus ſupradictis poſſint, & debeãt inquirere diligenter, & repertos culpabiles condemnare.

Quòd conſiliarii debeant pacificè ſtare in Conſilio, & Credentia, ne tumultus fiat. Rub. 137.

Item ſtatuimus, et ordinamus, vt tumultus in ipſa ciuitate non fiat aliqua occaſione, dicimus, & ordinamus, quòd quotieſcunq; aliquod conſilium, ſiue parlamentũ, in quo aliqua propoſita, ſeu in eo de aliquo negocio tractaretur, quòd omnes, & ſinguli conſiliarii, & vocati, ſeu exiſtentes in ipſo conſilio, ſiue parlamento debeant pacificè ſtare ſine aliquo tumultu in ipſis Credentia, et Conſilio, ſiue parlamento: & morari: et capere ad partitum, quod mittitur, ſicut eis videbitur: Et non debeant ſurgere de loco, in quo à principio Conſilii, Credentiæ, ſeu parlamenti fuerint: Et quòd non debeant ſurgere in pedes. Et quòd non debeant facere rumores in ipſo parlamento, ſeu conſilio, et credentia, prout ſicut in Capitulis regiminis continetur. Et qui contrafecerit in prædictis, ſeu aliquo prædictorum: condemnetur per Poteſtatem in xxv. lib. den. Et de prædictis poſſit, et debeat inquirere. Et ſi fuerit negligens in inquirendo: perdat de ſuo ſalario. c. lib. den. Et idem dicimus de Capitaneo, vt poſſit inquirere de prædictis: ſi prædicta fierent in Cõſilio Popu'i, vel parlamento aliquo facto de mandato ipſius D. Poteſtatis, et Capitanei. Et contra aliquem, vel aliquos contrafacientes infrà octo dies, poſtquàm cõtrafecerint, inquirere, et procædere teneantur, et debeant ſub dicta pœna. Et ſi non inquirerent, et procæderent (vt dictum eſt) elapſis dictis octo diebus: Capitaneus inquirere, et procædere teneatur, et debeat contra ipſos. Et idem in omnibus dicimns de Capitaneo, et illis qui in conſiliis, et parlamentis eiuſdem capitanei mandato factis fecerint contra prædicta. Quæ quidem debeant integraliter obſeruari.

De faciendo incatenari, et ferrari benè portas ciuitatis. Rub. 138.

Item

STatuimus, et ordinamus, quòd Capitaneus in principio ſui regiminis teneatur fieri facere catenas in qualibet porta ciuitatis Camerini, per quam exitur, et intratur quottidie: et ipſas faciat catenari, et ferrari, ſicut decet, et vt melius fieri poteſt pro conſeruatione, et cuſtodia ciuitatis, et hoc capitulum ſit præciſum.

De non murando, vel ædificando ſuper mattonatum cõis. Rub. 139.

ITẽ ſtatuimus, & ordinamus, quòd nullus homo tàm laycus, quàm clæricus audeat, vel præſumat murare, vel ædificare, aut murari, vel ædificari facere ſuper mattonatũ cõis: et nullus magiſter debeat ſtare, aut murare ad dictum opus faciendum. Et ſi quis contrà prædicta, vel aliquod prædictorum fecerit: puniatur in xxv. lib. den. In quibus cõi Camerini condemnetur. Et Poteſtas, et Cap. et Magiſtri viarum dictæ ciuitatis teneantur et debeant ex eorum officio inquirere de prædictis.

De modo, et ordine imponendi Datiuã in ciuitate, et extrà per librã. Rub. 140.

ITem ſtatuimus, et ordinamus pro reformatione omnium ciuium ciuitatis Camerini, quòd omnes Datiuæ, et collectæ imponendæ in ciuitate, et diſtrictu Camerini imponãtur cõiter per libram, quæ fiat tàm per homines habitantes infrà ciuitatem, quàm per homines caſtrorum, et villarum diſtrictus eiuſdem. Omnes verò collectæ, quæ ſolui debẽt, ſoluantur iſto modo, Videlicet, quòd quilibet habitator ciuitatis interior continuus cũ ſua familia ſoluat vnum denarium pro libra, ſi datiua eſſet maior, vel minor. Et omnes illi, qui habitauerunt continuò ab vno anno citrà extrà ciuitatem, eleuentur de apprecio ciuitatis, et ponantur in apprecio illorum, qui ſedent extrà ciuitatem.

De habitantibus, et habitare volentibus infrà ciuitatem, et burgos, quòd non cogãtur ſoluere datiuas, nec alia obſequia facere cum hominibus. Rub. 141.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd omnes homines, qui habitant, et habitauerunt cõtinuò cum ſua familia infrà Ciuitatem, et Burgos ciuitatis ab vno anno citrà, et habitabunt in futurum, non cogantur ſoluere Datiuam, nec aliquod obſequium facere cum hominibus habitantibus extrà ciuitatem, ſed cum illis hominibus, vbi habitant. Et hoc capitulum ſit præciſum capitulo aliquo non obſtante: Et eo modo debeat ſoluere datiuã et collectam, et facere alias factiones, quemadmodum faciunt alii ciues, et appreciati cũ ciuibus, dũmodo ipſi habitatores ſint cũ ciuibus appreciati, et fuerint approbati prout in alio ſtatuto ſub Rub. 64. Et ſi eueniret, quòd ciuis, et habitator ipſius ciuitatis, emeret vel alio titulo acquireret aliquam poſſeſſionem à comitatenſi habitante in comitatu, et ſoluente Datiuas cum comitatenſibus, ꝙ ipſe ciuis de ipſa poſſeſſione empta, vel alio titulo acquiſita ſoluat, et ſoluere debeat, prout dictus comitatenſis de ipſa petia terræ ſoluebat, donec non fuerit appoſita in appretio ipſius ciuis. Et è conuerſo ſi eueniret, quòd diſtrictualis, et comitatenſis emeret aliquam poſſeſſionem, vel alio titulo acquiſierit à ciue, et habitatore ciuitatis Camerini, quòuſq; non fuerit poſita in apprecio cõis. Saluo quòd ſi datiua, quæ imponeretur, et ſolet imponi pro Sergẽtibus, non ſoluatur per ciues, et habitatores infrà ciuitatem, et burgos de terra empta, vel alio titulo acquiſita per habitatores infrà ciuitatem ab aliquo comitatenſi, vel deſtrictuali, qui ſolueret, vel ſoluere deberet dictam datiuam Sergentium ante venditionem, et alienationem prædictã: nec etiam ipſe comitatenſis vendens, ſeu transferens in ciuem debeat pro ipſa terra ſoluere datiuam Sergentium, et Syndici caſtrorum, et villarum non poſſint cogi, nec vexari per officiales dicti cõis, et per exactores datiuarum ad ſoluendum illam partem, quæ perderetur de apprecio habitatoris in ciuitate Camerini, et Burgis, qui eſſent appreciati cum comitatẽſibus, et poſtea ſolueret cũ ciuibus, et tãquàm ciuis, et habitator dictæ ciuitatis.

Quòd omnis teneatur ſoluere datiuam Syndico, et Cultori ſecundum numerum Stadiorum. Rub. 142.

ITem ſtatuimus, et ordinamus ad hoc, vt datiuæ, et collectæ, quæ imponerent, et impoſitæ ſunt à tempore præſentis Appretii citrà per cõe prædictum integraliter perſoluantur: et ne fraus aliqua cõmittatur in executione facienda de ipſis datiuis, et collectis, ꝓ-

dictis impoſitis,et imponendis,ſed omnes effectualiter perſoluantur per eorum poſſeſſores,quòd omnes homines ciuitatis,et diſtrictus Camerini,et appretiati, et habentes poſſeſſiones,et terras allibratas, et appretiatas aliis,vel alii,et habitatores ipſius ciuitatis,et diſtrictus teneantur, et debeant ad requiſitionem Syndici,ſiue Cultoris deputati ad colligendum datiuas, et collectas, ſeu alterius ipſorum, ſeu alterius deputandi ſoluere ipſi Cultori,ſeu Syndico pro terris allibratis,vel appretiatis datiuas,et collectas imponẽdas et impoſitas ab ipſo tẽpore citrà per cõe prædictum integraliter cum effectu pro omnibus eorum terris, et ſingulis poſſeſſionibus, quas habent, et erunt impoſterùm habituri tantùm ſecundum numerum ſtadiorum ipſarum terrarũ,et prout appretiata ſunt in ipſorum appretio iàm facto,atq; in poſterùm faciendo: non obſtante ſi fuerit plus in libra, quàm in Appretio:non obſtantibus etiam aliquibus ſtatutis, ordinamentis, reformationibus,priuilegiis, conceſſionibus, exceptionibus, pactis, et conuentionibus hactenus factis,et habitis inter commune prædictum,et aliquas ſingulares perſonas, vel conceſſis à commi prædicto alicui, vel aliquibus cuiuſcunq; continentiæ,vel tenoris ſint non iuridicis,quibus omnibus,et ſingulis pactis,et priuilegiis per præſens ordinamentum intelligi,et eſſe volumus derogatum.Quæ quidem priuilegia,et pacta non poſſint de cętero roborari per aliquem aſſeſſorem communis Camerini occaſione alicuius ſententiæ, vel pronunciationis, ſed maneant in ea continentia,prout ſcripta,et publicata ſunt.

Quòd Poteſtas, & Capit.cogant non ſoluentes datiuam ad petitionem Syndicorum. Rub. 143.

ITem ſtatuimus,& ordinamus, quòd omnes,& ſinguli non ſoluentes, & recuſantes ſoluere,vt ſuperius eſt expreſſum, Pot.& Cap.teneantur, & debeant ad petitionem Syndici, vel Cultoris,& cuiuſcunq; petentis compellere,& conſtringere ad ſoluendum ipſas datiuas,& collectas ſecundum,quod eſt dictum, & etiam cum pœna quarti pluris intus, & extrà ciuitatem realiter, & perſonaliter, prout eis, vel alteri eorum videbitur, & placebit,& ipſos facere carcerari: Et Syndicis,& Cultoribus Birruarios,& Baiulos dare pro eorum officio exercendo, quoties fuerit oportunum: Et taliter facere, & curare, quòd datiuæ,& collectæ à non ſoluentibus exigantur in totum,& in integrum. Et ſi in prædictis prædicti Poteſtas, & Cap. fuerint negligentes: puniantur per arrationatores communis in. c. lib. den. de eorum ſalario Camerario communis perſoluendis ſine aliqua compenſatione.

De venditionibus ante renouationem Appretii factis in non ſubiectos. Rub. 144.

ITem ſtatuimus, & ordinamus,quòd ſi apparuerit aliquam venditionem, vel per quẽcũq; alium contractum, vel modum tranſactionis per aliquam perſonam aliquorum bonorum, poſſeſſionum,vel terrarum factam eſſe,vel fuiſſe poſt tempus Appretii renouati ante iſtam renouationem factam de ipſis terris,poſſeſſionibus,& bonis ſitis in diſtrictu,& territorio cõis alicui perſonæ non ſubiectæ iuriſdictioni ipſius communis Camerini,vel alio quouis iure ſpeciali exẽptæ,ipſe vẽditor,vel quocũq; alio iure,& titulo trãsferens, eiuſq; hæredes, & ſucceſſores teneantur,& debeant omnem datiuam, & collectã & impoſitionem faciendam,& ſoluendam, & impoſitam,& non ſolutam à dicto tempore dicti conditi Appretii citrà ſoluere ad mandatũ dicti officialis, vel alterius cuiuſcũq; Pot. qui nunc eſt,et pro tempore fuerit, ad ipſam ſolutionem recipiendam,et executionem faciendam præpoſiti infrà tempus ſtatuendum per ipſum commune, vel officialem prædictum ad pœnam dupli eius,quod tenentur: computato in ipſa pœna eo, quod ſoluere tenebatur.Quam pœnam,et ſortem poſt ipſius termini lapſum ipſe officialis poſſit auferre de facto realiter,& perſonaliter ab eis,qui ſoluere recuſauerint: poſſitq; ipſos recuſantes cogere ad ipſam ſolutionem faciẽdam omni exceptione,et appellatione remotis. Et ſi opponi contigerit: nullus officialis ipſius ciuitatis recipere poſſit, vel debeat ad pœnam xxv.lib.den.in qua pœna per arrationatores ipſi officiales ipſam appellationem recipientes ad petionem cuiuslibet petentis debeant condemnari: Et nihilòminus ipſa appellatio,

appellatio, & exceptio, ac exhibitio ipſarum non teneat, et ſit nulla ipſo iure. Et talis ſic ſoluens contra principales eorumq; hæredes, et ſucceſſores, pro quo, vel quibus ſoluerit recurſum habeat ad fructus ipſarum terrarum, et bonorum ipſorum eius autoritate propria vſq; ad ſatisfactionem condignam illius quantitatis, quam appareret eum ſoluiſſe occaſione prædicta: Et ipſos fructus autoritate propria accipere, & auferre poſſit ita, vt ob dictum recurſum, ademptionem, & aſportationem dictorum fructuum accuſari non poſſit, neq; denunciari, aut contrà eum inquiri. Et ſi fieret contra: quicquid factum fuerit, nullius ſit efficatiæ, ſeu ualoris.

De non impediendo officium D. Capitanei, vel Poteſtatis in exequendo Datiuas. Rub. 145.

ITem ſtatuimus, et ordinamus ad hoc, vt prædicti D. Pot. et Cap. et quilibet ipſorum poſſit liberius, in prædictis, et circà prædicta eorum officium exercere, quòd nemo tãtæ temeritatis exiſtat, qui eundem D. Pot. et Cap. et eorum officiales, vel alterum eorũ in executione dictorum ſtatutorum, et ordinamentorum, et in aliis, quæ facerent occaſione ipſorum ſtatutorum, et ordinamentorum loquentium de datiuis, audeant impedire, inquietare, moleſtare, et opponere, vel eis, et eorum officialibus, ſeu alteri eorũ iniurias aliquas irrogare dicto, vel facto, citatione, monitione, requiſitione, ꝓteſtatione, vel alio quouis modo, vel quæſito colore, vel alicui facienti præſtare auxilium, conſilium, et fauorem publicè, vel occultè. Et qui contrafecerit in prædictis, vel aliquo prædictorum, vel contra facienti opem præſtiterit: puniatur, et condemnetur pro qualibet vice in L. lib. den. et in maiori pœna conſyderata conditione perſonæ, et iniuriæ qualitate.

De inquirendo, et procædendo per Pot. et Cap. ad hoc, vt datiuæ ſoluãtur. Rub. 146.

ITem ſtatuimus, et ordinamus ad hoc, vt prædicta melius, et officacius obſeruentur, et executioni mandentur, quòd D. Poteſtas, et Cap. et quilibet ipſorum, et qui pro tempore fuerint, poſſint, teneantur, et debeant de prædictis inquirere diligenter, quòd non ſoluentes datiuas, ſeu collectas impoſitas, et imponẽdas per commune Camerini de ipſorum poſſeſſionibus aliqui in ciuitate, et diſtrictu aliquo quæſito colore poſſint, et debeant ipſos punire, et condemnare vſq; in c. ſol. den. pro quolibet, et qualibet vice, et in maiori pœna conſyderata conditione perſonæ, et quantitate prætii, ſicut eis videbitur, et placebit; Et contra talem, vel tales procædere teneantur ad petitionem cuiuslibet petentis: et pœnas, et banna imponere ſemel, et pluries, et quoties eis videbitur, et placebir: Et in his procædere poſſint iuris ordine ſeruato, et non ſeruato etiam ſubſtantialibus prætermiſſis, et cum ſcriptura, et ſine ſcriptura, et de facto ipſas pœnas imponere, et auferre abſq; aliqua probatione, et proceſſu inde facto ſuper prædictis, vel prædictorum occaſione, et ſententia inde lata, executione, et grauamine quolibet, quod de eo contigerit fieri per prædictos Dominos, vel aliquem ipſorum non poſſit, nec alicui liceat de nullitate opponi. Et ſi ſecus fieret, non valeat ipſo iure, & occoſione proceſſus, executionis, vel ſententiæ, qui fieret contra aliquem prædicta de cauſa Poteſtas, & Capitaneus, et eorum officiales non poſſint in aliquo moleſtari, impediri, vel ſyndicari: Sed autoritate præſentis ſtatuti ab omni eo, quod facerent contra aliquem occaſione prædicta abſoluti ex nunc totaliter intelligantur.

Quòd Pot. & Cap. teneantur dare licentiã Syndicis, & ſoluentibus Datiuas de bonis illorum, qui ſunt abſentes, et non ſoluentes datiuas. Rub. 147.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd omnes Cultores Datiuarum ciuitatis Camerini, & Syndici caſtrorum, & villarum dictæ ciuitatis, qui conſueti fuerunt per arrationatores, ſeu Syndicum maiorem dictæ ciuitatis ad ſoluendum datiuam, ſeu collectam impoſitam per commune prædictum, & ſoluerunt pro hominibus, & impoſterũ ſoluerint, ſeu in appretiis hominum ciuitatis, & communis prædicti intus, & extrà ciuitatem prædictã, qui fuerunt, & ſunt abſentes à ciuitate, & diſtrictu dictæ ciuitatis. Quòd Pot. & Cap. & eorum Iudices, vel alter ipſorum teneantur, & debeant dare licentiam intrandi, & ca-

 piendi

piendi de bonis,& rebus hominum,pro quibus ſoluerint ipſam datiuam , ſeu datiuas, & recipiendi,& fructādi ipſa bona, & res quouſq; fuerit ipſis Cultoribus , & Syndicis ſatisfactum de denariis, quos ipſi Cultores,& Syndici ſoluerunt pro dictis hominibus,& eorum appretiis: Et quòd ipſi fructus non computentur in ſortem : Et Pot . & Cap. debeāt ipſis Cultoribus,& Syndicis de prædictis bonis taliter datis dare in ſolutum vſq; in quātitatem,quam recipere deberent, & expenſas omni exceptione,& appellatione remotis capitulo aliquo non obſtante .

Quòd acquirentes poſſeſſiones ab allibratis à xxv. libris infrà teneātur ſoluere datiuam tantùm pro terra empta,& nō pro pluribus. Rub. 148.

ITem ſtatuimus,& ordinamus , quòd emptores, vel alio titulo acquiſitores poſſeſſionis alicuius appretiati,& allibrati in appretio cōis Camerini in xxv.lib.& à xxv. libr. infrà cogantur ſoluere datiuam,ſeu collectam communi Camerini pro illa terra, ſeu poſſeſſione tantum empta per eos , quæ eſſet appretiata , pro tot ſtadiis tantùm ſoluere datiuam (inquam) pro quibus,vel quo appretiata reperitur ipſi venditori,& non pluribus ſtadiis reſiduis dicti appretii,ſeu libræ. Et Poteſtas,& Cap.& quilibet alius officialis teneantur, & debeant obſeruare prædicta vinculo iuramenti capitulo aliquo non obſtante , & hoc capitulum ſit præciſum.

Quòd ſi eſſet error in Appretio aliquorū,teneantur ſoluere Datiuam ſecundū numerū ſtadiorū eorū appretii,& nō ſecundum libram. Rub. 149.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd quicunq; de ciuitate, & diſtrictu Camerini in eius appretio errorem patiatur in numero ſtadiorum,ſtet,& ſtare debeat , & ſoluere Datiuā ſuam ſecundum numerum ſtadiorum ſui appretii : & non ſecundum libram continētē ſic euidentē errorē: Et cultor datiuę teneatur,& debeat à talibus datiuam recipere ſecundum dictum numerum ſtadiorum eius appretii,& non aliter . Et hoc locū habeat in illis,qui ſunt appretiati à xxv.libris ſuprà. Et locū habeat in præteritis,& futuris.

Quòd ſi de Datiua alicuius caſtri aliquid perderetur , illud quod perderetur , non exigatur . Rub. 150.

ITem ſtatuimus,et ordinamus, quòd ſi datiua alicuius caſtri , vel villæ ciuitatis Camerini aliquid perderetur : illud, quòd de dicta datiua perditum eſt, ab ipſis villis, vel caſtris,vel villarum hominibus nullatenus exigatur : Sed illud , quod de bonis expretiatorum, et de ipſa datiua rationabiliter perderetur , quòd perditio habeatur tàm pro ipſa villa, vel caſtro, quàm pro hominibus ciuitatis Camerini .

Quòd habentes poſſeſſionē in ſuo appretio ſcriptā liberè poſſint fructare , niſi Dominus cum eſſet poſſeſſor, ſatisfecerit de datiuis. Rub. 151.

ITē ſtatuimus,quòd quicūq; hēt poſſeſſionē,et terrā alicuius in ſuo appretio ſcriptā,libere poſſit fructare,et tenere eā: niſi Dominus,cuius eſſet poſſeſſio,ſatisfecerit de datiua. Et hoc locum habeat in præteritis , et futuris .

Quòd homines ciuitatis Cam. teneantur ſubire onera, et honores cū hoībus,et in cōtrata cuius ipſi ſunt, et nō vbi habitant. Rub . 152.

ITē ſtatuim⁹,quòd hoīes ciuitatis Cam.et eius diſtrictus effecti ciues teneanī, et debeāt ſoluere collectas,et ſubire onera,et honores in loco cū hoībus terzerii,et cōtratæ cuius ipſi ſunt,et nō vbi habitāt:Et ab aliis hoībus cogi nō poſſint:et curia cōtrà eos nō procædat,nec eos cogat aliter facere nō obſtāte aliqua ſentētia,vel pronūciatione, ſeu cōſuetudine.Saluo,et reſeruato,quòd ſi quis de caſtris,et villis diſtrictus , et ciuitatis Camerini haberet in diuerſis caſtris poſſeſſiones appretiatas,vbi dictas poſſeſſiones habuerit,ibidē collectā pro ipſis bonis,et poſſeſſionibus ſoluere teneanī: alia verò obſequia ibi præſtare debeant,vbi habitant vnà cū aliis hoībus eiuſdē loci.Ad adaptationē viarū,fontiū,et pōtiū parimodo teneanī in ea cōtrata,vbi habitāt,accædere.Semꝑ ſaluo,quòd ſi aliquis pupillus habēs tutorē nō obſtāte, ꝙ ſteterit,et habitauerit cū ipſo tutore, ꝙ nihilòmin⁹ teneaī facere obſeq̄a realia,et ꝑſonalia cū hoībus, vbi eſſet ap̄ꝑtiat⁹,et reꝑireī in ventinis,

Ordini,

ORDINI CAPITOLI, ET DECRETI

Sopra il maeſtrato,Conſeglio maggiore,& minore,della Città di Camerino: ordinati, reformati, & inſtituti dall'Illuſtriſſ. & Reuerẽdiſſ. Cardinal Durante,Legato dell'Vmbria. Da oſſeruarſi inuiolabilmente.

AD Laude, e honore dell'Altiſſimo & onnipotẽte Iddio, & della glorioſa ſempre Vergine Maria, & delli Beatiſſimi Apoſtoli Pietro, & Paolo, & del glorioſo San Venanzo aduocato della Magnifica Cõmunità di Camerino, poſſa eſſere,& ſia il preſente Boſſolo del magiſtrato delli Magnifici Priori,& conſeglio minore de Duodeci, et cõſeglio Generale di NOVANTA, fatto, et inſtituto dal Reuerendiſſ.et Illuſtriſſ.Cardinale Durãte,Legato meritiſſimo dell'Vmbria, con l'infraſcritti Capitoli da oſſeruarſi inuiolabilmente.

IN primis ch'il boſſolo del maeſtrato fatto, et che pro tempore ſi farà,nella Magnifica Città di Camerino, habbia da durare per tre Anni continoui, il quale debb'eſſere in tutto de Diec'otto Ballotte, et ogni ballotta habbia in ſe incluſi Cinque Priori,de quali il primo ſarà chiamato Capopriore, e li altri habbiano il ſuo grado,et luogo ſecondo in detta ballotta ſi trouarà eſſer ſcritto.

Itẽ che ogni Priorato che ſarà eſtratto, duri per dua meſi continoui,e non più: i quali Priori habbino tutti à reſedere in Palazzo di cõtinouo, ne le ſia lecito vſcire di fuora, et andare per la Città negotiando,ne vagando in alcun modo,ſaluo nõ accadeſſe vſcire tutti inſieme ꝑ andare alle ſue meſſe,et offitii, ouero à fare cõpagnia al Superiore:et quãdo pure alle volte alcũ de loro voleſſe andare fuora della Città à ſpaſſo, nõ poſſa andare ſe nõ di rado,et cõ licẽtia del Capopriore, et bene accõpagnato cõ la fameglia del palazzo almeno fin che eſce de la Città:ſotto pena de Diece Scudi ꝑ la prima volta, et Venti per la ſeconda, d'applicarſi alla reſtauratione del palazzo d'elli Priori: et la terza ſia priuato, perpetualmente d'ogni offitio publico,& priuato della Città.

Tem che tutti li Priori per ſeruare il decoro,et maeſtà del maeſtrato debbiano, & ſiano obligati farſi nell'introito del ſuo Priorato, vn Mantello nero di panno fino longo ſino al collo del piede, & ſenza maniche, il quale mantello, non lo poſſano vendere poi finito l'offitio. Sotto pena de Diece Scudi d'applicarſi come di ſopra, con ordin però, & priuileggio, che il detto mantello non li poſſa eſſere tolto per debito neſſuno ciuile, ne per cauſa alcuna criminale, ſaluo ꝑ homicidio, et crimine læſæ Maieſtatis. Li quali priori per ſuo ſubuenimento,et vitto delli dua meſi del Maeſtrato, debbiano hauere Venti Scudi per Priore, che in tutto fa la ſomma di Cento Scudi per ogni bimeſtre fra tutti,cõ peſo però, di tenere al meno vn ſeruitore per vno, alle ſue ſpeſe, & dare la tauola al Cancelliero che ſara pro tempore.

Il Boſſolo predetto ꝑ ſecurezza, & fideltà debbia ſtara in vna Caſſetta ſerrata cō due Chiaui, delle quali vna n'habbia da tenere il Reuerendiſſ. & Illuſtriſſ. Legato ò ſuo Luogotenente, l'altra ſi tenga dal Capopriore, che ſarà pro tempore, la qual Caſſetta debbia ſtare, in la Sacreſtia di S. Maria, reſerrata in vna caſſa della quale ne debbia retenere la chiaue il Sacriſtano di detta chieſa, cō giuramento di non l'hauere à dare à neſſuno ſenza licenza di ſua S. Reuerendiſſ. ò ſuoi Luogotenenti.

Item che il Sigillo della Magnifica Communità di Camerino debbia ſtare ſerrato in vno Armario ò Caſſa, che ſi ſarà nel palazzo di lor reſidentia ſerrato ſotto cinque chiaui de quali tutti li Priori n'habbiano da tenere vna per vno, & che non poſſano oprarlo, à ſigillare lettera ò altra ſcrittura, ſenza la preſentia, & cōſenſo di tutti li Priori: ſotto la pena d'eſſer priuato del maeſtrato in perpetuo.

Item che li detti Priori nō poſſino deliberare, riſoluere, ne diſporre, di coſa alcuna di momento, ſenza che ſia prima propoſta nel Conſeglio Minore de Duodeci: & quel che canonicamente tra loro ſe riſoluerà, ſi poſſi mandare à eſſecutione da eſſi Priori.

Item ſi ordina, & ſtatuiſce il Conſeglio Generale de la Magnifica Città predetta, douere eſſere di NOVANTA Huomini compreſoci li Dodeci del conſeglio minore, i quali per queſta prima volta ſono ſtati eletti da ſua S. Reuerendiſſ. & Illuſtriſſ. quali ſaranno tutti ſcritti qui ſotto. Il qual Conſeglio Generale, habbia la medeſima autorità, falcultà, & balia, c'hà tutta la cōmunità inſieme, con ordin però & eſpreſſo commādamento, che non ſi poſſa radunare, ſenza l'interuento, & preſentia del Luogotenente, & altri miniſtri ch'ordinaſſe ſua S. Reuerendiſſ. & Illuſtriſſ. ò ſuo Vicelegato, ò Gouernatore pro tempore: ſotto pena de Scudi Cento d'oro d'applicarſi à la Camera Apoſtolica ſenza alcuna remiſſione, & d'eſſer priuati tutti li Priori del maeſtrato, & d'ogni offitio publico, & priuato.

Item s'è ordinato il Conſeglio Minore di numero di Duodeci Huomini, che ſaranno ſcritti, & annotati qui di ſotto, perche non ſi può coſi facilmente congregare, per ogni minima coſa, il conſeglio Generale, il quale conſeglio de Duodeci, con la preſentia de detti Magnifici Priori, poſſano conſultare, tutte quelle coſe, che li parrà vtile, neceſſarie, & eſpedienti à ben publico d'eſſa Citta, con ordin però, che non ſi poſſa radunare per riſoluere, trattare, è concludere coſa alcuna, ſenza la preſentia del preſato Luogotenente, ò altri miniſtri, ſotto le ſopradette pene.

L'autorita d'eſſo numero de Duodeci, con la preſentia de detti Magnifici Priori, non ſi eſtenda, ſe nō in le coſe minime, come à ſcriuer lettere raccōmandatorie, & altre coſe ſimili, ma doue ſi trattaſſe far mandati de procura, obligare in coſa alcuna eſſa communita, mandare Ambaſſiatori, eleggere Podeſta, Giudice d'Appellationi, Medici, maeſtri di Scuola, & Cancellieri, & altri offitiali appertinenti alla ditta cōmunita, ſia reſeruato al Conſeglio Generale.

Item che tutti deſcritti nel numero de Conſeglieri, tanto de Duodeci, come del Cōſeglio Generale, ſiano tenuti ogni volta che ſarà bandito per li luoghi ſoliti della Città, la ſera per il giorno ſequente, all'hora che ſonara la campana del commune, ſiano tenuti andare al ditto Conſeglio, ne de li ſi poſſano partire fin che non ſara finito: ſotto pena in l'vno, & l'altro caſo di vn Giulio per vno, nō hauendo però cauſa legitima d'eſcuſarſi, la qual pena ſi applichi, & ſi ſpenda in vtilità, & fornimenti della caſa, delli Magnifici Priori, i quali ſiano obligati à reſcuoterli, altrimente paghino del ſuo proprio.

Nel qual Boſſolo, ne Conſeglio minore, ò Generale poſſi ſtare neſſuno Cittadino minore de Venticique Anni.

ITEM s'ordina che neſſuna coſa ſi poſſa proporre in detto Conſeglio, ſe prima non ſarà propoſto, vinto, & ottenuto nel numero de Duodeci per faue, ò ballotte, cō la preſentia, & voto delli Magnifici Priori, & Luogotenenti predetti. Et tutto quello, che ſarà ottenuto nel conſeglio minore, ſi poſſa proporre nel conſeglio Generale.

Item

ITEM s'ordina, che neſſuno conſegliero, tanto del conſeglio maggiore, come minore, poſſa parlare, ne cōſultare ſopra le propoſte che ſi legerāno dal Cancelliero, ſe prima non ſalirà nel Pulpito, & iui ſia lecito conſultare, & fin che parlerà, neſſuno altro poſſa, ne debbia interrōpere, ne impedire, & debbia ogn'vno hauere ſilētio come cōuiene.

ITEM che neſſuno poſſa ſalire nel Pulpito, ne conſultare, ſe prima non hauerà giurato in mano del Cancielliero di conſultare bene, & fedelmente, ſecondo la conſcientia ſua, che giudicherà eſſer vtile, & benefitio de la magnifica Cōmunità, ſenza odio, & particolare affettione.

Item occorrendo che per cauſa legitima, ò per aſsentia, tutti li Conſeglieri, non ſi truouaſſino preſenti nel conſeglio, s'ordina, che radunandoſi, li dua terzi de conſiglieri, ſi poſſa dire, et arrengare nel modo ſopradetto, et quello che per li dua terzi delli conſeglieri cohadunati, ſarà canonicamente per faue, ò ballotte ottenuto, habbia fermezza, et validità, come ſe fuſſe ottenuto, nel numero de tutti conſeglieri. Et queſto modo s'intēda medeſimamente hauere luogo nel numero de Duodeci.

Item che tutti li conſeglieri de detti conſegli maggiore, et minore, debbiano giurare nel principio che ſaranno eletti, nel detto conſeglio, in mano del Cancelliero della magnifica Cōmunità, alla preſentia delli Magnifici S. Priori, ſotto queſto modo, cioè, Di nō conſultare mai coſa, doue ne naſceſſe alcuno pregiuditio alla Santità di N. Signore, alla S. Sede Apoſtolica, al Reuerendiſſ. et Illuſtriſſ. Signor Legato, et ſuoi miniſtri, ne coſa dannoſa alla prefata cōmunità.

Item che trattandoſi in detti conſegli dell'intereſſe d'alcuno conſegliero, ſia tenuto lui con tutti li ſuoi fino in ſecondo grado, ſecondo la ragione canonica, da computarſi vſcirſe del detto conſeglio: ſotto pena de Scudi Diece per ciaſchuno de detti conſeglieri, che non vſciſſe del detto conſeglio d'applicarſe come di ſopra.

Item che non ſia conſegliere alcuno che ardiſca parlare, ne conſultare fore delle propoſte, ne meno impedire quel che arrengaſſe, ò conſultaſſe come di ſopra: ſotto pena de diece Scudi per ciaſchuno d'applicarſe come di ſopra.

CAPITVLA ADDITA.

Durantes baſilicæ XII. Apoſtolorum S. R. Eccleſiæ Preſbiter Cardinalis de Durantibus. Vmbriæ Sanctiſſ. D. N. delatere Legatus.

HAuendo inteſo quanti diſordini naſcono quando è congregato il Generale Conſeglio della magnifica Città di Camerino, ſi per riſpetto di quelli i quali non interuēgono al detto conſeglio, anchor che ſia de numero, quali ſenza alcuna legitima cauſa nō vogliono dopo il ſuono della campana congregarſi nel palazzo della reſidēza de magnifici Priori: ſi anche per riſpetto dello arrenghare ſopra le propoſte del conſeglio, che niuno vuole ſalire in arengha, ſe eſpreſſamente non li è cōmandato, ſi ancho quando ſi è conſultato ſopra le propoſte, et quando ſe conſulta, et ancho alcuna volta quando ſi è cominciato à ballottare, ſi fa ſtrepito, et ſi da replica alle conſulte, et ſopra le conſulte fatte per quelli, che ſedono ſenza andare in arengha, et pigliare il giuramento ſecondo l'ordine, et Capitoli fatti. Et volendo nuoi à tali diſordini rimediare, accio li conſegli paſſino ciuilmente, et ſenza ſtrepito. Agiungemo à li Capitoli fatti, gli infraſcritti decreti, et capitoli, quali vogliamo, che inuiolabilmente, perpetuis futuris temporibus, ſi habbiano da oſſeruare.

ET prima volemo, et eſpreſſamente cōmandiamo, che fatto il conſeglio della Credenza canonicamente, et fatti li bandi, et ſonata la campana del Cōmune, ſi debbiano dare cinquanta tocchi alla detta campana, et dapoi ſi debbia andare ſecōdo il ſolito per il Signor Luogotenente di Camerino, ò altro che da noi, et noſtro ſucceſſore pro tempo

re ſara deputato, che habbia da interuenire al conſeglio, et poſto, che ſi ſara à ſedere nella ſala del conſeglio inſieme con li magnifici Priori, ſi debbiano, ſerrare le porte del palazzo, et fare la raſſegna, et pontare tutti quelli, che ſaranno aſſenti dal conſeglio, dapoi ſe nel primo Conſeglio di Credenza, che ſi ſara, non verranno li pontati, à dedurre, & prouare le cauſe legitime dell'impedimenti, del non eſſere potuti interuenire nel precedente conſeglio, & dopò, che ſaranno, dedutte, & prouate, ſe debbiano in detto Conſeglio della Credenza al conſpetto del Superiore ballottare, & ſe non ſaranno ottenute nel detto Conſeglio s'intendano eſſere caduti nella pena delli primi Capitoli, & ſubbito il Cancelliero della communità debbia cauare la liſta de pontati, & darla al Barigello, che la eſſequiſca ſenza alcuno riſpetto infra termine di vn di dopò che ſara data: ſotto la pena al detto Cancelliero di vno Scudo per ciaſchuna volta, & al Barigello ſe non la eſſequiſse d'vn'altro Scudo, d'applicarſe alla reparatione del palazzo de Priori, & da retenerſelli da Theſaurieri del loro ſalario.

Item volemo, & eſpreſſamente ordiniamo, & commandiamo, che ſi debbiano fare le poliſe de tutti li conſeglieri, tanto de la credenza, quanto del conſeglio Generale, & de quelli de la credenza ſe ne debbiano à ſorte cauare due, & di quelli del conſeglio Generale, ſe ne debbiano ſimilmente a ſorte cauare tre, vno d'ogni terzero, quali conſeglieri, coſi eſtratti debbiano vno dopò l'altro andare in arengha, preſo prima il ſolito giuramento: Et ſiano obligati conſegliare ſopra le ptopoſte fatte, quello, che ſecondo la loro conſcientia conſideraranno eſſer vtile alla communita: ſotto la pena d'vno Scudo per ciaſcuno, & ciaſchuna volta che contradiceſſerno, & non andarſerno nella arengha a conſultare. Et dopò s'alcun'altro del conſeglio voleſſe andare, che li ſia lecito andarci, preuio ſemper iuramento.

Item volemo, & eſpreſſamente ordiniamo, & commandiamo, ch'à neſſuno del conſeglio ſia lecito parlare, ne conſultare fuor d'arengha, ne li vi poſſa andare, ſe prima nō giura more ſolito: Et chi contrafara incorra in pena, ipſo facto, di Scudi Dua d'applicarſi per la meta à benefitio del Palazzo delli Priori, & l'altra meta alla Camera Apoſtolica della qual pena il Superiore che ſara in conſeglio, il di ſequente, che ſara fatto il conſeglio, la debbia fare eſſequire: & il cancelliero ſotto la detta pena debbia cauare la liſta de tali, che contrauerranno, & darla, vt ſupra.

Item commettiamo, & commandiamo ſotto pena di eſcommunicatione & di Venticinque Scudi d'oro d'applicarſi per la meta alla reparatione delle mura della Citta, & l'altra da diſtribuirſi per noi ò noſtro ſucceſſore, ad pias cauſas, che non ſia alcuno tāto malegno, ò proſontuoſo, che ardiſca ò preſumma, di fare pratiche, ne ſette in detto Conſeglio, ne con conſiglieri di Credenza ò Generale, ne fare alcuna ſubornatione in danno, & pregiuditio, tanto del ben publico, quanto de particolari, ne per qual ſi voglia altra cauſa, la qual pena pecuniaria de fatto ſi farra eſſequire, vt ſupra.

Item, che ſe li Priori eſtratti pro tempore, non ſi trouaranno preſenti al giuramento, che hanno da fare alle calende del meſe della ſua intrata: ſi debbiano cauare delli altri, ipſo facto, della boſſola de ſpicciolati, ſecondo l'ordine de chi mancara: & che niuno di quelli, che ſaranno pro tempore eſtratti de Priori, tanto di quelli che ſono nella ballotta, quando li ſpicciolati, non poſsano, ne debbiano in alcun modo contrauenire, ne recuſare d'intrare, nel maeſtrato, nel luoco, che li toccarà quando ſarà cauato: ſotto la pena di Venticique Scudi d'oro, d'applicarſi, ipſo facto, per la meta alla reparatione delle mura della citta, & l'altra meta da diſtribuirſi per noi, & noſtri ſucceſsori pro tempore ad pias cauſas: Et oltre alla pena pecuniaria, S'intendano, ipſo facto, & ſenz'altra dechiaratione, eſsere per lo aduenire priui d'ogni publico offitio, & dignita de la citta di Camerino, & s'intendano eſser caſſi del conſeglio, ne poſsano mai eſsere reſtituiti, ſe non dal publico conſeglio, ottenuta prima la licentia dal Superiore, pro tempore di do mandare tal gratia in conſeglio.

Item

Item volemo,& ordiniamo,che tutti, & ſingoli officiali della Citta, & ſtato di Camerino, ſiano obligati auanti che vadino a pigliare i loro offitij, in quel di che per noi, & noſtri ſucceſsori pro tempore ſara deputato de venire perſonalmente a giurare,di eſſercitare il loro offitio bene fedelmente, & con integrita, & giuſtitia, & non commetterui fraude, ne ſimonia alcuna, & promettere che al fine del loro offitio, eſſi, et loro miniſtri ſtaranno a ſcindicato, & che ſempre s'intendano li principali officiali eſſere obligati per li loro miniſtri,et ſubſtituti,et in ſpetie li maeſtri delle ſtrade pro tempore ſiano obligati, quando vorranno deputare alcuno officiale ò ſubſtituto prima che lo deputano dare idonea ſecurtà ꝑ loro, tãto ꝑ la pena in la quale incorreſſino per le loro fraude,quã to per l'intereſſe de terze perſone: et queſte ſecurtà diano nello offitio dello ſcindico del commune.

Item volemo, et ordiniamo che li Priori che ſaranno del meſe de Gennaro, et Febraro ciaſchuno anno nel principio del detto meſe de Gennaro ſiano obligati deputare vn depoſitario, per tutti li danari, che ſi riſcoteranno tanto dello eſtraordinariato,et danno dato, cioè, delle rate applicate alla communita di Camerino, et alla reparatione del palazzo de Priori, quanto de gli altri che ſono applicati, et ſe applicheranno alla communita de Camerino, il qual Depoſitario, debbia pigliare detti danari, et quelli non diſtribuire ſe non in coſe publiche per mandato ſotto ſcritto dalli Magnifici Priori pro tempore,et trouandoſi eſſere ſtati diſtribuiti, in altro che in benefitio publico, li Priori,che li haueranno fatti diſtribuire caſchino in pena del doppio d'applicarſi come di ſopra à benefitio della detta Città,et li Priori,che in mediate ſuccederanno,ſiano obligati à reuedere li conti alli anteceſsori,et contra di loro fare eſſequire quando vi truouaſſero fraude: ſotto la pena à eſſi Priori, che non faranno tale reuiſione, di Scudi Dua per ciaſchuno di loro da retenerſi delle loro prouiſioni. Et tali danari non ſi poſsano mai cõuertire in vſo, et benefitio di eſſi Priori, ſe nõ come di ſopra. Et acciò che alcuno nõ poſſa pretendere ignorantia delli preſenti noſtri ordini, commandiamo, che ſiano regiſtrati per il Cancelliero della magnifica Communità inſieme cõ li altri Capitoli, tra le ſcriture publiche della Città. In quorum fidem &c. Dat.Camerini Die XVI. Decembr. M. D. XLVIII.

DV. CARDINALIS LEGATVS.

ET ad præmiſſorum omnium maiorem corroborationem, idem Reuerendiſſ. & Illuſtriſſ. Legatus manu propria ſubſcribere, ac ſigillo ſuo muniri decreuit, ad perpetuã rei memoriam. Omiſſo Sigillo præfati Reuerẽdiſs.& Illuſtriſſ. Legati &c.

Decreto fatto, & canonicamente ottenuto nel publico Conſeglio della Cittá di Camerino,& per ordine del Reuerendiſſ. Card. Durante.

ITem per ſupplire al numero, & mantinimento del ſopradetto Generale Conſeglio, ꝑ ordine,& decreto di eſſo publico, & generale Cõſeglio canonicamẽte celebrato, & fatto cõ la preſentia del S. Superiore, Fù decretato, ſtatuito, & ordinato che il detto cõſeglio Maggiore,ſia, & eſſer debbia di CENTO ET QVATORDICI Cittadini;cioè,Trent'otto d'ogni Terzero. Et che quãdo ꝑ morte alcuno de detti Cittadini del cõſeglio mãchaſſe, s'habbia in luoco di quello à nominare,& remettere vn'altro cittadino donde manchará,per ordine del detto general Conſeglio,nel qual conſeglio ſe debbia proporre,& ballottare,& ottenere per le due parte de Cõſeglieri canonicamente, & altrimenti facendoſi, non s'intenda meſſo di Conſeglio,& ſia nullo, & inualido: ſi come per li libri de conſegli largamente appare fatto, & decretato.

Decreto del Generale Conſeglio della Città di Camerino, che non ſi poſsa fare conſeglio, doue non interuengano almeno Settanta Conſeglieri, computādoci, nel detto numero li Magnifici S. Priori, et il S. Superiore.

ITem ſi è ordinato, decretato, et ſtatuito per ordine del Generale Conſeglio celebrato alli IX. Di de Gennaro 1558. che il conſeglio generale della Città, et cittadini di Camerino, non ſi poſsa fare, et non habbia effetto, ne luogo alcuno, ſe non vi ſaranno nel cōſeglio Settanta Cōſeglieri almeno fra il S. Superiore, i Magnifici S. Priori, et Cōſiglieri. Et ſe li Magnifici S. Priori pro tempore exiſtentes, farranno il conſeglio, ò lo ametteranno con manco numero, non vaglia, ne tenga, ne ſi poſsa derogare in queſto caſo da qual ſi voglia Superiore: ſotto pena à li magnifici S. Priori pro tempore che faranno, ò conſentiranno ſi faccia altramente, de Scudi Diece da farſegli pagar di fatto, et d'applicarſi al ſagro Monte della Pietà della magnifica Communità di Camerino ſenza proceſso, ò ſententia alcuna.

CAPITOLI DE FISICI, CONDOTTI dalla Magnifica Communità de Camerino.

IN Prima che li Fiſici della Città di Camerino durante la lor condotta debbiano portarſi di maniera, nel curare l'infirmità, che la Sera, & la Matina, & nell'altr'hore, ſecōdo la neceſſità degli Infermi, debbiano viſitarli nella Città, & Borghi, & ordinarli le coſe medicinali, veder l'vrine, & ſcriuere le recette, nelli libri de Speziali, ſenza premio alcuno da darſeli, ne prometerſeli ſotto il vincolo de giuramento, & d'hauere à rendere quanto haueſse preſo.

ANCHORA ſiano tenuti durāte detta cōdotta nell'hore come di ſopra, viſitare l'infermi ne li Monaſterii de Monache, & luoghi de Frati, di qual ſi voglia ordine, coſi nella Città, come ne li Borghi, ſenza premio alcuno, come di ſopra.

ANCHORA ſiano tenuti durante detto tēpo, diligentemente vedere, & cōſiderare tutte Vrine, che ſi moſtreranno loro de tutti infermi nella Città, Borghi, Contà, & Diſtretto eſiſtente ſenza alcun premio, & ordinarli li rimedii conueneuoli, ſecondo la conſcientia, & ſcientia data loro da Iddio.

ANCHORA, che debbiano hauere per ciaſchun d'eſſi per lor ſalario d'vn'Anno Fiorini Trecento, da pagarſeli Meſe per meſe dal Theſauriere della Camera Apoſtolica ſenza eccettione alcuna. Pagando però le retentioni, & patente.

ANCHORA ſiano tenuti andare à viſitare l'infermi per dentro le Cortine d'eſsā Città, receuendo Bolognini Venti, & fuori delle ſudette cortine, receuendo Fiorino vno per ogni andata, oltra il ſalario ordinatoli dal publico come diſopra.

ANCHORA ſia lecito alli prefati Fiſici per l'vrine, che ſe li moſtraranno da Foreſtieri non habitāti familiarmēte nella città, & ſtato predetto, & dalli Hebrei habitanti riceuere la conueniente mercede, ſecondo la conſuetudine, & ordine delli altri Fiſici.

ANCHORA che li Medici ſudetti non ſi poſsano aſsentare da la Città di Camerino, ſuo contado, & diſtretto, ſenza licentia, & mandato de Magnifici S. Priori, per il tempo de detta Città.

ANCHORA che detti Medici ſiano tenuti, & debbiano ogni giorno matina, & ſera, andare à tutti Speziali à vedere tutte vrine, che vi fuſserno, & li ordinare le coſe neceſsarie per l'infermi.

ANGHORA, che detti Medici, & ciaſchun d'eſſi ſia tenuto tenere vna caualcatura, acciò à li biſogni poſsa caualcare à viſitare l'infermi fuora de la Città. Et ſiano tenuti ſeruare amicabile conuerſatione con tutti Speziali, & Barbieri de detta Città, & non fauorir più vno che l'altro.

ANCHORA che occorrendo la morte ò altro caſo fortuito (qual Dio non voglia mai) à quel Medico non li corra prouiſione, ne ſi poſsa ſpendere, ne debbia per la ſua

ſua pompa funerale, alcuna ſomma de danari, ne coſa alcuna, ſecondo il decreto del Generale conſeglio.

ANCHORA che li ſudetti Fiſici condotti, ſiano tenuti, & debbiano ogn'anno reuedere diligentemente li Semplici, & Compoſiti, & coſe pertinenti à tutti Spetiali di detta Città: ſotto la pena di Diece Scudi, ſecondo il decreto del general conſeglio.

ANCHORA che li ſudetti Fiſici viſitato, c'haranno tre viſite l'infermo, ò inferma, li debbiano intimare, che ſi debbia confeſſare, et pigliare il Santiſſimo Sagramento della EVCHARISTIA, & non lo facendo l'inſermo, non debbiano per modo alcuno piu viſitarlo, ne medicarlo, ſotto le pene che ſi contengono nel Statuto.

CAPITOLI, ORDINI, ET DECRETI publici, ſopra il ſalario, et emolumenti del Chirugico: condotto dalla magnifica Communità di Camerino.

AD Laudem Gloriam, et honorem altiſſimi, et immortalis Dei: L'infraſcritti ſono li Capitoli, ordini, et decreti da oſseruarſi inuiolabilmente, dalli Chirugici: condotti per ordine della magnifica Cõmunità di Camerino, il tenore de quali ſara q̃sto. cioè.

IN Prima, che il Medico Chirugico della Città predetta, per tutto il tempo della ſua condotta, ſi debbia in la cura dell'infermi à ſe pertinenti, talmente portare, che dua volte il giorno, cioè, la matina, et ſera, et altre hore, ſecondo le neceſſita de patienti, andare à viſitarli, tanto in la Città, quanto in li Borghi di eſsa, et à quelli con ogni cura, et diligentia li medicamenti neceſsarii ſecondo l'infirmita ordinare, et in li libri de Spetiali ſcriuerli ſenza premio, ne pagamento alcuno da receuere, ne promecterſi, ne obligarſi: ſotto pena de pergiurio, et di douere reſtituire, quanto pigliaſse.

Item che al detto Chirugico ſia lecito, et poſsa torre per ſuo viatico, dalli habitatori delle ville diſtanti dalla Città, per ſpatio di tre miglia, tre Carlini per ciaſchuno giorno, ſino à diece giorni, et da quello impoi ſolamente Carlini Due. Dechiarandoſi che partendoſi la ſera, et tornando la matina inmediate ſequente, ſi debba mettere ſolo per vn giorno. Et anchora che il Caſtello della Muccia, ch'intenda eſsere incluſo, in luoghi, et tra luoghi diſtanti per il ſopradetto ſpatio di tre miglia.

Item che da li habitatori in luoghi diſtanti dalla detta Città per ſpatio di ſei miglia poſsa torre per ſuo viatico Cinque Carlini, et da quello in sù, poſsa torre vn Fiorino p̃ ciaſchun giorno ſino à dieci giorni, quali paſsati, non poſsa torre per le ſei miglia, ſe nõ Venti Bolognini, et da quello in sù Quattro Carlini, per ciaſchun giorno, dechiarando che chi lo condurrà, non ſia tenuto pagarli vettura di Cauallo, in ogn'vno de caſi predetti.

Item ſia lecito al ſopradetto Chirugico ſarſi pagare da Foreſtieri, et diſtrittuali, ſecõdo la conuentione, che ſi fara tra il detto Chirugico, et loro infermi, purche ſi faccia pagare honeſtamente, eccetto che il diſtrittuale non veneſse à medicarſe in la Città, in qual caſo non ſia tenuto pagare mercede alcuna al detto Chirugico. Dechiarandoſi, che quelli, li quali hanno contratto il domicilio in la Città, & ſtato di Camerino, qual s'intenda eſſer contratto, per l'habitatione de Cinque anni ſolamente: et nõ s'intendano nel numero de foreſtieri, ma come originarii de Camerino.

Item che il ſudetto Chirugico ſia tenuto, & debbia medicare li Contadini, che pro tempore verranno à medicarſi dentro alla città predetta, ſenza premio alcuno come li cittadini.

Item che ſia tenuto, & debbia viſitare, & medicare li feriti, & infermi d'Hoſpitali, &

Monaſterii, coſi de frati, come de monache, ſenza premio, & mercede alcuna.

Item che al detto Chirugico non ſia lecito, ne poſſa andare fuore della città, & ſtato. ſenza licentia delli Signori Superiori, & de magnifici S. Priori, che ſaranno per il tẽpo,

Item che naſcendo diferenza tra il detto Chirugico,& gl'infermi ſopra la diſtanza de luoghi, ò ſopra qual ſi voglia altra coſa, ne ſiano Giudici li Magnifici S. Priori, che ſaranno per il tempo.

Item che per ſuo ſalario d'vn'Anno il ſudetto Chirugico habbia Fiorini Ducento di moneta à Bolognini Quaranta per Fiorino, da pagarſeli meſe, per meſe dal Theſauriero deputato dalla Camera Apoſtolica,ſecondo il Breue di Noſtro Signore. Inquorum omnium fidem.&c.

EXPLICIT Liber Primus Voluminis Statutorum. Magnificæ Ciuitatis Camerini.

AD LAVDEM OMNIPOTENTIS DEI, Eiuſq; glorioſiſſimæ matris MARIAE, ac Beatorum VENANTII Martiris, & ANSOVINI Confeſſoris Ciuitatis noſtræ Camerini, defenſorum, gubernatorum, & ſpecialium aduocatorum. Hic fœliciter incipit SECVNDVS LIBER STATVTORVM, ſuper Cauſis Ciuilibus.

Quòd Poteſtas, & eius Iudices, necnon Iudex Appellationum, Auditores,& omnes alij Iudices, tàm ordinarij, quàm commiſſarij, tàm primarum, & ſecundarum, quàm tertiarum, & omnium aliarum inſtantiarum, & cauſarum, non ſuſcipiant in ſe amicabiles compoſitiones, arbitria & donationes. Rub. Prima.

CVM PARVM Sit iura condere, niſi eſſent, qui ea debitæ execútioni mandarẽt: Ideo Statuimus,& ordinamus,quòd Poteſtas, & eius Iudices, & Iudex appellationum, Auditores, & omnes alij Iudices ordinarii, iuriſdictionem etiam delegatam habentes dictæ Ciuitatis, tàm primarum, et ſecundarum quàm tertiarum,et aliarum inſtantiarum, et cauſarum: teneã tur, et debeant continuè ſuis tamen debitis, et congruis temporibus,et horis, ſecundum formam ſtatutorum, ius omnibus volentibus reddere. Volumus tamen, quòd arbitria, arbitramenta, amicabiles cõpoſitiones, donationes iurium, differentiarum, litium, quæſtionum, cauſarum, aut rerum quarũcunq;, nec vti Iudices, neq; vti aſſeſſores, nec etiam, vt priuatæ perſonæ ab hominibus, et perſonis, communi, collegio, et vniuerſitate Ciuitatis, Comitatus,et diſtrictus Camerini in omnibus cauſis, tàm coràm eis, quàm coràm quocunq; ex ſupradictis iudicibus,et in quacunq; inſtantia vertentibus, in ſe nullatenus ſuſcipiant: vel ſuſcipere poſſint, vel debeant: nec aliquod cõſilium in ſcriptis, vel ſine, tàm cum mercede, q̃ gratis, reddere valeant. Et ſi receperint, vel ſuſceperint, ſiue aliquis prædictorum receperit coniunctim, vel diuiſim, ſiue ſententiauerint, laudauerint, arbitrati, aut arbitramentati fuerint, retròdonauerint, vel alio quo vis modo deciſerint, ſiue aliquid terminauerint: ſententia laudum, arbitrium, arbitramentum, retròdonatio, conſilium, et deciſio huiuſmodi non valeant, nec teneant: nec ius aliquod, alicui partium ex talibus, vel aliquo eorum acquiratur: etiam in vim pacti, et etiam de conſenſu partium,vel earum procuratorum. Et omnia inſtrumenta deſuper facta,et fiẽda etiam iuramento vallata cum renuntiationibus, et maximè præſentis ſtatuti fingantur, et præſumantur dolo extorta, ſimulata,et fictitia, et nullam obtineant roboris firmitatem. Et nihilòminus, ſi contrafecerint ſupradicti Iudices, vel aliquis eorum cõtrafecerit ipſo facto, incidant in pœnam c. lib. deñ. pro quolibet, et qualibet vice contrafaciendo; applicandam còmmunitati Ciuitatis Camerini, & per ſyndicatores, et ratiocinàtores tempore eorum ſyndicatus debeant contrafacientes, et quilibet contrafaciens in dicta pœna condemnari.

Quòd Poteſtas, vel eius Iudices, et Iudex Appellationum, vadant, et ſtent ad banchũ iuris, et quòd in actis ponatur hora, et quòd diebus ieiuniorum vadant ſemel ad dictum banchum. Rub. 2.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd Poteſtas, et eius iudices, et officiales, et iudex appellationum, qui nunc ſunt, et pro tempore fuerint, teneantur de manè ad pulſationẽ Campanæ, quæ eſt ſita in Turri cõmunitatis Camerini, ire ad banchum prædictum, et ibi ſtare vſq; ad tertiam, et ſtatim, quòd pulſabitur ad tertiam in dicta Turri campana prædicta, debeant ſurgere, ac inde recedere, et nullum actum in aliquo proceſſu facere: et poſt nonã ad pulſationẽ dictæ cãpanæ Turris prædictæ, debeant redire ad banchũ ꝑdictũ: et ibi ſedere vſq; ad pulſationẽ fiendã hora veſperarũ cũ dicta cãpana. Et Notarii teneãtur de manè iu actis, q̃ ſcripſerint, dicere, et ſcribere ante tertiã, & poſt nonã dicere ante veſperas. Et ſi poſt tertiam, vel poſt veſperas, actus aliquis fieret, ſcribatur ſimiliter hora, qua fieret. Et hoc obſeruetur, et locum habeat, tàm iu ciuilibus, quàm in criminalibus cauſis. Et quòd Poteſtas, et eius iudices, et officiales, et iudex appellationum, diebus quadrageſimæ, et ieiuniorum debeant ſedere ad banchum, prædictis ſingulis diebus ſemel tantùm, videlicet, à tertia vſq; ad nonam, et nou vltrà. Et Notarii cauſarum ciuilium, teneantur ſcripto titulo in libro ciuilium, ſcribere omnes dies iuridicos, et feriatos, et cauſam feriarum. Addimus huic ſtatuto, quòd Poteſtas, et eius iudices, et iudex appellationum, teneantur, et debeant, dum ibunt ad dictum bãchum, ducere vnum baiulum pro qualibet curia, ſub pœna xxv.ſol. pro qualibet vice, in quibus per ſyndicatores communis debeant condemnari. Addentes inſuper huic ſtatuto, quòd præfati Pot. eius iudices, et iudex appellationum, et alii, cauſas cognoſcentes, modo aliquo non audeant, neq; præſumant proferre, et promulgare aliquam ſententiam, in aliqua cauſa ciuili, criminali, vel mixta, niſi prius confecto regiſtro, et dato vtriq; parti cum termino, arbitrio iudicis ſtatuendo ad illud videndum, exceptis cauſis miſerabilium perſonarum, et cauſis non excedentibus ſummam decem Florenorum. Et quòd præfati Pot. et eius Iudices, ac Iudex appellatiouum, & quicunq; alii, teneantur ſententias in quibus vis cauſis ciuilibus, criminalibus, & mixtis, proferre ad bachum iuris: & ipſas in ſcriptis legere, & promulgare, neq; in domo, ſiue in camera, uec in alio loco, ſiue ſub cedula aperienda, eas dare, & pronuntiare valeant: nec alium locum eligere, & deputare poſſint, pro iuridico, & tribunali. Et ſi contra iam dictas formas, acta aliqua fieri, ſiue ſententias proferri, & promulgari contigerit: ſint ipſo iure nulla, & nullæ, & nullum ſortiantur effectum: neq; modo aliquo teneant: etiam de conſenſu partium, vel procuratorum. Et nihilòminus ſi dicti Notarii, & Iudices contrafecerint in prædictis, vel aliquo prædictorum: incurrant, & incurrere debeant, pro quolibet, & qualibet vice contrafaciendo, in pœnam xxv.lib.deñ.cõi Camerini applicandam, in quibus per ratiocinatores tẽpore ſyndicatus condemnentur, & hoc quòad iudices, quò verò ad notarios, pro quolibet contrafaciẽte incurrant pœnam x. lib.den. ipſo facto.

Quo ordine procedatur ad citationes, & bannimenta: & quomodo citentur comitatẽſes, forenſes, & heredes defuncti, & de refectioue expenſarum. Rub. 3.

QVoniam primam partem iudiciorum à citatione procedere nemo ambigit: ideo ab ea de iudiciariis cauſis ciuilibus dicturi, inchohandum eſſe cenſuimus. Quapropter ſtatuimus, & ordinamus, quòd in ciuilibus cauſis communis Camerini homines, & perſonæ citentur duabus citationibus faciendis per publicum baiulum cõis Camerini perſonaliter, vel (eis diligenter inquiſitis, & perſonaliter nõ repertis) domi eorũ ſolitæ habitationis rei, vel citandi: & quatenus domus, ſiue ſolita habitatio clauſa reperiatur, aut neminem ibi habitare, vel permanere contigerit, per dictum baiulum duobꝰ vicinis notificetur: Et hæc prima citatio fiat expenſis actorum, & abſq; iudicis cõmiſſione fieri poſſit. Et ſi reus citatus, ſiue notificatione facta vicinis, vt ſupra nõ cõparuerit, & cõtumax fuerit in prima citatione: Secunda citatio fiat ex commiſſione iudicis, & expẽſis rei:

ſis rei: quæ cõmiſſio, (actore inſtante contra reum) & etiam in die primæ citationis fieri poſſit. Et ſi reus in termino ſecundæ citationis non comparuerit, & contumax fuerit, deinde ad malitiam ſuperandam, publicè intelligibili, & alta voce ad banchum ſolitum iuris cõis Camerini per dictum publicum baiulum banniatur. In quo bannimento triũ dierum terminus reo ſtatuatur, qui terminus caſu quo dictus reus nõ fuerit citatus perſonaliter, in prima, vel in ſecunda citatione: notificetur eidem perſonaliter, vel domi eius ſolitæ habitationis, aut vicinis notificetur, vt ſupra: Et ſi infrà dictum terminũ, non cõparuerit per ſe, nec per legitimum reſponſalem: (cõparente actore, ſiue eius procuratore, & ipſius contumaciam incuſante) procedatur contra eum ad petitionem actorum, abſq; alia citatione facienda de eo, vt in proximis capitolis continetur. Et hæc locũ habeant in citatione facta, vel facienda in ciuitate, vel ſuburbiis: & de ciuibus, ſeu habitantibus principaliter tamen, in eadem ciuitate, aut ſuburbiis: quos vna die pro eadẽ citari poſſe volumus. Si quis verò conuenire voluerit aliquem de comitatu, vel diſtrictu Camerini, vel alios, qui continuò familiarirer habitarent in dicto comitatu, vel diſtrictu citari debeant vna die pro altera: niſi in dicta ciuitate, vel ſuburbiis perſonaliter citarentur. Quo caſu, eos pro eadem die ſimiliter citari poſſe permittimus. Si autẽ aliquis conuenire voluerit forenſem aliquem, vel eius hæredes, pro aliquo debito contracto in ciuitate prædicta, eiuſuè comitatu, vel diſtrictu, ſeu quia eſſet conuentum inter eos per inſtrumentum pactum, ſiue ſcripturam, aut ſententiam quouis modo, de aliqua ſolutione facienda in ciuitate prædicta, eiuſuè comitatu, vel diſtrictu, pro qua dictus forenſis, vel eius hæredes, ex quacunq; cauſa in locis prædictis conueniri poſſent: talis forenſis ſiue eius hæredes citentur ad banchum iuris ſolitum, et conſuetũ cõis Camerini per præconẽ cõis, ſono tubæ præmiſſo, duabus citationibus diuerſis diebus faciendis: & demũ per præconem cõis banniatur ſono tubæ præmiſſo, in platea Sancti Angeli, & in dicto bannimento ſtatuatur terminus quinq; dierum dicto reo ad comparendum, et valeat, ac teneat, ac ſi reus eſſet perſonaliter citatus per baiulum dicti cõis, et deinde detur tenuta ipſi actori, vel creditori in bonis dicti forenſis, ſiue hæredum, tàm mobilibus, quàm ſtabilibus, et ſe mouentibus, et nominibus debitorum, quæ reperirentur in ciuitate, comitatu, vel diſtrictu, et ſtatu Camerini, ſuper formã infraſcripti ſtatuti, ſiue ad alios actus opportunos contra eos procedatur vt iuris fuerit: et actori, uel creditori magis expedierit, et pariter ſi quis conuenire voluerit hæredes alicuius defuncti, poſſit ipſos hæredes, vel volentes eſſe hæredes, ſiue defendere cupientes nomina, et bona pro hæredibus, cirari facere, ſub nomine appellatiuo, domi, vbi defunctus habitare conſueuerat. Hoc tamen ſi iurare voluerit actor, ſe ignorare nomina, et perſonas hæredum, ſeruato tamen ordine ſupraſcripto. Expenſę autem reficiantur hoc modo, videlicet, ante bannum excluſiue, Bononeni tres, et non vltrà: incluſiue verò bononeni quinq; tãtum: ſed poſtea anteq̃ fiat pronuntiatio tenutę, duo alii bononeni, et non vltrà. Poſt pronuntiationem verò expenſæ reficiantur taxatione iudicis præcedente, ſed extrà ciuitatem, tàm ante, q̃ poſt pronuntiationem, taxatione iudicis præcedente. Relationes verò dictarum citationum poſſint fieri per baiulum, ſeu per præconem Notario cauſæ in abſentia iudicis, et valeant.

Quo ordine procedatur contra contumacem ad dationem tenutę, & de primo, ſecũdo decreto, et expenſis reficiendis. Rub. 4.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſi quis cõuentus fuerit ab aliquo perſonali, vel reali, vel alia actione, et contumax fuerit ſecundum formam ſupradicti ſtatuti, actor porrigat in iudicio iudici, coràm quo agitur, libellum, ſeu petitionem, cõtra reum, et iudex (recepto iuramento ab actore ꝙ contenta in petitione animo calumniæ non petat, et ꝙ non eſt ſibi in aliquo ſatisfactum) abſq; aliqua citatione procedat contra reum, et pronuntiet creditorem, ſeu actorem eſſe mittẽdum in tenutam, et poſſeſſionem bonorũ rei: Et primò mobilium in duplum, ſi actor inuenerit bona mobilia: Secundò ſtabilium in

triplũ : Tertiò nominum debitorum, & ſe mouentium, & elapſis quindecim diebus continuis à die qua tenutam accepit, poſſit bona in tenutam captam vendere præcedentib⁹ trib⁹ bannimentis, tribus diebus faciendis, citato tñ reo ad videndũ, & audiendum cõmitti bannimenta, & aſſiſtendum trãſactationi, & baiulus teneatur notificare reo tenutam datam creditori perſonaliter, vel domi ſolitæ habitationis ipſius in præſentia duorũ teſtium, ſi reus eſt ciuis comitatenſis, vel forenſis habitator ciuitatis, vel comitatus Camerini. Si verò fuerit forenſis, & non habitator, ei notificetur per præconem in platea Sancti Angeli: aliter tenuta non valeat: Et ſi reus venerit infrà duos menſes à tẽpore notificationis prædictæ tenutæ: poſſit recuperare refectis primò expenſis, et pſtita ſatiſdatione de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo. Et ſi iudex recuſaret, vel ſatiſdationem, & expenſas recipere contemneret, aut nollet: liceat ipſi reo deponere expenſas penes notarium quæſtionis, & fideiuſſores offerre: & ipſa tenuta ipſo facto ſit extromiſſa, & irrita: & totus proceſſus nullius efficaciæ, vel momenti habeatur: citato tamen ad prædicta creditore, ſeu actore: Et nihilòminus creditor lucretur medietatem fructuum medij tẽporis perceptorum, niſi reus infrà octo dies poſt notificationem ſibi factam de captione tenutæ venerit, & tenutã recuperauerit ſm formã prædictã. Quo caſu creditor nihil de fructibus pcipere poſſit. Domus, nec arma offenſibilia, vel defenſibilia nõ poſſint accipi in tenutam, ſi alia bona inueniãtur ſufficientia ad debitum, & expenſas. Panni etiam lecti nullo modo, nec vllo quæſito colore accipi poſſint. Si autem reus non comparuerit infrà dictos duos menſes, & tenutam non recuperauerit, vt dictum eſt, citetur ad petionem creditoris per baiulum, ꝙ certo die compareat coràm ipſo iudice ad ſatisfaciendum de debito, & expenſis, & recolligendum tenutam, alioquin elapſo dicto termino ſi non cõparuerit, & creditori non ſatisfecerit cũ effectu, & factis tribus bannimentis citato reo ad aſſiſtendum, & bannimenta committendum per publicum præconem diuerſis diebus in publico loco, quòd quicũq; vult emere dictam tenutam compareat coràm ipſo iudice: quoniam plus offerenti dabitur. Et ſi nullus comparuerit citato deinde reo ad ſententiam audiendam, & exhibita ſuper prædictis petitione ab actore, & facta fide ſummarie de re, vel quantitate petita, pronuntiet iudex, & adiudicet creditori tenutam ex ſecundo decreto, & in ſolutionem, videlicet, pro menſura debiti declarati, & expenſis tantùm, & pronuntiet iudex ipſum creditorem verum, et legitimum dominũ, et poſſeſſorem, et ad euitandum omnem circunuẽtionem, et dolum, qui, et quæ interuenire poſſent aduerſus debitorem in ſecundo decreto prætextu valoris rei datæ in ſolutum vltrà quantitatem debiti, et expenſas. Volumus quòd debitor infrà ſex menſes poſſit, et ei liceat ſatisfacere creditori de debito, et expenſis. Et ſi creditor nollet, ſeu retardaret recipere: liceat debitori offerre, et proteſtari, et deponere legitime debitum, et expenſas: et facta proteſtatione, et depoſitione quando recuſaret, vel retardaret recipere poſſit debitor, ſiue reus ingredi poſſeſſionem, et tenere etiam ſi alteri, quàm creditori adiudicata fuerit, vel ad manus alterius quoquo modo deuenerit præuia tamen citatione detinentis. Et proceſſus primi, et ſecundi decreti, et adiudicationes ſint nullæ ipſo iure, et non opitulentur in aliquo creditori: tamen fructus exiſtentes poſt ſecundum decretum lucretur creditor, ſiue poſſeſſor. Præterea volumus, et firmamus, quòd creditores poſſint capere fructus bonorum dotalium, et hypothecatarum pro dote conſtante matrimonio: dummodo mulier aliunde ſe alere poſſit. Et etiam prædicta locum non habeant, vbi reſtitutio dotis facta eſt vxori de dote, conſtante matrimonio, vel fieri debeat in caſibus à iure permiſſis: Sanè ad obuiandum ſubterfugiis reorum decernimus, quòd ſi reus fuerit contumax ſecundum formam ſtatutorum dicti cõis: & voluerit purgare contumaciã ſuam, & reficere expenſas factas: non poſſit, niſi prius actor citetur perſonaliter vna citatione, ſiue duabus citationibus domi ſuæ ſolitæ habitationis, & exprimat quid velit petere contra ipſum reum, & ipſo comparente procedatur, vt iuris fuerit in cauſa. Et quòd ſuper eodem facto expenſæ non poſſint refici ex contumacia, niſi ſemel, & recuperatio

dictæ

dictæ tenutæ, poſſit fieri refectis expenſis, & præſtita ſatiſdatione, ſemper, & vſq; ante adiudicationem fiendam inſolutum ipſi creditori, vel actori.

Quòd vſq; ad xl. lib. & in operibus laboratorum, magiſtrorum, & diſcipulorum, & in cauſis forenſium, & penſionibus, & coptumis, ſummarie procedatur Rub. 5.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd Dñi Poteſtas, & Cap. ſiue Iudex appellationum, vel eorũ Iudices cauſarum ciuilium cõis Camerini, in cauſis ciuilibus non excedentibus lib. xl. den. vel de re, ſeu facto æquiualente, poſſint, teneantur, & debeant procedere, cognoſcere, finire, & terminare ſummarie, et de plano, ſine petitione in ſcriptis, & datione libelli, litis conteſtatione, & aliis ſollemnitatibus, & ſubſtantialibus iuris. Idem dicimus de operibus laboratorum, & de laboritiis, coptumis, & penſionibus domorum, operibus magiſtrorum, & ſalariis diſcipulorum, & in omuibus cauſis forenſium, de quibuſcunq; rebus, & quantitatibus. Et ſufficiat, quòd vna ex partibus litigantibus ſit forẽſis, in quibus procedere teneantur, vt dictum eſt, etiam in diebus feriatis (exceptis feriis in honorem Dei inductis) & in palatiis cognoſcere poſſint, & valeant. Et iudex coràm quo vertetur: teneatur, & debeat expedire, & terminare per diffinitiuam ſentẽtiam infrà quindecim dies continuos computandos à die factæ primæ citationis, ſub pœna ipſi iudici contrafacienti imponenda c. lib. den. Et ſi tenuta data eſſet in bonis mobilibus, quòd debitor teneatur recuperare infrà quinq; dies poſtq̃ data eſſet: aliàs detur licentia actori ſubpignorandi pro quantitate, et expenſis iudeo, vel alteri, & non teneatur ad reſtitutionem tenutæ, nec vſurarum. Addendo quòd prædicta de forenſibus habeant locũ in cauſis eccleſiarũ, et eccliaſticarũ pſonarũ cõfraternitatũ, hoſpitaliũ, et aliorũ piorum locorum, dummodo non excedant ſummam Florenorũ Quinquaginta, pro qualibet cauſa, et pro tali forenſi agente, poſſit quilibet ciuis, vel comitatẽſis fideiubere pro eo, de reficiendo expenſas in caſu ſuccumbentiæ, & de ſtando iuri in cauſa reconuentionis quocunq; alio ſtatuto in contrarium diſponẽte non obſtante.

Quomodo, et quo ordine procedatur in cauſis Ciuilibus, et de exceptionibus cognoſcatur à xl. libris ſupra de petitione conſilii ſapientis. Rub. 6.

ITem pro expeditione, et abbreuiatione cauſarum ciuilium à xl. libris ſupra, vel de rebus valentibus vltrà xl. libras den. (exceptis cauſis inſtrumentorum, cedularum, ſeu ſcripturarum priuatarum, ſuper quibus ſeruentur ſtatuta, et additiones de eorum execùtionibus loquentia) infraſcripto ordine procedatur, videlicet. Quòd actor porrigat contra reum citatum, & relatum per pub. baiulũ cõis Camerini perſonaliter eo inquiſito, et perſonaliter non inuento, domi eius ſolitæ habitationis: et ſi ipſa clauſa reperiatur notificetur duobus vicinis, libellum, ſiue petitionem, et eidem reo comparenti terminꝰ ſtatuatur duorum dierum vtilium, à die traditæ, vel oblatæ copiæ currentium ad reſpondendum, et opponendum omnes exceptiones ſibi competẽtes, tàm declinatorias, quàm dilatorias, et peremptorias, et ſi reus comparuerit per ſe, vel legitimam perſonam: et prædictas exceptiones, vel aliquam ipſarum oppoſuerit, et actor replicare voluerit, detur eidem terminus duorum dierum: et ſi vltima dies erit feriata cadat in ſequente diẽ iuridicam, et ſi reus voluerit duplicare, detur eidem terminus dicto reo ad duplicandũ, et vlterius triplicari, vel quadruplicari non poſſit, qui termini ad excipiendum, replicãdũ, et duplicãdum intelligãtur dati abſq; iudicis miniſterio, niſi pars ipſa voluerit renũciare. Et ſi aliqua ex dictis exceptionibus oppoſitis erit dilatoria, uel declinatoria, vel peremptoria etiam naturam dilatoriarum habens, et taliter oppoſita fuerit, quòd de iure cõi quouiſmodo haberet impedire litis ingreſſum: legitime de ea cognoſcatur ante litis conteſtationem: ad quam probandam, ſiue eas probandum, et probatas habẽdum, ſtatuatur reo terminus trium dierum, et ſi vltima dies fuerit feriata: cadat in ſequentem diem iuridicam, quo termino elapſo iudex de cauſa cognoſcens, teneatur, et debeat ſuper ipſis exceptionibus pronuntiare infrà tres dies proxime venturos, et ſi vltima dies erit feriata ſimiliter vt ſupra, cadat in ſequentem iuridicam, ſub pœna ipſi iudici ſuper

ipſis non pronuntianti imponenda xxv.lib.den. ab eo tempore ſui ſyndicatus auferenda
et cōi Camerini applicāda, niſi exceptiones prædictas, ipſe iudex de partium voluntate
poſt litis conteſtationem, reſeruauerit: quo caſu iudex minime puniatur, dūmodò poſt
litis conteſtationem ſuper ipſis pronuntiet infrà decem dies ſub iam dicta pœna, & lis
ipſo iure habeatur pro conteſtata, ſiue reus aliquid oppoſuerit, ſiue non. Qua litis con-
teſtatione facta iuretur de calumnia, tàm ex parte actoris, quàm ex parte rei,& recuſans
iurare puniatur de facto in x. lib.den. Et nihilòminus ſi actor recuſauerit vlterius in cau-
ſa non audiatur, ſi verò reus pro confeſſo habeatur,& die qua fuerit lis conteſtata, & de
calumnia iuratum detur terminus, tàm actori, quàm reo decem dierum ſi petitum fuerit
ad probandum, alias intelligatur datus ipſo iure vtriq; parti pro prima dilatione, quorũ
decem dierum adminus, quinq; dies ſint iuridici, & ſi actor, vel reus petierit terminum
pro ſecunda dilatione, & aliquid fecerit in prima dilatione, detur terminus trium die-
rum vtilium pro ſecunda dilatione ad probandum, qui terminus ſit cōis vtriq; parti,
etiam ſi datus intelligatur,& alius terminus ad probandum dari non poſſit, niſi propter
abſentiam teſtium, vel aliam legitimam cauſam, ſeu impedimentum aliquod, quod iu-
dici legitimum videretur, de qua cauſa, impedimento, vel abſentia, fidem faciat petens
prima die iuridica: quo caſu ſi iudici videbitur, detur terminus vltimus, & perẽptorius
triũm dierum vtilium ad probandum, & probatum habendum per teſtes, vel inſtrumẽ-
ta,& per omnem modum, genus,& ſpeciem probationis. Quibus terminis elapſis publi-
cetur proceſſus, & detur terminus duorum dierum vtilium à die traditæ, vel oblatæ co-
piæ ad accipiendum copiam totius proceſſus confecto regiſtro, & opponendum contra:
& ſi fuerit aliquæ exceptiones oppoſitæ, quæ probandæ venirent, talis opponens debeāt
infrà tres dies vtiles probaſſe, & probatas habere per omnem modum, genus, & ſpeciẽ
probationis, qui terminus trium dierum vtilium intelligatur datus abſq; iudicis miniſte
rio ipſo iure ea die, qua dictæ exceptiones productæ ſunt. Poſtea verò detur terminus
duorum dierum ad allegandum, & ſi vltima erit feriata, cadat in ſequentem diem iuri-
dicam. Quo termino elapſo concluſum intelligatur, & iudex cauſæ ad expeditionem,
& ſententiam diffinitiuam, vt iuris fuerit procedat, et vna, vel pluribus monitionibus ad
ſententiam audiendam vna die pro altera præcedentibus, & poſſit, et valeat iudex cau-
ſam cognoſcens ſupradictos terminos inculcare,& abbreuiare, quando cauſa eſſet tem-
pore peritura, & dum viderit partes cauillare poſſit in qualibet parte litis, exhibere ſacra
mentum malitiæ,& calumniæ: Et ſupra dicti termini, vt ſupra deſcripti non poſſint quo-
modolibet prorogari: ſaluo, quòd durante tempore aliquorum ex dictis terminis, ſi iu-
dex cauſæ eſſet abſens, vel eius officium vacaret, quo caſu terminus non currat ipſo iure.
Et quoniam quandoq; in huiuſmodi cauſis poſitiones fieri contingit. Volumus, quòd
præſtito iuramento per eas facientem, quòd animo calumniæ non ponit, & credit eas
veras eſſe,& ad cauſam facere: pars aduerſa teneatur illis reſpondere per verbum credit
vel non credit,& reſpōſionibus ipſarum poſitionum aduocatus, vel procurator partis re
ſpondentis non interſit, poſſit tamen ipſa hora reſponſionis ante reſponſionem ipſe ad-
uocatus, vel procurator, ſiue alter ipſorum videre ſi poſitiones ſunt impertinentes, & nõ
admittendæ dummodò aduocatum, vel procuratorem prædictum illo tunc ante reſpon
ſionem clientulum alloqui, vel eum monere non permittat, nec poſſit: & ſi reſponſum
fuerit ſuper contraria, vel impertinente ipſo iure non valeat. Et ſi petitum fuerit reſpō-
deri poſitionibus, procurator partis aduerſæ teneatur ſuum clientulum præſentare ſi fue
rit in ciuitate, comitatu, vel diſtrictu Camerini ea die, qua petitum fuerit, vel ſequenti
iuridica. Et ſi impeditus fuerit, de quo impedimento ſtetur iuramento procuratoris, de
tur terminus vnius diei vtilis ad præſentandum, vel ſi non reſponderit habeantur poſitio
nes pro confeſſatis, vel negatis ad commodum ponentis, niſi talis debens reſpōdere fue-
rit infirmitate grauatus, vel ſenectute, vel alio legitimo impedimento impeditus, quo
caſu expenſis reſpondere debentis mittatur notarius, ſiue actuarius cauſæ ad recipiendũ

dictas

dictas reſponſiones, ea die, qua petitum fuit, vel die ſequenti iuridica. Et ſi talis debens reſpondere fuerit abſens à ciuitate, et comitatu Cameriui, quòd haberi non poſſit, & eius abſentia ea die qua allegaretur ſaltim per duos teſtes legitime probaretur, eius procurator, vel defenſor poſitionibus reſpondere poſſit: & in omni caſu de cõi partium voluntate poſſint procuratores poſitionibus reſpondere. Et ſi teſtes non eſſent de ciuitate, vel ſuburbiis Camerini, ſiue habitantes, et eſſent iurati, et præſentes tempore quo petitur examinari detur terminus duarum horarum ad faciendum interrogatoria petenti, vel trium horarum arbitrio iudicis ad dicta interrogatoria facieñ. ita, quòd illa die teſtes prædicti examinari poſſint qui currat à die datæ, vel oblatæ copiæ, et ne actores, ſiue litigatores cogantur quotidie mittere baiulos ad citandum non habitantes in ciuitate, vel ſuburbiis Camerini, et propterea ne maioribus expenſis vexentur, et actus iuridicos differre quandoq; cogantur: ideo volumus, quòd ſi reus non habitaret in ciuitate, vel ſuburbiis Camerini, et prima uice qua ipſe comparuerit perſonaliter, vel per procuratorem, defenſorem, vel curatorem teneatur eligere locum in ciuitate Camerini, vbi velit citari ad omnes, et ſingulos actus fiendos in cauſa, vſq, ad ſententiam diffinitiuam incluſiue, vt parcatur ſumptibus, et expenſis: et ſi locum eligere neglexerit, vel noluerit actore petente poſſit, et debeat contra ipſum reum procedi ipſo vlterius non citato: et idem ſeruetur in actore quod dictum eſt in reo, videlicet, quòd teneatur eligere locum in ciuitate, vbi debeat citari ipſo reo hoc petente quibuſcunq; in contrarium diſponentibus non obſtantibus. Et ne pariter detur occaſio ſubterfugiendi, et finem litibus imponere cupientes. Volumus inſuper et ordinamus, quòd conſilium ſapientis peti non poſſit, niſi de partium voluntate non obſtante aliquo ſtatuto incontrarium diſponente, vel loquente, et quãdo petitur de partium voluntate ſtatuatur terminus partibus iudicis arbitrio ita, et taliter, quòd cauſa expediatur infrà tempus inſtantiæ ſecundum formam ſtatuti ſub Rub. 9. Quòd iudices expediant cauſas infra xl. dies vtiles.

De modo procedendi ſuper mandatis. Rub. 7.

ITem ſtatuimus, & ordinamus ad hoc, vt lites in quibus interuenerint procuratores nõ fiant immortales, & ne dilatentur quia certi litigioſi cauſa dilatandi nituntur ſuper mãdatis litigare, quòd quando notarius cauſæ publicè exercens, et matriculatus, fuerit rogatus de aliquo mandato procuræ, curæ, vel tutelæ, & ipſe coràm iudice, vel officiali ordinario, vel delegato in iudicio dixerit, & fidem verbo fecerit aſſerendo ſe eſſe ad plenũ rogatum de dictis mandatis, ſeu inſtrumento mandati alicuius ex prædictis, quòd dicta talis aſſertio, & fides ſcribatur apud acta per ipſum notarium, & habeatur, ac ſi dictum mandatum, ſeu mandata producta eſſent in publicam formam, & eis adhibeatur plena fides, & non poſſit opponi contrà ipſa mandata, nec detur alius terminus ad opponendũ. Et iudex, ſeu officialis coràm quo uerteretur cauſa ſtatim elapſo termino prædicto pronuntiet talem habentem mãdatum eſſe legitimum procuratorem, curatorem, tutorem, vel actorem reſpectiue, & habere plenarium mandatum ad omnes actus imminentes in cauſa dummodò perſona conſtituens, vel conſtituta fuerit habilis: quam exceptionem inhabilitatis opponens, infrà terminum duorum dierum vtilium probare, & probatam habere teneatur: quòd ſi probata non fuerit puniatur opponens de facto in xxv. ſol. den. Et ſi eſſet alter notarius non exercens publicè in dicta Ciuitate de comitatu, aut diſtrictu Camerini, aut forenſis, qui eſſet rogatus de tali mãdato, & quòad forenſem tantùm appareret litera teſtimonialis, ſeu cõis · quòd debeant ipſa mandata produci in publicã formam in iudicio coràm iudice, vel officiali, & per ipſum iudicem, vel officialem detur terminus vnius diei vtilis ad opponendum contra tale mandatum à die habitæ, vel oblatæ copiæ, quæ copia detur expenſis petentis, & non producentis: & qui contrà ipſa mãdata, ſeu mandatum, exceptionem reuocati oppoſuerit, teneatur ipſam probare, & probatam habere infrà terminum duorum dierum vtilium: & ſi non probauerit, incurrat quilibet procurator, ſeu quilibet alter, tàm ſuo nomine, quàm alterius nomine opponẽs

in pœna x. lib. cuius pœnæ medietas ſit partis contra quam opponeretur, ſeu producentis mandatum, et alia ſit iudicis coràm quo opponeretur, quã de facto contra opponentem iudex, vel officialis coràm quo opponeretur teneatur exequi: aliàs in tantundẽ condemnetur cõi tempore ſui ſyndicatus. Et ſi oppoſuerit alias exceptiones teneatur opponens infrà terminum trium dierum, ſibi per iudicem ſtatuẽdum, illas probare: & ſi vltima dies eſſet feriata cadat in ſequentem diem iuridicam. Quo termino elapſo iudex teneatur pronuntiare ſuper dictis mandatis, ſeu mandato, & quòd à tali pronuntiatione non liceat alicui partium appellare, nec de iudice conqueri, & ſi quis à tali pronuntiatione appellauerit ſuper ipſa appellatione non audiatur. Et nihilòminus incurrat appellãs pœnam x. lib. den. applicandam, & exequendam, vt ſupra dictum eſt. Et nihilòminus ſi aliquis de collegio dictæ ciuitatis deliquerit in prædictis: ſit ſibi autoritate præſentis ſtatuti, procuratoris officium per ſpatium vnius anni interdictum.

Quòd Procurator debeat conſtitui ad omnes actus imminentes in cauſa Rub. 8.

ITem ſtatuimus, & ordinamus quòd cum aliqui procuratores animo protelandi lites, et faciẽdi defatigare partem in expenſis, & laboribus in aliqua cauſa, faciunt ſe conſtituere procuratores ad vnum actum tantùm, & non ad omnes alios actus imminentes in dicta cauſa, quòd tales procuratores non audiantur in prædicta cauſa, niſi eſſent procuratores ad omnes actus imminentes in forma litigii. Addendo quòd dicti Procuratores conſtitui debeant in omnibus inſtantiis dictæ cauſæ. Et ita ipſo iure conſtituti intelligãtur. Et notarius talis de huiuſmodi procura taliter rogatus cenſeaẽ, niſi poſt primam inſtantiam fuerit legitime doctum, & parti in forma intimatum de eorum reuocatione. Volentes inſuper, quòd ipſi procuratores poſtquàm in cauſa officium procurationis ſuſceperint: non poſſint, niſi ex legitima, & à iure approbata cauſa, illud recuſare. Et ſi poſt primam inſtantiam ex aliqua iuſta cauſa dictum officium relinquere voluerit (quòd in prima omnino fieri prohibemus) teneatur, vt ſupra parti intimare, ſub pœna priuationis officii vnius anni.

Quòd Iudices expediant cauſas infrà. xl. dies vtiles. Rub. 9.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd Dñi Poteſtas, & Capitaneus, ſiue iudex appellationum, vel eorum iudices, & quilibet alius oficlalis ordinarius, vel comiſſarius, vel delegatus teneantur, & debeant quãlibet cauſam ciuilem, ordinariam, cõmiſſariam, vel delegatam, quæ coràm eis, vel altero eorum agitaretur cognoſcere finire, et terminare per ſententiam diffinitiuam infrà xl. dies utiles à die motæ litis, & lis intelligatur mota per li belli productionem, uel ſimplicis petitionis, uel ſupplicationis cum reſcripto, ſiue commiſſionis ad pœnam L. lib. den. pro qualibet cauſa, quæ aſcenderet ad ſummam, & ualorem. c. lib. den. uel ab inde infrà, ſed ab inde ſuprà ad pœnam .c. lib. den. pro qualibet cauſa retinendarum, et auferẽdarũ tempore eorum ſyndicatus per camerarium cõis prædicti, uel alium ad quem pertineret, vel faceret ſolutionem dicti ſalarii pœna xxv. lib. den. Qui terminus xl. dierum vtilium prorogari de cõi partium voluntate poſſit per decem dies vtiles ln duobus terminis, & non vltrà, videlicet, quinq; pro quolibet termino. Quo termino elapſo inſtantia cauſarum parti, & iudici intelligatur eſſe perẽpta, & quòd nulla poſſit alia ferri ſententia, niſi in pronunciando inſtantiam cauſæ eſſe peremptam, cum condemnatione expenſarum partis agentis. Et Notarius qui ſcriberet in cauſa, teneatur, & debeat per decem dies continuos ante finem dictæ inſtantiæ dare, & conſignare Poteſtati, ſiue Capitaneo, ſiue Iudici appellationum, vel alteri Iudici de cauſa cognoſcenti (confecto regiſtro) omnia acta, & actitata facta in cauſa cum rogatione Notarii: ſub pœna eidem notario contrafacienti xxv. lib. den. de facto auferendarum per iudicem de cauſa cognoſcentẽ. Et ſi dictus iudex dictam pœnam non exigeret: intantũ dem tempore ſyndicatus condemnetur. Et iudex teneatur, & debeat notario ſcripturas reſtituenti, ſolui facere mercedem competentem infrà quintam diem: ſub pœna ipſi iudici contrafacienti decem libr. den. Et prædicta non vendicent ſibi locum in cauſis ciuilibus

libus executionum inſtrumentorum, ſcripturarum, vel cedularum, nec in aliis extraordinariis cauſis ciuilibus, quæ deberent expediri in breuiori tempore, ſecundum formã ſtatutorum dictæ ciuitatis. Qui terminus xl. dierum non currat tempore abſentiæ iudicis, vel quando officium iudicis de cauſa cognoſcentis vacaret.

Quòd contra inſtrumenta, & cedulas non poſſint opponi, niſi quatuor exceptiones, & quomodo fiat dum teſtes ſunt abſentes, & quomõ fiat ceſſio bonorũ. Rub. 10

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd habentibus inſtrumenta publica mutui, vel depoſiti, vel alterius contractus, vel obligationis, ſeu ſententias, præcepta, vel arbitria, vel amicabiles compoſitiones, vel teſtamenta, codicillos, donationes inter viuos cauſa mortis, vel cedulam manu propria debitoris ſcriptam, vel alterius cuiuſcunq; manu ſcriptã, & bino teſte ſubſcriptam, cum annis Dñi, menſe, & die. In quibus, vel ipſorum aliquo appareret aliquem, vel aliquam, ſeu collegium, vel vniuerſitatem obligatam eſſe ad ſibi dãdum, ſoluendum, reſtituendum, vel faciendum aliquid, vel eorum hæredibus, & ſucceſſoribus, ſeu ab eis ius tale prætendentibus: liceat coràm Poteſtate, & Capitaneo, & coràm iudicibus cauſarum ciuilium (non tamen collateralibus poteſtatis) petere ipſa inſtrumenta, ſcripturas, vel cedulas executioni mandari contra ipſos debitores, vel hæredes, vel ſucceſſores. Quibus productis iudex cauſæ ſtatuat terminum reo trium dierum vtilium ad accipiendum copiam petitionis, & inſtrumenti, & opponendũ contra ipſum inſtrumentum. Quæ cauſa, tàm principalis, quàm appellationis ſi fieret per aliquam partium expediri debeat ſummarie ſine ſtrepitu, & figura iudicii ſimpliciter, & de plano aliquibus iuribus, & ſtatutis non obſtãtibus, & maxime iuribus, quibus dicitur, quòd oblationi libelli, & litis conteſtationi renuntiari nòn poſſit, contra quę inſtrumenta, ſcripturas, & cedulas non poſſit opponi, niſi exceptio ſolutionis, vel ſatiſfationis, falſitatis, & vſurarum, vel pacti de non petendo, vel agendo, et nullæ aliæ exceptiones poſſint opponi lege, vel canone aliquo non obſtante. Quas exceptiones vſurarùm, ſolutionis, vel ſatiſfactionis, falſitatis, et pacti de non petendo, vel agendo, poſtquàm eas iudex admiſerit, teneatur opponẽs probare ipſam, vel ipſas probatas habere coràm eodem iudice eccleſiaſtico, vel ſeculari infrà octo dies continuos, dummodò non feriatos in honorem Dei computãdos à die quo iudex eam, vel eas admiſerit, ſiue iudex ipſum terminum opponenti, et excipienti aſſignauerit, ſiue non aſſignauerit. Et ſi excipiens ipſam, vel ipſas nõ probauerit infrà ipſos octo dies cõtinuos teneatur, et debeat iudex executionem facere, ac ſi non præpoſita, vel oppoſita fuiſſet. Et eo caſu exceptiones obiiciens, & non probãs: puniatur de facto per iudicem, qui de cauſa cognoſcit ſine ſtrepitu coràm quo oppoſita fuerit, et non coràm aliquo alio iudice, et ſine figura iudicii in expenſis legitime factis in cauſa per partẽ, quæ executionem peteret inſtrumentorum, vel ſupradictarum ſcripturarum: quas expenſas præciſe omni exceptione, defenſione, et appellatione remotis: reſtitui facere teneatur ab excipiente, qui deficeret in probando ipſi, qui executionem peteret inſtrumenti, vel ſupradictarum ſcripturarum. Non obſtante, quòd excipiens diceret, quòd non ſtetit per eum, et non obſtante, quòd contumaciam teſtium allegaret, et quòd ipſos habere non potuit, vel alio aliquo, quòd poſſet quomodolibet allegari, niſi aliquis, vel aliqui de teſtib⁹ re vera eſſent abſentes à ciuitate Camerini, et ſuo diſtrictu, qui teſtis, et teſtes etiam alterius iuriſdictionis debeant nominari ante impetrationem literarũ remiſſorialium, quo caſu iſte ordo ſeruetur, videlicet, quòd ſi ipſi teſtes poſſint commodè infrà dictum terminum octo dierum haberi, et cogi procedatur, vt dictũ eſt. Si verò cogi, et haberi non poſſit, detur alia dilatio per iudicem quinq; dierum ad faciẽdum eum, vel eos venire ad teſtimonium perhibendum, vel mittantur literæ remiſſoriæ in forma expenſis petentis iudici loci, vbi teſtes, ſeu teſtis eſſent, vt ibi coràm dicto iudice dictum ſuum deponat ſuper articulo, vel articulis, et interrogatoriis ſigillatis ſuper quibus producerentur: verum ſi talis teſtis, vel tales teſtes articulum, uel articulos non probarent: producens pro quolibet ipſorum teſtium non probantium puniatur de facto

R per

per iudicem cauſæ in c. ſol.den.ſoluendis communi Camerini. Et nihilòminus omnia damna, & expenſæ aduerſæ parti reſtituere teneatur,& quòd teſtes, & eorum iuramenta, poſſint recipi ſuper prædictis exceptionibus diebus feriatis lege aliqua non obſtante. Et quòd per aliquam partium non poſſit allegari dicto caſu, quòd receptio teſtium non valeat,& iuramenta ipſorum,& dicta quæ recepta eſſent tempore feriato. Et dicto caſu iuramenta teſtium poſſint recipi in palatio, vbi iudex cauſæ moraretur, & eſſet. Quo termino elapſo,& de meritis cauſarum pro vtraq; parte cognito, vel reo exiſtente contumace, iudex pronuntiet ſtatim in cauſa, quòd reus debeat ſoluere, vel ſatisfacere ſtatim pœna decem ſolid. per diem, vel qualibet die, qua fuerit in mora ſi quantitas, vel ſumma petita excederet decem lib. den. Si verò à decem lib.infrà pœna quinq; ſol.den. per diem, vel qualibet die, qua fuerit in mora. Qua pronunciatione in rem iudicatam tranſeunte, tunc liceat creditori, vel debitorem accuſare, vel ipſum capi facere, & perſonaliter detineri quouſq; ſatisfecerit integre de ſorte, & expenſis, quod iudex facere, teneatur,& quilibet alius officialis communis,& teneatur etiam facere in effectu executionem realem, vel perſonalem vſq; ad integram ſatisfactionem quantitatis, & expenſarum ſummarie, & de facto ad voluntatem creditoris, ſub pœna præſtiti iuramenti, & L. librarum den. exigendarum ab eo tempore ſyndicatus, & conuertendarum ad cõmodũ & burſam ipſius creditoris ſeu eius hæredis, vel ſucceſſoris. Quæ tenuta ſic data valeat, et teneat, ac ſi data eſſet ex primo, & ſecundo decreto,& vim habeat primi, & ſecundi decreti. Et factis tribus bannimentis tribus diuerſis dicbus de mandato iudicis, & ſecuta traſactatione, citato reo ad videndum cõmitti bannimenta, & aſſiſtendum traſactationi fiendæ plus offerenti, & adiudicationi habeatur miſſus in dictam tenutam pro vero, & legitimo dño,& poſſeſſore. Et ſi reus comparuerit infrà xv. dies continuos à die traſactationis,& adiudicationis computandos, poſſit, et ei liceat ſatisfacere creditori de debito, et expenſis. Et ſi creditor nollet, vel retardaret recipere: facta prius idonea depoſitione actuali, et cum effectu in pecunia numerata immittenda in ſacculo, et ibi ſigillanda iudicis ſigillo, ac penes idoneam perſonam per iudicem cauſæ approbatam deponenda de debito, et refectis prius expenſis, et proteſtatione etiam præmiſſa: poſſit ipſe debitor, vel reus ingredi poſſeſſionẽ, et tenutã recuperare, et tenere quãuis ad alterius manus, quàm creditòris deueniſſet. Et ꝓceſſus talis, traſactationes, et adiudicationes ſint ipſo iure nullæ, et non opitulentur in aliquo creditori, nec tertio: quòad fructus reſeruatur prout in alio ſtatuto: qui depoſitarius reſtituere debeat, et dare, et conſignare quandocunq; ipſi creditori recipere volenti dictum depoſitum: quindecim diebus elapſis reus, vel debitor amplius non audiatur aliis tenutis uirtute cõtumaciæ habitis, ſtatuta ſupraſcripta ſeruẽtur, et ſupradicta tenuta robur obtineat non obſtãte ſi debitor egerit, uel exceperit agat, uel excipiat de nullitate proceſſus, uel ſentẽtiæ, et pronuntiæ ciuilis, uel criminalis ad agendum, uel excipiendum de nullitate contra dictos proceſſus ciuiles, uel criminales, uel ſententiam, et pronuntiam nullatenus audiatur, uel admittatur proponens, uel quod agendo, uel excipiendo dixerit, uel allegauerit ſe cedere bonis, quę dicere, et allegare nõ poſſit aliquibus iuribus ſtatutis, et ordinamentis ciuilium, ſeu canonum quòad prædicta non obſtantibus, et maxime. l. ob æs alienum C. de acti. et obl. in qua uidetur dici, quòd liberum corpus capi, ſeu detineri non poſſit pro debito pecuniario, niſi forſam ceſſio bonorum legitime fieret maxime quòd ſi debitor uenerit ad pinguiorẽ fortunam, quòd ſatisfaciat creditoribus ſecundum, quòd tenetur de iure, et cum infraſcripta ſollemnitate videlicet quòd cedẽs, et qui bonis ceſſit vna die ſabbati ducatur ipſe carceratus debitor cum birreto virido in capite per Barigellum, et eius curiam à palatio, vbi detinetur per viam arenghi Ciuitatis Camerini, Poteſtate pro tribunali ſedente ad ius reddendũ, vſq; ad banchum iuris in platea S. Angeli vbi ius redditur, & quòd ibi publicè per duos Tubicines adminus banniatur quòd talis cedere volens exprimẽdo nomen, & cognomẽ & locum eius cedere volentis; quòd vult cedere bonis: quo facto ipſe debitor ſtet ſuper

gradibus

gradibus adeò, vt ab aſtantibus poſſit bene videri in platea, & tunc tribus vicibus alta, & intelligibili voce dicat. Cedo bonis, voluendo ſe circumcirca, & tenendo ſemper in capite dum prædicta fiunt Birretum viridum, quod continuò viridi coloris portare poſt dictam ceſſionem teneatur, & debeat. Et ſi quandoq; præfatus cedēs ſine dicto Birreto virido reperiretur, poſſit ad inſtantiam creditorum, vel alicuius creditoris defacto denuò capi, & carcerari & detineri, donec de debito, & expenſis eis, vel ei ad integrum ſatisfecerit. Addimus tamen huic ſtatuto, quòd volens excipere certas exceptiones de quibus in dicto ſtatuto fit mentio, antequàm audiatur in dictis exceptionibus quando quātitas, ſeu res mobilis peteretur: facere debeat depoſitum de omni quantitate, vel re mobili in inſtrumento, vel teſtamento, codicillo, donatione etiam cauſa mortis, & aliis contractibus, & ſcripturis de quibus in dicto ſtatuto fit mētio contenta in pecunia numerata, quæ quantitas debeat immitti in quodam ſacculo, ſeu marſubio, & ſigillari ſigillo iudicis de cauſa cognoſcentis, & deponi penes vnum ex campſoribus ciuitatis Camerini, ſiue alteram perſonam per iudicem cauſæ approbatam ad electionem iudicis. Qui campſor lite, & cauſa finita debeat dictum depoſitum cōſignare actori agenti, ſi obtinebit in cauſa, aliàs dictum depoſitum reſtituere debeat ipſi reo conuento de mandato iudicis: vel ſi depoſitum facere non poſſet, & vellet ſtare detentus perſonaliter in palatio, vbi carcerati detinentur vſq; ad finem cauſæ, & quouſq; ſoluerit cum effectu, ſi in cauſa ſuccubuerit. Quo depoſito facto, vel ipſo exiſtente detento, vt ſupra, opponere poſſit exceptiones in dicto ſtatuto comprehenſas. Quas exceptiones oppoſitas probare debeat, & probatas habere per omnem modum, viam, & ſpeciem probationis infrà octo dies continuos dūmodò non feriatos in honorem Dei: nullo alio termino ei aſſignando ad aliquam aliam exceptionem probandam, vel defenſionem faciendam, etiam ſi teſtes eſſent abſentes, & ſi dictas exceptiones, vel aliquam ipſarum probauerit reus conuentus: puniatur de facto in L. lib. den. actor, ſeu agens, & in expenſis legitimis: cuius pœnæ, medietas ſit cōmunis, & alia medietas ſit rei cōuenti, et iudex de cauſa cognoſcens teneatur, & debeat executionem dictæ pœnæ de facto facere ad inſtantiam cuiuſcunq; petentis: aliàs tempore ſui ſyndicatus ipſe iudex in tantundem per ſuos ſyndicatores condemnetur. Si verò dictus excipiens exceptiones oppoſitas infrà dictum terminum non probauerit: in expenſis legitimis, & in xxv. lib. den. ſummarie, & de facto puniatur, cuius pœnæ ſit medietas cōis, & alia medietas ſit actoris agentis: quam pœnam iudex de cauſa cognoſcens ſimiliter exigere teneatur de facto aliàs tempore ſui ſyndicatus condemnetur per ſuos ſyndicatores.

Quòd non obſtante abſolutionis ſacramenti petitione, & abſolutione, iudices procedant in cauſis ciuilibus, & criminalibus, ſed locum non habeant in inſtrumentis, & cedulis vſurariorum. Rub. 11.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi in aliquo ex prædictis inſtrumentis, cedulis, vel ſcripturis eſſet ſacramentum appoſitum pro obſeruatione in eis contentorū, & peteretur, vel obtineretur abſolutio, vel relaxatio dicti ſacramenti à iudice competēte, quòd ipſa petitione, vel abſolutione, ſeu exceptione quæ fieret ratione dictæ petitionis, vel abſolutionis, iudex cauſarum ciuilium dicti communis coràm quo quæſtio ventilaretur, & eſſet criminalium quæſtionum, corām quo facta eſſet accuſatio ratione moræ, & contemptus: non differat procedere contra reum ad petitionem creditorum ſecundū quòd in proximo capitulo eſt expreſſum: ad pœnam L. lib. den. prædicto modo exigendam, & ad burſam partis creditoris, vel eius hæredum conuertendam, & petens, vel obtinens abſolutionem ab ipſo ſacramento condemnetur per Poteſtatem ad petitionem creditoris in xxv. lib. den. cuius pœnæ, medietas ſit communis, & alia medietas ſit illius contra quem dicta abſolutio ſacramenti peteretur, aut obtineretur: quòd non vendicet ſibi locum in executione inſtrumentorum, cautionum, ſcripturarum, & cedularum iudeorum, & aliorum vſurariorum, ſi in eis poſſit peti abſolutio ſacramenti ſecundum quòd in aliis

de Iure, Iſto modo intellecto, quòd ipſo ſacramento nō obſtante: nihilòminus exceptiones in dicto primo ſtatuto contentæ opponi poſſint.

Quòd opponentes certas exceptiones, & non probantes infrà terminum puniatur pœna. Rub. 12.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi aliqua exceptio ex prædictis quatuor, quæ poſſunt opponi per excipientem, vt in Rub. 10. non probaretur infrà terminum, infrà quē probari debet: puniatur de facto ſine proceſſu, vel ſententia excipiens, & non probans per iudicem coràm quo oppoſita fuit, ſi fuerit exceptio falſi, vel vſurarū in xxv. lib.den. quā execùtionem dictarum pœnarum facere teneatur iudex ad petitionē crediioris ad pœnam præſtiti ſacramenri, & L. lib.den. exigēdarū ab eo per ratiocinatores communis tempore ſui ſyndicatus: medietas quarum quantitatum omnium prædictarum ſit cō munis Camerini, & alia medietas ſit illius contra quem ipſa exceptio fuerit oppoſita, & liceat ipſi iudici, qui executionem fecerit ipſam quantitaiem, ſeu medietatem retinere ſibi pro ſuo ſalario, ſeu parte ſalarii ſibi promiſſi per Poteſtatem, vel Cap. vel Iudicē appellationum, & contra prædicta Poteſtas, vel Cap. ſiue iudex appellationis non poſſit facere, & ſi contrafecerit condemnetur in. c. lib. den. pro quolibet tempore ſyndicaius. Imò de ipſa quantitate teneatur facere cōtentum Camerarium cōis Camerini de corū ſalario pro rata ad dictam pœnam.

Quæ forma ſit ſeruanda in executione inſtrumentorum in forma Cameræ Apoſtolicæ. Rub. 13.

STatuimus, & ordinamus, quòd ſi cōtingat aliquem fore debitorem alicuius perſonæ, collegii, vel vniuerſitatis in aliqua re, ſeu pecuniarum quantitate, pro qua dictus debitor ſe obligauerit ſuo creditori in forma cameræ Apoſtolicæ, etiam cum conſtiiutione procuratorum ad confitendum debitum, & præceptum deſoluendo in ſe recipiendū, & cum aliis clauſulis in huiuſmodi obligatione, & contractibus apponi conſuetis dicto procuratori ſic confitenti non ſtatuatur terminus per iudicem minor decem dierum ad ſoluendum: nec contra debitorem poſſit executio fieri: nec dictus terminus currat, niſi facta prius notificatione ipſi reo de dilatione ad ſoluendum ſuo procuratori data perſonaliter, vel ad domum eius ſolitæ habitationis per literas iudicis de cauſa cognoſcentis ſumptibus ipſius rei: infrà quem terminum dictus reus ſi comparuerit, audiatur in exceptionibus ſuis de iure, & ſecundum formam ſtatutorum ſibi competentibus. Quo termino elapſo, ſi reus nihil oppoſuerit, vel oppoſita non probauerit, quæ ipſum releuare haberent, procedatur ad executionem pro quantitate, ſeu re petita, & pro expenſis. Et nihilòminus pro qualibet exceptione oppoſita, & non probata per ipſum, condemnetur in libr. decem den. ipſo facto cōi Camerini applicandorum, & vlterius in dicta cauſa non audiatur. Eandem executionem paratam habere decernimus inſtrumēta quarantigiata: ita quòd producto inſtrumento, in quo contineatur præceptum quarantigiæ factū p notarium rogatum, tanquàm iudicem ordinarium reo, ſiue partibus de obſeruando cō tenta in dicto inſtrumento, reus ipſe habeat terminum decem dierum currentium à die ſibi perſonaliter, vel domi factæ intimationis computando: infrà quem terminum ſi reus ipſe exceptiones ſibi de iure, & ſecundum formam ſtatutorum competentes proponere voluerit, audiatur in exceptionibus ſuis, dummodò fecerit depoſitum de quantitate petita, ſiue de re mobili; vel ſtet in loco curiæ detentus, & caueat ſub pœna dupli de non diſcedendo, quatenus depoſitum facere non poſſit ſecundum formam aliorum ſtatutorū de executione inſtrumentorum loquentium. Quo termino elapſo ad executionē procedatur modo, & forma, prout ſupra in inſtrumento in forma cameræ Apoſtolicæ.

Quòd in executione inſtrumentorum, et aliarum ſcripturarum ab interlocutoria nō poſſit appellari nec cōſiliū peti, et quomō debeant cauſæ expediri. Rub. 14.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ab interlocutoria, vel ab alio actu iudiciario, qui et quæ fierent in cauſis petitionum executionis dictorum inſtrumentorum, contractuū

vltimarū

vltimarum voluntatum, ſcripturarum,cedularum,laudorum,ſeu redonationum,et ſententiarum non liceat alicui petere conſilium ſapientis, nec etiam appellare; nec etiam liceat appellare á legitimatione mandatorum. Sed à diffinitiua ſentẽtia,vel alia quæ obtineret vim ſententiæ diffinitiuæ: ſit licitum appellare. Quæ appellatio debeat diffiniri, et terminari infrà quindecim dies vtiles à die interpoſitionis appellationis computãdos, per acta primæ cauſæ tantùm. Et cauſa principalis finiri, et terminari debeat infrà xx. dies vtiles computandos à die petitæ executionis per iudicem cauſæ. Et vltra prorogari non poſſit ſub pœna præſtiti iuramenti,et L.lib.den. et intereſſe partis, niſi dicta dilatio fuerit de voluntate partium prorogata, quæ prorogatio fieri debeat per quinq; dies vtiles, et nõ vltrà;ſiue per abſentiam iudicis, ſeu per vacationem officii iudicis prædicti. In quibus caſibus dicta tempora fatalia non currant ipſo iure,nec ſit opus petere reſtitutionem in integrum. Quibus temporibus elapſis inſtantia cauſæ principalis intelligatur eſſe perempta,et appellatio deſerta. Et ſuper ipſis nulla poſſit ferri ſententia, niſi ſuper perẽptione,et deſertione reſpectiuè cum cõdemnatione actoris,et appellantis in expẽſis. Volentes inſuper, quòd ſi tẽpore introitus noui rectoris,et iudicis coràm quibus cauſæ prædictæ ventilarentur, vel verterentur, et in cauſis prædictis non ſupereſſent de inſtantia octo dies, quòd tunc dictæ partes,vel vna ex eis poſſint inſtantiam dictæ cauſæ prorogare pro tot diebus ita, quòd ſuperſint octo dies utiles poſt introitũ officii de cauſa cognoſcentis. Poſſint tamen,et debeant ipſa grauamina illata per ipſas interlocutorias,vel iudiciarios actus, quęcunq; fuerint recenſeri in dicta appellationis cauſa, non obſtante, quòd ab ipſa interlocutoria, ſeu actu iudiciario habente uim interlocutionis infrà decẽ dies non fuerit appellatum, uel petitum conſilium ſapientis. Quibus quindecim diebus elapſis rata maneat prima ſententia,et habeatur perinde,ac ſi non fuiſſet appellatum. Et ipſa prima ſententia executioni mandetur realiter, et perſonaliter ad uoluntatem petitoris,et creditoris,prout in ſtatuto proxime poſito continetur,niſi dicta dilatio xv.dierũ utilium fuerit de uoluntate partium prorogata,uel ſteterit per iudicem,qui de cauſa cognoſcit, volentem ipſam cauſam diffinire. Qui iudex ſemel per proteſtationem in ſcriptis factam congruo loco,& tempore requiſitus, & ipſam appellationis cauſam non diffiniens infrà prædictum tempus: condemnetur de facto parti cuius intererit in tanta quátitate, quanta petita fuerit, & ad intereſſe partis,dum aliud agitur ad quantitatem,ſi ſecus factum fuerit tempore ſui ſyndicatus. Poſſit tamẽ conſilium ſapientis peti per alterá partium in appellationis cauſa, quæ ſint partes iudicis in diffiniẽdo ipſam cauſam, quòd iudex conſilium debeat concedere expenſis petentis cum ſalario taxando per ipſum iudicem vſq; in tribus libris conſiderata quantitate, & qualitate cauſæ. Quod conſilium iudex ſi tempora fatalia reſtarent: Imò dare debeat,& ſequi, quod ſi non fecerit,vel contrarium fecerit, & ſententiam tulerit: ſit nulla ipſo iure. Et in hoc caſu liceat de nullitatè agere,& excipere,& cuius conſilij commiſſio fieri nõ poſſit, niſi vni ex doctoribus collegii dictæ ciuitatis, qui debeat conſulere infrà octo dies à die factę commiſſionis, aliàs ipſa commiſſio,& conſilium, & petitio conſilii euaneſcat,& ſalarium ipſe conſultor, ſeu ille cui fuerit facta commiſſio perdat,niſi dictus terminus octo dierum de ipſarum partiũ voluntate fuerit prorogatus. Addimus, quòd ſi debitor ſuccumberet in cauſa appellationis, executionis dictorum inſtrumentorum, & aliarum ſcripturarum, & cedularum prædictarum, contractuum, vltimarum voluntatum, laudorum, ſiue arbitramentorum ſeu redonationum, & ſententiarum: incurrat pœnam xxv. lib.den. applicañ. cõi Camerini pro medietate, & parti pro alia medietate, quæ pœna de facto per iudicem cauſæ exigatur contra debitorem, qui ſuccubuit in cauſa, aliàs dictus iudex de ſuo ſalario ſoluere compellatur.

Quòd quando petitur aliqua ſcriptura executioni mandari, debeat interrogari reus ſi ſcriptura eſt manu ipſius,& quomodo procedatur in eis. Rub. 15.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd ſi quis habuerit aliquam ſcripturam, ſeu cedulam

priuatam,quam dixerit manu debitoris ſcriptam, vel ſubſcriptam,quæ contineat aliquē eſſe obligatum ad aliquid faciendum,dandum,& ſoluendum,& reſtituendū à c. lib.den. infrà,vel de re, ſeu facto valoris minus centū lib. quomodocunq;,& qualitercunq; ſimpliciter ſcripta, vel ſubſcripta reperiatur, dummodò contineat in ſe diem, menſem, & annū ſine ſolennitate teſtiū,vel alia quacunq;. Et à c. lib.ſupra vel de re,ſeu facto valoris.c. lib.den. vel vltrà cum anno, menſe,& die,& ſubſcriptione duorum teſtium ad minus, & petierit executioni mandari contra debitorem ipſam ſcribentem, vel ſe ſubſcribentem, vel eius ſucceſſorem: procedatur hoc modo videlicet, quòd dictus debitor,vel eius ſucceſſor, ſi debitor non viueret,citetur vna die pro ſequenti die iuridica perſonaliter, vel domi ſuę ſolitę habitationis,quòd perſonaliter veniat ad recognoſcendū quādā ſcripturam priuatam per ipſum debitorem,vel eum cuius ipſe eſt ſucceſſor ſcriptam, vel ſubſcriptam, ſi eſt ſua manu ſcripta,vel ſuſcripta, aut non. Si debitor, vel eius ſucceſſor eſſet de Ciuitate Camerini, vel eius comitatu: quæ citatio fieri poſſit per vnum ex baiulis dicti cōis verbo abſq; aliqua ſcriptura:Et ſi debitor ciuis,vel diſtrictualis eſſet abſens à ciuitate Camerini, & eius diſtrictu, citetur modo prædicto, cum termino aſſignando iudicis arbitrio ſecundùm loci diſtantiam, dummodò non excedat terminum decem dierum. Et ſi eſſet forenſis citetur per vnum ex præconibus ciuitatis Camerini, ſono tubæ præmiſſo, in platea S. Angeli, quòd venire debeat perſonaliter coràm iudice cauſarum ciuiliū Poteſtatis,vel Cap.vel Iudicis appellationum ad recognoſcendum ſcriptam,vel apodiſſam: ſi ſcripta,uel ſubſcripta eſt manu ipſius, aut nòn. Et ſi non venerit in termino dictæ primæ citationis, citetur pro ſecunda citatione modo,& forma prædictis: & ſi fuerit cōtumax in dicta ſecunda citatione dictus debitor, vel eius ſucceſſor, dicta ſcripta habeatur perinde ac ſi recognita eſſet: & eodem modo executióni mandetur, ac ſi per dictum debitorem,vel eius ſucceſſorem recognita eſſet,prout infrà dicetur in debitore recognoſcente. Si verò dictus debitor, vel eius ſucceſſor comparuerit, debeat ad petitionē partis interrogari, ſi cedula,vel ſcriptura eſt ſcripta, vel ſubſcripta manu debitoris,vel non: & ſi dixerit dictus debitor,vel eius ſucceſſor quòd ſic, tunc Iudex de cauſa cognoſcens, debeat mandare dicto debitori, vel eius ſucceſſori, quòd incontinenti debeat dare, ſoluere vel ſatisfacere pœna decem ſol. pro qualibet die,qua fuerit in mora: ſi quātitas, vel ſumma petita excedat x. lib. den. Et ſi à x. lib. infrà pœna quinq; ſol.per diem,& die qua libet, qua fuerit in mora. Qua pronunciatione in rem iudicatam tranſeunte, tunc liceat creditori, vel ipſum debitorē accuſare,vel ipſum facere capi,& detineri ꝑſonaliter quòuſq; ſatisfecerit integrè de ſorte,& expenſis. Quod iudex facere teneať, & quilibet alius officialis cōis teneatur etiam facere cum effectu realem, & perſonalem executionē uſq; ad integram ſatisfactionem quantitatis,et expenſarum ſummarie,& de facto ad voluntatem creditoris ſub pœna præſtiti iuramenti, & L. lib. den. exigendarum ab eo tempore ſyndicatus,& conuertendarum ad commodum in burſam ipſius creditoris, ſeu eius hæredis, vel ſucceſſoris. Et vna via electa poſſit creditor ad alteram redire pro ſuo libitu,et voluntate. Et ſi debitor, vel eius ſucceſſor dixerit dictam ſcripturam, vel cedulam non fuiſſe ſcriptam, vel ſubſcriptam manu debitoris:dictus debitor,ſeu eius ſucceſſor habeat terminum duorum dierum:et ſi vltima dies eſſet feriata, cadat in ſequentem diem non feriatam ad moſtrandum, et producendum coràm dicto domino iudice aliquas ſcripturas dicti debitoris, cum quibus poſſit fieri comparatio literarum: et ſi infrà dictū terminum non monſtrauerit,et produxerit ſcripturas prædictas: procedatur ad executionem dictæ ſcripturæ, ſeu cedulæ contra dictum debitorem, vel eius ſucceſſorem, ut ſuperius dictum eſt abſq; aliqua recognitione,uel comparatione literarum. Si uerò debitor,uel eius ſucceſſor produxerit aliquas ſcripturas manu dicti debitoris, tunc facta comparatione literarum per iudicem cauſæ per duos Notarios, et duos Mercatores ad minꝰ bonos, et legales,et expertos in arte notariæ, & mercanriæ de collegio notariorum, et mercatorum ciuitatis Camerini, per iudicem dictæ cauſæ nominandos. Et ſi per ipſos,

uel

vel maiorem partem ipſorum dictum fuerit credere ipſam ſcripturam, vel cedulam fuiſſe ſcriptam, ſeu ſubſcriptam manu debitoris: mandetur executioni contra ipſum debitorem, vel eius ſucceſſorem prout ſuperius eſt expræſſum, quādo eſſet recognita per ipſum debitorem: et dicto caſu debitori neganti ſcriptam, ſeu apodiſſam fuiſſe ſcriptam, ſeu ſubſcriptā manu ipſius debitoris, nō admittatᷣ ei exceptio falſitatis, ſatisfactionis, quietationis, vſurarū, vel pacti de nō petēdo, nec aliqua exceptio ei opituletᷣ. Et nihilòminus de facto puniatur in xxv. lib. den. per iudicem ipſius cauſæ, qui ſine aliquo proceſſu, vel ſententia, poſſit dictam pœnam de facto exigere. Item quòd recognoſcens dictam ſcriptam poſſit contra dictam ſcriptam opponere ſupradictas exceptiones, ſuper quibus, vel aliqua ipſarum audiri non debeat talis excipiens, niſi primò, & ante omnia depoſuerit omnem quantitatem, ſeu rem, de qua in dicta ſcripta fieret mentio, penes idoneum cāpſorem, ſiue aliam perſonam facultatibus idoneam ciuitatis Camerini per iudicem cauſæ eligendum, & approbandū. Quod depoſitum fiat in pecunia numerata, quæ mittatur in quodam ſaceulo, & ſigilletur ſigillo domini iudicis de cauſa cognoſcentis. Et ſi ſcripta eſſet de alia re mobili, quàm de pecunia, ipſa res ſimili modo penes vnum ex cāpſoribus, vel aliam idoneam perſonam per iudicem approbatam ſupradictā deponatur, vel ſi depoſitum facere non poſſet: poſſit, & debeat ſtare detentus in palatio, vbi alii carcerati detinentur vſq; ad finem cauſæ, & quouſq; ſoluerit cum effectu, ſi in cauſa ſuccubuerit. Quo depoſito facto, vel ipſo exiſtente detento, vt ſupra, ſtatuatur terminus tali excipere volenti octo dierum continuorum dummodò non feriatorum in honorem Dei, ad probandum, & probatum habendum per omnem modum, genus, & ſpeciem probationis: qui terminus datus intelligatur abſq; iudicis miniſterio, & eo ipſo quòd depoſitum fecerit, & exceptionē oppoſuerit. Et ſi aliquā ex p̄dictis exceptionibus probauerit dictus opponēs, vel excipiēs: dictus actor de facto puniatᷣ in L. lib. den. cuius pœnæ medietas ſit rei cōuēti, & alia ſit cōis Cam. Et ſi dictus iudex de cauſa cognoſcens, dictā pœnam non exigeret: in tantundē tempore ſyndicatus puniatur, & depoſitum factum reſtituatur ipſi deponenti cum refectione expenſarum. Et ſi talis excipiens dictas exceptiones, vel aliquam earum non probauerit: puniatur de facto in xxv. lib. den. cuius pœnæ medietas ſit actoris, & alia medietas ſit cōis Camerini, quā pœnā iudex etiam exigere teneatur aliàs tempore ſui ſyndicatus in tantundem puniatur. Item quòd ſi ſucceſſor talis debitoris eſſet ignarus literarum, vel pupillus, & haberet tutorem ignarum literarum: quòd tunc fiat comparatio literarum, & procedatur ad aſſimilationem literarum modo, & forma, vt ſuperius dictum eſt, & ad executionem ſcripturæ, ſeu cedulæ: facta cōparatione prædicta. Et ſi debitor, vel eius ſuceeſſor comparuerit coràm iudice, & interrogationi factæ per iudicē, ſi ſcriptura, vel apodiſſa eſt ſcripta, vel ſubſcripta manu debitoris, vel non, & recuſauerit reſpondere, quòd dicta ſcripta, vel apodiſſa habeatur pro recognita, & executioni mandetur, vt ſuperius dictum eſt. Et ſi debitor, vel eius ſuceeſſor eſſet abſens, à ciuitate, & comitatu Camerini, & de eius ſcripturis haberi non poſſet, ſeu non eſſet abſens, & dicta ſcriptura, ſeu apodiſſa petita executioni mandari eſſet ſubſcripta per aliquot teſtes, & dicti teſtes eſſent đ ciuitate, & comitatu Camerini, & haberi poſſent: interrogari debeant per iudicem de cauſa cognoſcentem, & dixerit dictam ſcripturam, ſeu apodiſſam fuiſſe ſcriptam manu debitoris, quòd procedatur ad executionem ipſius ſcripturæ, ſeu apodiſſæ abſq, aliqua recognitione, & comparatione literarum. Et ſi talis debitor ad probationem aliquarum ex ſupradictis exceptionibus allegaret in teſtimonium librum ipſius creditoris, quòd ipſe creditor teneatur, & debeat ad pœnam xxv. lib. den. de facto exigendarum per ipſum iudicem, librum ſuum producere infrà terminum per iudicem ſtatuendum. Et cauſam ſuper executione dictarum ſcripturarum, cedularum, ſeu apodiſſarum, iudex de cauſa cognoſcens teneatur, & debeat expedire infrà xx. dies vtiles computandos à die factæ primæ citationis: & dictus terminus prorogari poſſit de cōi partium voluntate per quinq; dies vtiles, & non vltrà. Quo termino elapſo inſtan-

tia dictæ cauſæ intelligatur eſſe perempta iudici, & partibus. Quo caſu non poſſit ſuper dicta cauſa, alia ſententia ferri, niſi in pronuntiando inſtantiam eſſe peremptam cum cõdemnatione expenſarum ipſius agentis. Et nihilòminus iudex ipſe puniri debeat tempore ſui ſyndicatus in c.lib.den. ſine aliqua remiſſione, & ad intereſſe partis, ſi dictam cauſam infrà dictos xx. dies vtiles non expedierit. Item addimus, quòd ſi tempore introitus noui rectoris, & iudicis, coràm quibus cauſæ prædictæ verteretur, & in cauſis prædictis non ſupereſſent de inſtantia octo dies: quòd tunc dictæ partes, vel vna ex eis poſſint inſtantiam dictæ cauſæ prorogare pro tot diebus, ita quòd ſuperſint octo dies vtiles poſt introitum officii iudicis de cauſa cognoſcentis. Et præſens ſtatutum locũ habeat in ſcripturis, ſeu apodiſſis, vel cedulis in futurum fiendis poſt publicationem huius ſtatuti.

Quòd petens aliquam ſcripturam contra aliquam perſonam executioni mandari, & non probans: condemnetur parti in expenſis. Rub. 16.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi per aliquem particularem, vel pro parte alicuius collegii, vel vniuerſitatis fuerit petitum executioni mandari aliquam ſcripturam de prædictis contra aliquam perſonam, collegium, vel vniuerſitatem, & contra ipſam ſcripturam fuerit oppoſita aliqua exceptio de prædictis, videlicet, falſitatis, vſurarum, ſolutionis, ſatisfactionis, vel pacti de non petendo, nec agendo, & probata fuerit legitime, adeò quòd conuentus veniat abſoluendus de facto ſine ſtrepitu, et figura iudicii ſimpliciter, et de plano abſq; petitione, et ſimplici narratione in eadem ſerie abſolutionis cõdemnetur petens in expenſis legitime factis per conuentum, et in medietate pecuniæ, ſiue eſtimationis rei petitæ.

Quòd poſſit fieri partitum vſq; ad L. libras, et quomodo procedatur. Rub. 17.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſi aliqua petitio de ſui forma rectè formata, et de iure procedens in quantitate nõ excedente L.lib.den. vel eſtimationis rei, vel facti quę vel de quo ageretur in ipſa petitione in ſcriptis porrecta fuerit coràm iudice per principalem actorem præſente reo, et actor voluerit ſuper ipſa petitione, et de contentis in ea, facere partitum, ita quòd totã cauſam decidat, vt de contentis in ipſa petitione ſtetur, et credatur ſacramento rei. Quòd iudex coràm quo ageretur, cogat reum ad capiẽdum partitum ipſum abſq; aliqua dilatione dãda ipſi reo, dummodò partitũ fiat de principali facto ipſius rei. Et ſi reus recuſauerit, vel retardauerit capere partitum, et iuramẽtum de veritate dicenda præſtare, recepto ſacramento ab actore, quòd vera ſint contenta in petitione: reus habeatur pro confeſſo, et mandet iudex reo ad terminum xv. dierũ, quòd det, et ſoluat, vel faciat, quod in petitione continetur ad pœnam decem ſolid. pro qualibet die, qua eſſet in mora à termino in antea. Et ſi reus ceperit partitum, et negauerit in petitione contenta vera eſſe, iudex ipſum reum abſoluat à petitione, et contentis in ea: liceat tamen actori reprobare reum negantem de periurio infrà xv. dies abſq; aliqua reſeruatione. Et ſi actor legitime reprobauerit reum de periurio infrà dictum terminum: iudex, non obſtante ipſa abſolutione, poſſit, et debeat reum condemnare de contentis in dicta petitione actoris in legitimis expenſis, et in decẽ lib.den. cõi Camerini de facto ſoluendis, et ſi actor deficeret in probatione periurii, condãnetur reo in expenſis litis, et extrà, ſoluendis: ſi verò reus confeſſus fuerit mandet iudex, vt det, vel faciat in petitione contenta ad terminum xv. dierum ad dictam pœnam decẽ ſol. per diem. Et ſimili modo, vt dictum eſt: reo liceat reprobare actorẽ de periurio. Et ſi iurauerit in petitione contenta vera eſſe, quæ non eſſent infrà terminum ſupradictum, et eodem modo condãnetur actor reo in expenſis, ſi conuentus fuerit de periurio. Saluis, et reſeruatis exceptionibus reo competentibus contra actorem, rei iudicatæ, tranſactæ, et finitæ, ſolutionis, et pacti de non agendo. Volumus tamen quòd partita non poſſint fieri, nec capi, nec deferri, niſi per principalem perſonam. Addimus quòd ſi quis citatus fuerit perſonaliter præſentata ſibi cedula citationis continente cauſam videlicet, quòd comparere debeat ad reſpondendum partito, ſuper eo, quod intenditur petere contra eum, et cõ

paruerit

paruerit per procuratorem, quòd detur terminus procuratori ad faciendum comparere principalem ad reſpondendum partito, vel referendum: quòd ſi non comparuerit, uel nõ fecerit comparere principalem: citetur iterũ perſonaliter modo, et forma prædictis pro ſecunda citatione. Et ſi reus recuſauerit comparere, et reſpondere partito, quòd elapſo termino dictæ citationis iudex, recepto iuramento, ſeu ſacramento ab actore, quòd cõtenta in petitione partiti vera ſint, immittat, et inducat dictum actorem per publicum baiulum cõis Camerini in tenutam, et corporalem poſſeſſionem bonorum rei conuenti pro quantitate petita: et dicta tenuta valeat, et teneat, ac ſi data eſſet ex primo decreto abſq; alia ſolennitate iuris, vel ſtatuti dicti cõis.

Quòd nulli liceat appellare ante diffinitiuam ſententiam, et quomodo fiat litis conteſtatio, et de conſilio ſapientis, et quòd illata grauamina poſſint in diffinitiua ſententia recenſeri. Rub. 18.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd in cauſis ciuilibus ante diffinitiuam ſentẽtiam, vel quæ haberet vim diffinitiuę ſentẽtiæ, nulli ex litigatoribus in præmiſſis ciuilibus cauſis ab aliquo iudiciario actu, nec à præcepto, quod fieret per iudicem cauſæ alicui ex litigatoribus pro expeditione cauſæ cum adiectione pœnæ, vel ſine: liceat appellare. Et ſi appellatum fuerit, ipſo iure appellatio non valeat, et uiribus non ſubſiſtat: et iudex, nõ obſtante appellatione, et inhibitione ſi fieret, poſſit liberè in cauſa procedere, ac ſi appellatum non eſſet, ſi verò aliquis ex litigatoribus ſuper libello, ſuper quo cauſa, vel quæſtio ventilaretur, facta pronuntiatione per iudicem cauſæ, quòd per litigatores debeat lis conteſtari, & recuſaretur litem ipſam conteſtari, & iuramentum in cauſa præſtari de calumnia, poſſit, & valeat per vnam partium ſuper libello, ſup quo cauſa, vel quæſtio eſſet, lis conteſtari, & iuramentum calumniæ præſtari, qua conteſtatione litis facta, & calumniæ iuramento præſtito in cauſa per vtraq; partem, & ſeruata omni ſolennitate, quæ requireretur à iure: iudex, qui de cauſa cognoſcit, in cauſa procedat, & procedere debeat vſq; ad finem cauſæ ad omnes, & ſingulos actus imminentes, vt fuerit rationis ad petitionem illius, qui litem fuerit conteſtatus, & tali de cauſa, ſeu de cauſis, ſeu aliqua ipſarum proceſſus non poſſit, nec debeat retardari, ſeu quomodolibet vitiari, nec contra eum de nullitate agi, vel opponi, & ſi ageretur, vel opponeretur: agens, vel opponens nullatenus audiatur. Nec etiam propter in prudentiam iudicis, & malitiam, vel alio aliquo modo aliquis litigantium poſſit indebitè, & contra iuſtitiam aggrauari. Volumus ſtatuentes, quòd quilibet ex litigatoribus, qui in aliqua parte litis ante diffinitiuam ſententiam ab aliquo iudiciario actu crederet ſe per iudicem, qui de cauſa cognoſcit, contra iuſtitiam aggrauatum, vel poſſe grauari: poſſit ſuis expenſis petere conſilium ſapientis vbi à ſtatuto permittitur tale conſilium poſt didicita teſtificata, & datum terminum ad probandum, et probatum habendum: & quòd durante tempore conſilij non currat tempus inſtantiæ iudici: qua petitione facta, iudex debeat dictis partibus, vel vna parte præſente altera abſente citata tamen ſtatuere terminum, infrà quẽ dictæ partes debeant dare, & aſſignare iudici cauſæ in ſcriptis confidatos, & petenti conſilium præcipere, quòd deponat ſalarium apud notarium cauſæ pro confidatis, qui confidati debeant eſſe de collegio iudicum videlicet doctorum, & aduocatorum dictæ ciuitatis Camerini, & non abſentes à dicta ciuitate Camerini eiuſq; territorio, & diſtrictu, ratione officii. Et ad minus dẽt, et aſſignent duos cõfidatos pro qualibet parte, qui non ſint de aduocatis, & conſultorib⁹ in dicta cauſa. Et ſi non fuerint in concordia, Iudex cogat eos infrà dictũ terminum ad dandum, & aſſignandum confidatos, prout eis viſum fuerit, donec dictæ partes ſint concordes, & ſu pſint aliqui de dicto collegio, qui ſint præſentes in dicta ciuitate modo prædicto, & non ſint de aduocatis, & conſultoribus in dicta cauſa, vt dictum eſt. Dummodò non poſſit cogere vnam partem ad dandum plures confidatos, quàm aliam partem. Et ſi pars petens conſilium ſapientis, & non dederit, & aſſignauerit confidatos, & depoſuerit ſalarium pro conſultore infrà terminum ſibi datum, vt ſupra dictum eſt: Iudex elap-

T ſo termino

pſo termino poſſit liberè in cauſa procedere, ac ſi petitum non eſſet: & conſilium ſapientis per partem vlterius peti non poſſit. Si verò utraq; pars aſſignauerit, & dederit confidatos infrà terminum eius datum, & ſalarium depoſitum fuerit, ut dictum eſt: & concordes fuerint de aliquo ſapiente: Iudex teneatur, & ſtatim debeat dictum ſapientem repertum confidatum ponere, & nominare in conſultorem ſuper eo, ſuper quo fuerit petitum dictum conſilium cum competenti ſalario pro qualitate, & modo dubii, quod committetur huiuſmodi ſapienti, prout iudici uiſum fuerit. Dummodò non excedat ſummam trium lib. den. Si verò partes non fuerint cõcordes de aliquo ſapiente, nec eſſe potuerũt modo prædicto: iudex cauſæ in dicta cauſa procedat non obſtante petitione conſilii ſapientis, niſi forte pars conſilium petens, peteret in conſultorem ſuis expenſis collegium iudicum, uidelicet doctorum, & aduocatorum dictæ ciuitatis, quo caſu iudex teneatur, & debeat ad petitionem ſic petentis ponere, & eligere dictum collegium in cõſultorem, etiam altera parte contradicente. Et dictum collegium non poſſit reuocari, uel allegari ſuſpectum. Et ſalarium fiat pro modo, & qualitate dubii, dummodò non excedat ſex lib. den. vel plus vſq; in decem lib. den. & iudici fuerit viſum, inſpecta conditione litigantium, & cauſæ: qui iudex ſic aſſumptus, & electus, & collegium teneantur, & debeãt cõmiſſionem ſibi per iudicem cauſæ factam, acceptare, vel renuntiare infrà diem primã à die factæ ſibi notificationis perſonaliter, vel domi eius ſolitæ habitationis per vnum ex litigatoribus, de cuius notificatione apparere debeat manu notarii cauſæ, & Cap. videlicet Prioris doctorum, & aduocatorum modo prædicto. Si verò talis iudex conſultor cõmiſſionem ſibi factam renuntiauerit: iudex cauſæ ſtatim ponat, & nominet alium conſultorem, qui conſultor teneatur, & debeat acceptare, vel renuntiare infrà dictum terminum modo, & forma prædictis. Et iudex cauſæ ſtatim facta renuntiatione, vel elapſo termino prædicto: ponat, & nominet alium iudicem in conſultorem confidatum prout iudici cauſæ viſum fuerit, vt ſuperius dictum eſt. Qui iudex ſic electus, & nominatus teneatur, & debeat renuntiare, vel acceptare infrà terminum ſupradictum modo, & forma prædictis. Si verò aliquis prædictorum iudicum conſultorum electorum, & nominatorũ vt ſuperius dictum eſt, commiſſionem huiuſmodi acceptauerit: teneatur, & debeat reddere conſilium ſigillatum ſuper pũcto, vel pũctis ſibi cõmiſſis per ſe, vel legitimam perſonam pro eo, iudici cauſæ infrà quintam diem, à die ſibi factæ commiſſionis, & collegium infrà octo dies computandos modo prædicto, & reddere cõſilium ſigillatum iudici cauſæ, vel notario cauſæ ſuper puncto, vel pũctis commiſſis ſibi in hunc modum videlicet, Nũquid petens conſilium à pronunciatione iudicis cauſæ, vel ab alio actu, à quo fuerit petitum conſilium ſapientis: ſit grauata an ne, viſis actis, & actitatis in cauſa. Aliòquin dicta petitio, & commiſſio conſilii in eum, vel eos facta totaliter euaneſcant, & ſalarium perdeant. Et ſimili modo omnes iudices electi in conſultores, & collegium prædictum, vt ſupra dictum eſt, non acceptauerint, vel ſi acceptauerint, & conſilium non reddiderint modo, & forma prædictis: omnis petitio conſilii, & commiſſio facta in totum penitus euaneſcant, & ſit perinde, ac ſi petitum non eſſet conſilium, & nulla petitio, ſeu commiſſio facta eſſet. Et iudex cauſæ in cauſa procedat ad omnes, & ſingulos actus imminentes in cauſa, vt iuris fuerit, non obſtante commiſſione, & petitione prædictis, & non obſtãte ſi allegaretur, quòd non ſteterit per petentem, vel aliis quibuſcunq;. Et ſuper eo, ſuper quo conſilium ſapientis ſemel eſſet petitum coràm dicto iudice per dictam partem vlterius peti non poſſit. Et iudex in cauſa poſſit procedere non obſtante commiſſione, & petitione prædictis: & ſit perinde ac ſi petita non eſſet. Et ſi conſilium non fuerit redditum, vt ſupra dictum eſt: poſſit, & debeat iudex cogere ſapientem, & collegium cui facta fuerit commiſſio: dare, & reddere conſilium ſupra dictum infrà tempus prædictum ad petitionem partis, quæ petiit conſilium captis pignoribus, & mulcta indicta, & omni modo quo ſibi videbitur, & placebit: Et pendente dicta petitione conſilii ſapientis, Iudex non poſſit, nec debeat in cauſa procedere: & proceſſus, qui fieret, ſit ipſo iure nullus. Et iu-

dex

dex cauſæ teneatur, et debeat ſequi conſilium ſapientis ei redditum ſuper pũcto, vel pũctis cõmiſſis. Et ab apertura conſilii ſupradicti, et petitionibus, quæ fierent in cauſis ciuilibus, et à termino, qui aſſignatur per iudicem ad dandum, et aſſignandum cõfidatos nõ poſſit peti conſilium ſapientis, aut ſi peteretur, petens non audiatur, et ab illo actu à quo conſilium ſapientis ſemel petitum fuerit in dicta cauſa coràm iudice prædicto, ab eadem parte peti non poſſit, & ſi peteretur, petens non audiatur. Voluerunt tamen prædicti ſtatuentes, quòd in omnibus cauſis prædictis, in quibus fuerit petitum conſilium ſapientis, & conſilium fuerit redditum infrà terminum ſupradictum, & in illis cauſis, in quibus per præſens ordinamentum inhibetur, petitio conſilii ſapientis, grauamina, quæ illata dicerentur: poſſint in diffinitiua ſententia recenſeri. Et præſens ordinamentum, & ſtatutum locum habeat, & obſeruetur in omnibus cauſis ciuilibus præteritis præſentibus, et futuris in curiis ciuitatis Camerini, quæ ventilãtur, aut ventilarentur in poſterùm.

Quò modo procedatur de contempta mandati. Rub. 19.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd Poteſtas, et Cap. ſiue iudex Appellationis, et curię ipſorum teneantur, et debeant procedere per accuſationem, vel denuntiationẽ ad petitionem cuiuſcunq; petentis de omnibus, et ſingulis contemptibus mandatorum, quę fierent per iudicem cauſarum ciuilium, et ipſos inobedientes punire, et cõdemnare pro illis diebus, quibus in mora fuerit dictorum iudicum, vel alicuius eorum parere mandatis, ſecundùm formam dictorum ſtatutorum. Et quòd non obſtante accuſatione, vel denunciatione, quæ fieret de dictis cõtemptibus mandatorum coràm curia maleficiorum dicti cõis. Iudex cauſarum ciuilium, qui cognoſcit, ſeu iudices poſſint teneantur, et debeant vinculo iuramenti, et pœna. c. lib. den. in ipſis cauſis ciuilibus procedere ad petitionem partis, quæ petierit ad omnes, et ſingulos actus imminentes, vt fuerit rationis. Non obſtante, quòd accuſatio penderet de huiuſmodi præcepto ſprèto coràm iudice maleficiorum dicti cõis, dicta de cauſa proceſſus ciuilis non poſſit, nec debeat retractari, nec vitiari, ſeu quomodolibet retardari.

Quòd ante diffinitiuam ſententiam non appelletur, nec de nullitate agatur, niſi in terlocutoriæ habeant vim diffinitiuæ. Rub. 20.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd in cauſis ciuilibus principalibus, ac in appellationibus motis, et mouendis ordinariis, commiſſis, vel delegatis ante litem conteſtatam, vel poſtea ante diffinitiuam ſententiam ab aliqua interlocutoria, dilatione, et alio actu iudiciario, nec à ligitimatione, nec reprobatione mandatorum nulli liceat appellare. Nec contra ipſam de nullitate agere, imò omnibus litigantibus, ſeu litigatoribus ſit in prædictis appellatio interdicta, et omnis facultas de nullitate agendi: exceptis interlocutoriis habentibus vim diffinitiuæ, ſeu non expectantibus poſt ſe aliam diffinitiuam ſententiam, à quibus ſecundùm iura liceat appellare. Et qui appellauerit contra formã, vel præter formam huius ſtatuti, exceptis prædictis: incurrat pœnam xl. ſol. pro qualibet vice auferendam de facto per iudicem, vel officialem, coràm quo dicta cauſa agitaretur, & appellatio fieret, niſi talis appellans contra formã, renuntiaret appellationi antequàm iudex, vel officialis corã quò fieret diſcederet à bãcho. Et nihilòminus ipſe iudex, vel officialis procedere non differant in dicta cauſa ſub dicta pœna. Addentes, quòd à dictis ſententiis interlocutoriis habentibus vim ſententiæ diffinitiuæ, vel non expectantibus poſt ſe aliam ſententiam diffinitiuam: poſſit appellari infrà duos dies continuos à die latæ ſententiæ, & infrà duos alios dies cõtinuos à die interpoſitæ appellationis proſequi. Et ſi vltima dies fuerit feriata, cadat in ſequentem diem iuridicam, quæ cauſa appellationis debeat terminari infrà decem alios dies continuos à die proſecutionis dummodò non feriatos in honorem Dei. Et ſi fuerit appellatum, & appellatio non proſecuta, & terminata fuerit infrà dictum tempus: intelligatur, & ſit omnino cauſa appellationis deſerta iudici, & parti, & habeatur perinde, ac ſi non eſſet appellatum, dummodò per iudicem non ſteterit, quo caſu ipſe iudex teneatur ad pœnam L. lib. den. ab eo tempore ſyndicatus exi-

gendarum,& cōi Camerini applicādarum,& per eū ſtetiſſe intelligatur,ſi fuerit per partem in ſcriptis corām eo de expediendo cauſam proteſtatum.

Quòd à diffinitiua ſententia cuilibet ſit licitum appellare, & quomodo debeat proſequi. Rub. 21.

ITem ſtatuimus, quòd à diffinitiua ſententia in ciuilibus cauſis data,cuilibet partium liceat appellare ad iudicē cōpetentē infrà decē dies poſt latā ſententiā, & dicti decē dies incipiant currere à die illati grauaminis,ſeu latæ ſententiæ,ſi pars appellans fuerit pſonaliter citata,vel monita perſonaliter ad ſententiam audiendam, vel fuerit præſens, aliàs dicti decem dies intelligantur à die, qua dicta ſententia fuerit ipſi appellanti notificata perſonaliter,vel domi ſuæ ſolitæ habitationis cum cedula continente tenorem,& continentiam totius ſententiæ apud habitantes in dicta domo, dimiſſa per aliquem ex baiulis cōis Camerini. Dummodò ipſas appellationes proſequi incipiat infrà quintam diem cōputandam à die interpoſitæ appellationis,vel à die appellationis viua voce factæ,ſiue reſeruauerit ius appellandi in ſcriptis, ſiue non:aliàs appellatio euaneſcat,et habeatur,ac ſi appellatum non eſſet. Et ille proſequi intelligatur, qui ſaltem appellatum citari fecerit perſonaliter, vel domi ſolitæ habitationis dicti appellati infrà terminum ſupradictum quòd in dicto termino citationis debeat comparere ad proſequēdum in cauſa, & in ipſo termino, vel infrà ipſum terminum debeat ipſe appellans comparere,& ſe præſentare,& offerre,et producere corām iudice,ad quē fuerit appellatum, libellum appellatorium,in quo libello poſſit, teneatur,et debeat intentari nullitas, et iniquitas, et iniuſtitia ſimul, & ſemel, et etiam ſimul cum appellatione,nullitate, iniquitate,et iniuſtitia intentare, et deducere poſſit teneat̃, et debeat reſtitutionem in integrum, et petitionem reductionis ad arbitrium boni viri, vbi competit aduerſus actum, à quo appellatur, vel reſtitutio in integrū,vel reductio ad arbitrium boni viri,petitur, ita quòd poſtmodum agēdi de nullitate, et omnis reclamationis, prouocationis,et reductionis ad arbitrium boni viri, et reſtitutionis in integrum,et appellandi aditus ſit,et etiam debeat præſentis ſtatuti autoritate præcluſus: excepta notoria nullitate quæ excluſa minime intelligatur, et in cauſa appellationis procedi poſſit abſq; litis conteſtatione, et iuramento calumniæ, et aliis ſolennitatibus, et ſubſtantialibus,et ordine iudiciorum. Sed ſolum facta productione libelli appellatorii,detur terminus duorum dierum ad accipiendum copiam libelli appellatorii, & appellationis, et opponēdum contra. Et dicto termino elapſo, ſiue pars appellata oppoſuerit, ſiue non oppoſuerit, detur terminus decem dierum ad iuſtificandum,et impugnandum tàm per inſtrumenta, quàm per teſtes, vel per quēcunq; alium modū probationis,qui eis competeret de iure : et dicto termino elapſo detur terminus quinq; dierum vtriq; parti ad accipiendum copiam de productis, et probatis, ſi quæ producta, ſiue probata ſunt ad reprobandum , et probandum,et probatum habendum contra ea per omnem modum, genus, et ſpeciem probationis. Et dicto termino elapſo, detur terminus duorum dierum ad allegandum : et iudex cognoſcens de appellatione prædicta, debeat,et teneatur dictam cauſam appellationis terminare per ſententiam infrà xxx. dies vtiles,vel citius ſi potuerit. Et ſi infrà dictū tempus xxx. dierum vtilium,dictæ cauſæ appellationis nullitatis,iniquitatis, reſtitutionis in integrum, et reductionis ad arbitrium boni viri, non fuerint diffinitę : ſententia à qua fuerit, ſiue eſſet appellatum, firma,et rata maneat,et habeatur,ac ſi appellatum non eſſet ab ea. Et dicta appellationis cauſa intelligatur omnino deſerta Iudici, et parti : etiam ſine alia pronunciatione. Poſſit tamen Iudex ab inde impoſterùm, pronunciare dictam appellationem deſertam eſſe, et condēnare appellantem in expenſis : et poſtea contra talem ſententiam de nullitate, iniuſtitia, reſtitutione in integrum, et reductione ad arbitrium boni viri, agi non poſſit. Et prædicti termini tàm in proſequendo,quàm in terminando appellationes prædictas, non poſſint per iudicem prorogari : niſi de partium voluntate. Et dictus terminus triginta dierū ad expediendum dictam cauſam, non currat vltimis octo diebus regiminis,et officii ipſius

ſius Iudicis de cauſa cognoſcentis: et primis octo diebus ſui ſucceſſoris: nec etiam ſi ſteterit per Iudicem non diffinientem cauſam, ſeu eius abſentiam, vel vacationem officii dicti Iudicis de cauſa cognoſcentis. Qui Iudex debeat dictam appellationis cauſam terminare infrà dictum terminum: ſi non fuerit de partium voluntate prorogatus, ad pœnam. L. lib. den. et ad reſarciendum omnia dãna, quæ pars appellãs ſubſtinuerit: cuius pœnæ medietas ſit cõmunis, et alia partis appellantis. In qua pœna debeat per ſyndicatores condemnari. Et quæ dicta ſunt de proſecutione appellationis infrà dictum tempus locum habeant in primis cauſis appellationum. Et in primis appellationibus a diffinitiua ſententia interponendis, intelligatur Iudex competens, ſi ſententia lata fuerit per Poteſtatem, vel Dñum Capitaneum, ſiue Iudicem appellationum Populi Camerini. Et ſi lata fuerit per Iudicem D. Poteſtatis, intelligatur Iudex competens, Iudex Dñi Capitanei, vel Iudicis appellationis Populi Cam. & è conuerſo ſi feretur per Dñm Capitaneum vel Iudicem appellationis loco ſui deputatum, intelligatur Iudex competens Dñs Poteſtas, dummodò aliàs in cauſa ipſa non iudicauerit. Et ſi ſententia lata fuerit per alios officiales tàm Ciuitatis Camerini, quàm comitatus, diſtrictus, & ſtatus Camerini intelligatur Iudex competens Dñs Capitaneus, vel Iudex appellationis Populi Camerini. Et ſi contingat Capitaneum, vel Iudicem appellationis, vel Poteſtatem, vel eorum Iudices vacare per abſentiam, mortem, vel infirmitatem: in cauſa principali, & appellationis, nullitatis, iniquitatis, reſtitutionis in integrum, & recurſus: ipſo iure tempora non currere. Et hoc locum habeat etiam in cauſa executionis inſtrumentorum. Et prædictum ſtatutũ locum habere volumus etiam in ſecundis, & aliis appellationis cauſis. Itẽ addimus huic ſtatuto, quòd tẽpus appellationis, & infrà quod appellationes in infraſcriptis cauſis expediri debeant infrà xv. dies continuos, procedendo, & terminando quolibet tempore, ẽt feriato, videlicet in cauſis vſq; ad xl. lib. incluſiue. Item in cauſis forenſis intelligatur ẽt ſi vna ex partibus eſſet forenſis. Item in cauſis operariorum laboratorum, magiſtrorum, & diſcipulorum. Item in cauſis penſionum, & coptumorum: & in dictis cauſis Iudex de appellationibus cognoſcens, ſtatuat terminum ſuo arbitrio: dummodò ipſas expediat infrà xv. dies (vt dictum eſt) à die interpoſitæ appellationis. Et appellans teneatur ipſam proſequi infrà duos dies continuos, à die introductionis appellationis in ſcriptis, vel viua voce factæ, aliàs intelligatur ipſam eſſe deſertam, pœna ipſi Iudici cauſam ipſam nõ expedienti L. lib. den. in quibus ſyndicatores dicti iudicis tempore ſui ſyndicatus teneantur, & debeant eos condemnare. Item addimus dicto ſtatuto, dùm dicit partes inſtantiam cauſæ prorogare: quòd in ſupradictis cauſis poſſint, & valeant per quinq; dies continuos inſtantiam ipſam prorogare. In aliis verò cauſis, de quibuſcunq; rebus, & quantitatibus partes ipſæ poſſint de eorum cõmuni concordia inſtantiam appellationis prorogare per octo dies vtiles. Et elapſis dictis temporibus, partes ipſæ nullo modo inſtantiam cauſæ appellationis prorogare poſſint: & ſi prorogaretur, prorogatio non valeat ipſo iure.

Quòd grauamina illata in prima cauſa, valeant recenſeri in cauſa appellationis. Rub. 22.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd grauamina illata per iudicem, qui primò de cauſa cognoſcit, ante litem conteſtatam, vel poſtea, ante diffinitiuam ſententiam valeant recenſeri: & de his cognoſci, & pronunciari per iudicem appellationis, quæ interponeretur à diffinitiua ſententia, non obſtante tranſcurſu decendii elapſi, à tempore interlocutoriæ, vel grauaminis: quod diceretur illatum: & non obſtante, quòd à tali interlocutoria, & grauamine non fuerit appellatum, ſeu de nullitate quomodolibet actum.

Quòd in cauſa appellationis condemnetur victus victori in expenſis, & taxentur infrà tres dies. Rub. 23.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, ad hoc, vt friuolæ appellationis refrenetur improbitas, quòd iudex, qui de appellatione cognoſcit, teneatur, & debeat victum victori, (ſecundùm quod de iure fuerit) in expenſis legitimis condemnare: & ipſas expenſas, & alias

factas in prima cauſa,taxare,& declarare infrà tertiam diem, poſt ſententiam latam,cõputandam. Et quòd iudices D.Poteſtatis,& Capitanei, ſiue iudicis appellationis,coràm quibus peteretur executio ipſius ſententiæ. vel coràm quibus peterentur expenſæ prædi ctæ teneantur,& debeant præciſe, (omni exceptione, & appellatione remotis) de facto ſine ſtrepitu, & figura iudicii, cogere realiter, & perſonaliter partem, quæ fuerit condẽnata, ad refectionem expenſarum, & aliarum factarum in prima cauſa: lege ſtatuto, vel canone loquente in contrarium,non obſtante. Et tenuta ſic data, habeat vim primi, & ſecundi decreti cum termino duorum menſium pro recolligẽda tenuta. Hoc ſemper intellecto, quòd qui in prima cauſa vicerit, in prima cauſa appellationis in expenſis nullatenus condemnetur: niſi teneatur ex pacto.

De contradictionibus laudi arbitrorum, & quòd contradicentes proſequantur infrà quintam diem, & terminentur infrà xxx. dies vtiles, & quomodo petatur conſilium ſapientis. Rub. 24.

ITem ſtatuimus,& ordinamus, quòd in contradictionibus, quæ fiunt contra ſentẽtias, arbitramenta, lauda,& arbitria arbitrorũ,& arbitratorũ: & in petitionibus, quæ fiũt, quòd lauda,arbitria,& arbitramẽta reducantur ad arbitrium boni viri: quòd in illis caſibus, in quibus iura permittunt, ſententiæ, laudis,& arbitramentis arbitrorum, vel arbitratorum, reſpectiuè contradici, vel de nullitate, & iniquitate agi: & dicta lauda, arbitria,& arbitramenta, reſpectiuè poſſe peti, reduci ad arbitrium boni viri, ille, qui dictis iuribus, vel altero ipſorum vti voluerit, teneatur,& debeat, ipſas contradictiones facere coràm D. Poteſtate, ſiue eius iudice, infrà decem dies, computandos à die laudi, arbitrii,vel arbitramenti promulgati: ſi contradicens fuerit præſens,vel perſonaliter citatus ad audiendum ſententiam, vel à die notificationis ſibi factæ per baiulum communis de commiſſione Dñi Poteſtatis, ſiue Iudicis appellationis, ſiue domi ſuæ ſolitæ habitationis cum cedula apud habitantes in domo per dictum baiulum dimiſſa continente tenorem, & continentiam totius ſententiæ, laudi,arbitrii, vel arbitramenti. Poſtea verò non audiatur volens opponere aliquid contra laudum per modum contradicẽdi, petendi, et excipiendi, vel alio modo. Sed laudum,arbitrium, et arbitramentum huiuſmo di, executioni mandetur. Si verò infrà dictos decem dies, dicta contradictio legitime facta fuit, teneatur ille talis, qui contradixerit contra laudum,arbitrium, et arbitramẽtum, ipſam contradictionem recipere, et proſequi, infrà quintam diem, à die interpoſitæ contradictionis prædictæ, ſaltem aduerſarium faciendo citari. Et ipſa cauſa iniquitatis,et nullitatis, et contradictionis omnino debeat terminari infrà dictum tempus xxx. dierum vtilium, prout in proſecutionibus appellationum, vt ſupra eſt ſerioſius declaratum: exceptis duobus caſibus,ſcilicet, cum per partium voluntatem,vel iudicis maliciã, vel abſentiam, eo modo probandam, ſicut dictum eſt in appellationibus ſupradictis,ſteterit. Aliàs laudum, arbitrium, et arbitramentum ratum habeatur, et ſit, et executioni mandetur, ac ſi ei contradictum non eſſet, nec contra ipſum, ẽt contra partem obtinentem petitum, quòd reducatur ad arbitrium boni viri. Et hoc vltimum dictum, ſcilicet, quòd dicti cõtradictores,et petitores debeant ipſas cauſas proſequi infrà dictos xxx. dies vtiles,et quòd ipſæ cauſæ infrà dictum tempus debeant terminari, et hoc locum habeat tantùm in cõtradictionibus,et petitionibus ab hodie in antea faciẽdis. Subiuncto, quòd ante diffinitiuam ſententiam proferendam in cauſa contradictionis, vel petitionis prædictæ, non liceat alicui partium ab aliqua interlocutoria, vel grauamine appellare. Sed ſi aliquis crederet ſe grauatum, vel poſſe grauari ab aliquo iudiciario actu,vel ab aliquo iudicis defectu,poſſit petere ſapientem ſuis expenſis,vt dictum eſt. Et iudex ipſum concedere teneatur. Qui ſapiens,vel conſultor conſulere teneatur,vt ſupra dictum eſt,et infrà terminum ſupradictum, Et omnia quæ ſcripta ſunt de huiuſmodi ſapiente petendo, et ponendo,et quòd iudex eo modo,et aliter non procedat, hic repetita eſſe intelligantur. Addentes, quòd ea, quæ dicta ſunt in præſenti ſtatuto de contradictionibus, et petitionibus

nibus laudi, arbitrii, et arbitramenti, locum habeant in omnibus, et per omnia in amicabilibus compoſitionibus, et redonationibus.

De officio, et iuriſdictione collateralis Dñi Poteſtatis. Rub. 25.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quia ſæpe reuocatur in dubium de officio Iudicis collateralis D. Poteſtatis, quale ſit: et in quo potiſſime verſetur eius iuriſdictio: et in ſtatuto de hoc nulla fit mentio. Et propterea ipſe collateralis conſueuerit de cauſis ciuilibus cognoſcere, tàm in ordinariis, quàm in extraordinariis, & inde euenerit, quòd ſalaria debita non ſoluantur operi Eccleſiæ Beatæ Mariæ: ſed dicta ſalaria ſupprimuntur: prouidemus, & ordinamus, ad omnem fraudem, & dubium remouendum, quòd dictus collateralis D. Poteſtatis cognoſcere poſſit, & debeat de omnibus, & ſingulis infràſcriptis, videlicet, de exactionibus, & ſolutionibus omnium datiuarum impoſitarum, & imponẽdarum per cõe Camerini, & per vniuerſitates caſtrorum, & villarũ ipſius ciuitatis, emancipationibus, tutelis, curis, & ſequeſtris ipſarum, decretum interponere iudicis, & terminos ponere, vt ſuperius eſt expreſſum: Et pupillis, adultis, & dementibus, & ſimilibus perſonis, tutores, & curatores cõſtituere, arbitros, & arbitratores cogere ad arbitria proferenda, de alimentis decernendis, parentibus, liberis, viro, & vxori inuicem, & ſimilibus perſonis, & de ſequeſtrationibus fructuum, & mobilium rerum in caſibus à iure permiſſis, cognoſcere poſſint, & valeant: & etiam cogere præciſe defacto ad ſatiſdandũ idonee omnes illos, à quibus peterentur fideiuſſores de non offendendo: qui ſuſpecti dicerentur ſecundùm formam ſtatuti, quod loquitur de prædictis. Item, & cõpellere prodigos, & malè vtentes ſubſtantia ſua, & eos corrigere: & etiã filios, & conſanguineos, & attinentes, ad petitionem parentum, conſanguineorum, & attinentium, vt ipſorum mores, & vita melius reformẽtur. De aliis autem cauſis ciuilibus ſe nullatenus intromittãt: & aliarum cauſarum ciuilium ſit ei cognitio totaliter interdicta. Et nihilòminus de prædictis poſſint alii iudices Pot. & Cap. vel iudicis appellationis cognoſcere ſicut ipſe, & facere, quæ ſuperius ſunt expreſſa.

Quòd Iudex poſſit imponere pœnam decem ſol. per diem, pro obſeruantia ſui præcepti. Rup. 26

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſicut pro executione inſtrumẽtorum poteſt iudex imponere pœnam decem ſol. den. pro qualibet die debitori volenti in iudicio cõfiteri, pro obſeruantia ſui præcepti: ſic etiam poſſit pœnam imponere contumaci recuſanti ſuis parere mandatis, in conteſtando litem, in iuramento præſtando, in poſitionibus reſpondendo, & aliis quæ in lite occurrunt, ſuo arbitrio vſq; in quantitatem prædictam, & per eundem poſſint condemnari inobedientes in prædictis, ſicut poſſet contumax, & bãnitus, de quo ſupra mentio facta eſt, omni exceptione remota: ita tamen, quòd grauamina illata recenſeantur in cauſa appellationis. & omnia quæ dicta ſunt in contumace, & bannito, & quæ continentur in dicto capitulo de contumace, & inobediente loquente, locum habeant in præſenti capitulo, & ordinamento. Et hæc in omnibus, & per omnia repetita eſſe intelligantur: & poſſit etiam quilibet pro debito banniri, & in banno poni, vt ſuperius eſt expreſſum, licet de debito non conſtet publico inſtrumento, ſi citatus perſonaliter bina citatione nõ compareret, ſi habitauerit in ciuitate, vel infrà diſtrictum: & bannitus deinde iterum ꝑſonaliter vocatus, vel ad domum habitationis, quòd veniat ad audiendum pronũciationem fiendam contra ſe, ſi non comparuerit per ſe, vel idoneum reſponſalem, & locum habeant quando tenuta de bonis ipſius debitoris non inueniretur, quæ aſſignari poſſit creditori ſine controuerſia. Aliàs præmiſſa dicta, nõ vẽdicent ſibi locum.

Quòd Notarii forenſes non poſſint ſcribere, vel copiare contractum, actum ciuilẽ, vel criminalem. Rub. 27.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd nullus ex notariis forenſibus Poteſtatis, vel Cap. ſiue Iudicis appellationis, & aliorum quorũcũq; iudicum, poſſit ſcribere aliquem actũ

ciuilem inter aliquas perſonas ſpeciales de ciuitate, & diſtrictu Camerini, nec recipere aliquam rogationem ſuper aliquo contractu ciuili inter dictas perſonas. Et ſi reperiretur ſcripta, non valeat ipſo iure. Et quòd notarii Poteſtatis, & Capitanei, vel Iudicis appellationis, non poſſint eorum ſcripturas, vel alienas, ciuiles, vel criminales, copiare in publicam formam partibus. Et ſi reperiretur dicta copia extracta, & publicata per dictos notarios, ipſi ſcripturę non adhibeatur fides. Et nihilòminus officiales contrafacientes, puniãtur in decem lib. den. pro quolibet, & qualibet vice. Et quòd acta criminalia, & ciuilia poſſint per notarios dictæ ciuitatis, vel diſtrictus copiari, ſcribi, & publicari in cattis bambacinis, & eis fides adhibeatur: quemadmodum ſi copiatæ, ſcriptæ, & publicatæ eſſent in membranis manu notarii inde rogati. dummodò copiatio, et publicatio fiat cũ autoritate iudicis, et cum auſcultatione cum duobus notariis dictæ ciuitatis, vel ſaltem vnus ex eis ſe ſubſcribat, et ſuum ſignum apponat: Et quòd adhibeatur fides copiæ modo prædicto publicatæ, non obſtante, quòd in autoritate interponenda per iudicem, et publicatione, pars non fuerit requiſita. Et idem dicimus in publicatione inſtrumentorũ et rogatione quantum eſt ad requiſitionem partis: Et quòd dictum eſt ſupra de parte nõ requirenda in licentia, et publicatione, non vendicet ſibi locum in inſtrumentis iudeorum, et aliorum vſurariorum. Item quòd acta criminalia, et criminalium quæſtionum, quæ eſſent copiata, et publicata autoritate iudicis cum auſcultatione duorum notariorum dictæ ciuitatis, modo, et forma prædictis, valeant, et teneant quãtũcumq; eſſent publicata, et copiata in cartis bambacinis, et eis adhibeatur plena fides, et non ipſis originalibus, ſi contradicerent. Et Iudex appellationum criminalium quæſtionum, tàm Poteſtatis, quàm Capitanei, ſiue Iudicis appellationis in ſententiis eorum teneantur ſequi dictas copias, et non originalia, ad pœnam xxv. lib. den. pro quolibet, et qualibet vice, et ad damnum, et intereſſe reficiendum parti.

Si vxor non ſtat cum viro, culpa viri, cogatur vir præſtare ei alimenta, dummodò viro ſit ſatisfactum de dote. Rub. 28.

AD hoc, vt viri materiam non habeant à ſe ipſis ſine cauſa ſuas expellere vxores, ſed vt ſimul poſſint domeſticè viuere, et honeſtè (vt debent.) Dicimus, ſtatuimus et ordinamus, quòd ſi denunciatum, vel dictum fuerit Poteſtati, vel Capitaneo, ſiue Iudici appellationis, vel eorum iudici, quòd aliquis à ſe expulerit ſuam vxorem, vel cum ea non habitet. Poteſtas, vel Cap. ſiue Iudex appellationis, vel alterius eorum Iudices teneantur in continenti ſecrete inquirere ex eorum officio, et ſummariè ſine libello, et iudiciorum ſtrepitu, per mulieres, homines vicinos, et vicinas mariti, vel vxoris, et contratæ mariti, cuius culpa ipſa vxor à marito receſſit, et ſi inuenerit ſaltem per publicam famam viciniæ, vel alio modo, quòd pro culpa viri ab eo receſſerit, vel cum eo non habitet. Poteſtas, et Cap. teneantur ipſum virum cogere ad voluntatem vxoris ſibi alimẽta præterita, et futura extrà domum viri præſtare: quæ ipſi vxori ſecundum ſuam conditionem ſufficiant, pro ſe, et filiis, quos habuerint. Et ex illo tempore, quo ſteterit extrà domum viri, credatur ſacramento vxoris: dummodò viro ſit ſatisfactũ de dote. Et hoc vendicet ſibi locum ad præterita tempora, et futura, aliquo iure, vel capitulo non obſtãte, ita quòd dicta probatio facta ſaltem per publicam famam viciniæ, in omnibus contra virum, vires confeſſionis obtineat, aliàs non cogatur dare alimenta.

Quòd ſi quis fecerit aliquem citari, et ipſe non comparet, teneatur reficere expenſas, et pro æſtimatione operis xii. ſol. citato comparenti. Rub. 29.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſi aliquis fecerit aliquem citari ad curiam Camerini, ſiue fuerit facta relatio per baiulum, ſiue non, et ipſe citans non comparuerit die citationis contra citatum: citatus non habeatur contumax: et procedi non poſſit contra eum tanquàm contumacem. Et nihilòminus citans, qui fecerit citari, teneatur reficere expenſas: et dare pro æſtimatione operis, quod amiſerit, ſi ipſe citatus comparuerit die citationis. duodecim ſol. den. Et cogatur perſonaliter à Iudice ad petitionem citati

tati

tati ſoluere ipſe, qui fecerit citari.

Quòd tenuta data voluntariè valeat, ac ſi data eſſet per curiam ex primo, et ſecundo decreto. Rub. 30.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd tenuta data creditori volũtariè à debitore valeat et teneat, ac ſi data eſſet per curiam ex primo, et ſecundo decreto. Et ſi quis inuaſerit, vel acceperit, puniatur vt in capitulo de tenutis datis per curiam Camerini. Et ſi aliquis dederit alicui tenutam voluntariè, quòd iudex teneatur illi, cui data fuit, dare inſolutũ, pro ut fuiſſet per curiam data.

Quòd cauſæ appellationum Serræ, S. Anatholiæ, Sephri, Campirotundi, Podii, Dignani, Rocchettæ, Præcaneſtri, et Ilicis, cognoſcantur in ciuitate Camerini. Rub. 31.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd cauſæ appellationum caſtrorum Serræ filiorũ petronii, S. Anatholiæ, Sephri, Cãpirotundi, Podii, Dignani, Rocchettæ, Præcaneſtri, et Ilicis in ciuilibus, et criminalibus deuoluantur ad cognitionem iudicis capitanei, vel iudicis appellationũ, et ſucceſſiue ad D. Poteſtatem ciuitatis Camerini, qui de appellationibus, et grauaminibus hominum dictæ ciuitatis cognoſcunt. Et nullus de dictis caſtris poſſit, nec debeat appellare, et cauſam appellationum agere in caſtris prædictis. Et qui contrafecerit, uel conſuluerit, vel arengauerit, pro qualibet vice puniatur in xxv. lib. den. Et Poteſtas infrà xv. dies ſui regiminis introitus, literis ſigillatis ſigillo dicti cõmunis notificare teneatur Poteſtati, et conſilio dictorũ caſtrorum. Et ſi contrafecerit perſona ſpecialis in decem lib. den. communi Camerini pro qualibet vice condemnetur. Et quilibet de dictis caſtris grauatus, poſſit, et debeat appellare ad iudicem Cap. vel Iudicem appellationum Populi Camerini, et ſucceſſiue ad D. Poteſtatem: qui de appellationib⁹ cognoſcat in ciuitate Cametini nõ obſtante reformatione parlamenti, ſeu conſilii dictorum caſtrorum, ſeu ſtatuto aliquo. Et nemo in dictis caſtris cognoſcere poſſit, nec debeat de appellationibus in alia forma. Et ſi contrafecerit: ſoluat pro banno communi Camerini L. lib. den. pro qualibet vice.

Quòd ſi debitor non aſſignat tenutam creditori, ponatur in banno, et poſſit capi, et offendi. Rub. 32.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſi debitor non aſſignauerit tenutam creditori pro debito, quod dare tenetur in ciuitate, vel diſtrictu, quæ non ſit alicui obligata: ponatur in banno ad petitionem creditoris decẽ ſol. pro die, qua fuit in mora. Et elapſo termino aſſignando per iudicem: creditor rei, et domeſtici capere, et tenere poſſint ipſum ſine pœna, et banno: dummodò eum præſentent officiali infrà ſecundam diem in carcere retinendum. Et hæc Poteſtas obſeruet, et faciat obſeruari: et de banno exire nõ poſſit: niſi prius tenutam aſſignauerit, vel ſatisfecerit de bonis creditori. Et hoc non ſolum locum habeat inter noſtros ciues, et diſtrictuales, verum etiam inter forenſes: et dictũ bannum contra eum exequi teneatur ad petitionem creditoris. Et ſi fuerit negligens, perdat de ſuo ſalario decem lib. den. Et ſi eum recuſantem ſe capi, offenderit: nõ teneatur ad pœnam: et hoc capitulum præciſe obſeruetur. Et hoc locum habeat in præteritis, et futuris.

Quòd tenuta data in bonis alterius, quàm debitoris extromittatur. Rub. 33.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi aliqua tenuta pronuntiata fuerit contra aliquẽ: et creditor inductus fuerit in poſſeſſionem alterius, quàm debitoris: Iudex ſummarie de ipſa tenuta eum extromittere teneatur ſine libelli oblatione, et alia iuris ſolennitate præciſe capitulo aliquo non obſtante: atq; non obſtantibus feriis procedatur.

Quòd habentes tenutam autoritate curiæ præſumatur ſemper poſſidere, et quòd non detur, niſi citato poſſeſſore. Rub. 34.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſi aliqua tenuta eſſet alicui per curiam Camerini data ſecundùm formam iuris, et ſtatuti communis Camerini de aliqua re: ille, cui da-

ta eſſet ipſa tenuta, præſumatur eam ſemper poſſidere, et habeatur pro poſſeſſore: dummodò fructus infrà tempus quinq; annorum perceperit: et nõ eſſet illi, cui data eſſet ipſa tenuta, ſatisfactum: vel per curiam non eſſet extromiſſa. Et hoc locum habeat in tenutis datis de bonis illorum, contra quos pronuntiata fuit tenuta. Et laborator cogatur reſpondere de fructibus illi, cui data eſt ipſa tenuta: quouſq; fuerit ſibi adiudicata ex ſecũdo decreto. Volumus, quòd alicui non detur licentia intrandi poſſeſſionem alicuius rei, poſſeſſore non citato, et legitime expectato. Et ſi aliter fieret non valeat: nec opituletur in aliquo impetranti: ſed ſeruetur forma dicti ſtatuti loquentis de prædictis: niſi intrans poſſeſſionem habeat licentiam intrandi ex publico inſtrumento: quia tunc propria autoritate liceat poſſeſſionem intrare: et opponentem ei, impune repellere.

Quòd habentes tenutam defendantur per curiam vſq; ad ſatisfactionem. Rub. 35.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſi aliquis habet tenutam contra aliquem, et de debito non eſſet ſibi ſatisfactum: Poteſtas, et Iudex defendat ipſum in ipſa tenuta uſq; ad debitam ſatisfactionem, et etiam debitorem cogat ſatisfacere, vel tenutam relaxare creditori: non obſtante venditione facta de ipſa tenuta per debitorem, vel per aliũ, exceptione remota. Et locum habeat in præteritis, et futuris. Et curia in poſſeſſione, et tenuta defendere, et moleſtantem condemnare de facto pro qualibet vice, qua moleſtaret, in xxv. lib. den. teneatur. Et moleſtia intelligatur, ſi minetur laboratori, et aliis modis à iure permiſſis.

Quòd nõ ſit licitũ apprehẽdere poſſeſſionem rerum alicuius de facto. Rub. 36.

ITem, quia propter occupandas poſſeſſiones, vt plurimum ſolent ſcandala exoriri, præſenti decernimus decreto, quòd nullus cuiuſcunq; conditionis, et autoritatis exiſtat, audeat, vel præſumat propria autoritate capere, ſeu apprehendere poſſeſſionem rerum, et bonorum ab inteſtato defuncti: niſi eſſet filius, aut alius in gradu proximior, cui ab inteſtato res, et bona defuncti huiuſmodi defererentur, ſiue hæres eſſet ſcriptus in teſtamento: niſi allegaretur de inualiditate teſtamenti. quo caſu primò debeat de validitate, et inualiditate ipſius teſtamenti ſummarie cognoſci: vel niſi eſſet legatarius, cui in teſtamento ab ipſo teſtatore data foret licentia, quod legatum à ſe relictũ, poſſit propria autoritate capere, vel niſi in contractu ab ipſo contrahente data eſſet licentia propria autoritate capiendi poſſeſſionẽ, et apprehẽdendi. Et hoc in vita illius talem licentiam cõcedentis, ſub pœna L. lib. den. de facto à contrafacientibus vice qualibet exigenda, et cõmuni Camerini applicanda ſine aliquo proceſſu. Et nihilòminus poſſeſſionem de facto captam relaxare teneatur, et debeat. Et Poteſtas dictæ ciuitatis Camerini, et alius quicunq; iudex ordinarius prædicta obſeruari faciat pœna xxv. lib. den. dẹ ſuo ſalario retinenda per camerarium dicti comunis.

Quòd defendantur habentes tenutam legati, vel alterius rei. Rub. 37.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi aliquis legauit, vel legauerit alicui perſonæ aliquam ſuam rem in ſuo vltimo teſtamento, ſiue ſua vltima voluntate: & illa perſona, cui relicta eſt illa res, fuerit inducta in poſſeſſionem ipſius rei legatæ per curiam, vel eius mandato, quòd Poteſtas, & Cap. ſiue iudex appellationis, vel eorum officiales teneãtur, & debeant ipſam perſonam, cui res ipſa legata fuerit, in ipſius poſſeſſione defendere, & alias perſonas, quæ prætenderent ius pro ea realiter, & perſonaliter, & in omnibus modis quibus poſſunt, ſine ſtrepitu, & figura iudicii, & petitione, & appellatione remotis. Et hoc locum habeat in præteritis, & futuris: Et ſi Poteſtas, et Cap. vel iudex appellationis, et eorũ officiales, coràm quibus, vel coràm quo quæſtio eſſet, fuerint negligentes: ꝑdant de eorum ſalario L. lib. den. In omnibus aliis tenutis datis per curiam Camerini dicimus illud idem.

Quòd defendantur per curiam poſſeſſores domorum, et aliarum rerum, vt à Clericis, et Laycis indebitè non extrahantur. Rub. 38.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, ad hoc, vt pacificus ſtatus ciuitatis, comitatus, et diſtrictus

ctus Cam. conſeruetur, et ad hoc, vt violentiæ in ipſa ciuitate,comitatu,et diſtrictu nõ fiant per Clericos,et eccleſiarum rectores et etiam Laycos: et ne inde iniuriæ naſcantur vnde iura naſci debent, quòd Poteſtas, et Cap. ſiue iudex appellationis vinculo iuramẽti manutenere,et defendere omnes poſſeſſores domorum, et cuiuslibet alterius poſſeſſionis poſitæ in ciuitate,comitatu,et diſtrictu Cam. teneãtur,et debeant,ad hoc vt ipſi per violentiam indebitè de ipſis poſſeſſionibus non extrahantur.

Quòd defendantur poſſeſſores in rebus, quæ negantur eſſe emphyteoticæ. Rub. 39.

ITem ſtatuimus,et ordinamus, quòd ſi contigerit aliquam eccleſiam, ſeu rectorem ſua autoritate apprehendere aliquam poſſeſſionem, quã dicat eſſe emphyteoticam ipſius eccleſiæ, et poſſeſſorem à iure ſuo cecidiſſe,et propter generationem finitã, vel propter canonem,et cenſum non ſolutum infrà biennium ad eccleſiam deuolutam, et poſſeſſor ipſius aſſerat ſe poſſidere iuſto titulo,vel negat rem eſſe emphyteoticam,et iure emphyteotico ad ipſam eccleſiã pertinere,et ſpectare. Quòd Pot.et Cap. ſiue Iudex appellationis, teneatur ad petitionem cuiuslibet petentis defendere,et manutenere ipſum poſſeſſorem in ſua poſſeſſione: et agens ad rem, quæ negatur eſſe emphyteotica, aliter non audiatur in curia,niſi libellum offerat contra ipſum poſſeſſorem negantem rem emphiteoticam eſſe. Et lite conteſtata cum reo, via procedatur ordinaria, ſicut procedi debet cũ quolibet poſſeſſore.

Quòd cadat à iure ſuo inuadens aliquem propria autoritate in poſſeſſione rei quæ negatur eſſe emphyteotica. Rub. 40.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſi contigeret aliquem ſua autoritate, et licentia quam dicat ſibi de iure competere, apprehẽdere aliquam rem,quam negatur per poſſeſſorem empbyteoticam eſſe: quòd talis apprehendens, ſeu potius inuadens à iure ſuo cadat: et puniatur in xxv.lib.den. per Poteſtatem,et Cap. vel iudicem appellationis, et eorum officiales ad petitionem poſſeſſoris: et quòd de iure ſuo coràm eis amplius non audiatur.

Quòd mandetur Syndicis,et maſſariis, quòd defendant inuaſos in eorum poſſeſſionibus. Rub. 41

STatuimus, et ordinamus,quòd in quolibet ſyndicatu caſtrorum, et villarum ciuitatis Camerini mandetur Syndico,et maſſariis ipſorum caſtrorum, et villarum ad petitionem cuiuslibet inuaſi, quòd coadunatis hominibus ipſius ſyndicatus debeant defendere et manutenere ipſos inuaſos ſub pœna xxv. lib.den.pro quolibet ſyndico,et maſſario.

Quòd forenſes debeant retinere in ciuitate pignus. Rub. 42

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſi quis receperit pecuniam ab aliquo forenſe, et pignus dederit, ille,qui pignus dederit,debeat in ipſa ciuitate retinere: et de ipſa ciuitate pignus non extrahere: et reſtituere pignus illi, cuius eſt, ad eius petitionem: dummodò ſatisfaciat de quantitate,pro qua pignus fuit obligatum. Et ſi quis contrafecerit, condemnetur in c. ſol.den. et pignus reſtituatur debitori.

Quòd poſſeſſiones violenter acceptæ: poſſint recuperari præſcriptione non obſtante. Rub. 43

ITem ſtatuimus, et ordinamus,quòd ſi aliquæ poſſeſſiones, vel res immobiles alicuius de ciuitate,comitatu,et diſtrictu Cam.vel alicuius diſtrictualis caſtri,vel villæ, ſiue cõmunis Cam. eſſent violenter acceptæ,ille,vel illi,vel quibus dictæ res,vel ipſarum aliqua acceptæ eſſent, vel ſui hæredes, vel ſucceſſores conqueri poſſint de prædictis contra acceptatores, vel ſuos hæredes, vel alias perſonas detinentes poſſeſſionem, non obſtante præſcriptione temporis, quæ non currat ſibi, vel ſuis hæredibus. Et ipſa præſcriptio opponi non poſſit: et ſi opponeretur,non audiatur. Et ſuper prædictis cognoſcatur ſummariè,ſine ſtrepitu, et figura iudicii, et ſolennitate iuris. Et non poſſit appellari à prædictis extrà Ciuitatem occaſione prædictorum contra formam noſtrorum priuilegiorum.

Quòd ſi plures debitores obligati eſſent in ſolidum, habita tenuta pro tota quan-

titate ab vno, contra alium non agatur, ad petitionem talis ſoluentis cogantur alii nõn ſoluentes ſine alia ceſſione. Rub. 44

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſi in aliquo inſtrumento, ſcriptura, contractu mutui, vel depoſiti, vel alterius cuiuſcunq; obligationis, plures debitores eſſent inſolidum obligati, et creditor egerit contra vnum, vel duos ex ipſis debitoribus in ipſo inſtrumento, ſcriptura, vel contractu, contentis, et tenutam acceperit per licentiam curiæ, vel de voluntate partium de tota quantitate, vel de parte in ipſo inſtrumento, ſcriptura, vel contractu contenta, contra alium, vel alios agere non poſſit de eadem quantitate, quam habuerit, vel tenuta data fuit, ſed de ipſa tenuta ſit contentus: dummodò ipſa tenuta valeat quantitatem debitam, & vltrà. Et hoc locum habeat in præteritis, & futuris. Et Poteſtas, & quilibet alius officialis prædicta teneantur facere obſeruari: capitulo aliquo non obſtante. Addimus, quòd Poteſtas, & Cap. ſiue Iudex appellationis, & quilibet alius officialis cõmunis ad petitionem talis ſoluentis, vel ſoluentium, vel eorum hæredum, cogant alios non ſoluentes ſine aliqua ceſſione ad ſatiſfaciendum ei, vel eis pro rata eius quod ſoluerit, vel ſoluerint, pro vt vnicuiq; tangit, ſummarie, ſine libello, litis conteſtatione, & aliis iuris ſolennitatibus quibuſcunq;.

Quòd cogatur, qui promiſit, ad confitendum, & recipiendum præceptũ. Rub. 45.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi in aliquo inſtrumento alicuius debiti continetur, quòd debitor debeat in ſe recipere præceptum de quantitate, ſiue re in ipſo inſtrumento contenta, ad petitionem creditoris, debitor in ſe præceptum recipiens ſponte obſeruet. Et hoc Poteſtas faciat obſeruari: & iudex teneatur ipſum cogere ad ipſum præceptum obſeruandum, & ad ipſum debitum ſoluendum ſine iudiciario ſtrepitu, appellatione remota. Saluis legitimis exceptionibus debitori, ſiue reo de ſolutione tantùm debiti, vel debitorum.

Quòd cogatur conuictus ad refectionem expenſarum: & non poſſit appellare. Rub. 46.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi quis conuictus fuerit in executione alicuius inſtrumenti, vel ſententiæ, uel alia quauis cauſa, iudex cogat, & cogere debeat conuictũ ad refectionem expenſarum circa litem ſalarii, & ſcripturarum: Et ab executione ſentẽtiarum, & præceptorum appellari non poſſit: niſi modum exceſſerit in exequendo executor. Et cauſa dicti exceſſus terminari debeat infrà x. dies continuos, à die introducti exceſſus: quibus elapſis, dicta taxatio expenſarum firma, & rata remaneat, & executioni mandetur.

De iure laboratoris, & coptumarii Rub. 47.

STatuimus, & ordinamus, quòd ſi quis vendiderit aliquam rem, & ipſam conduxerit ad vſufructuandũ, vel alio modo coptumi, vel laboritii ab emptore, vel ab alia quacunq; perſona, compellatur per Poteſtatem, vel Capitaneum, vel Iudicem appellationis & alios officiales obſeruare dictum inſtrumentum locationis, & reſpondere de portione, laboritio, vel coptumo: Et poſſeſſionem relaxare ad voluntatem illius, qui locauerit, vel ſuorum hæredum, vel ſucceſſorum, (omni exceptione, & contradictione remotis) non obſtantibus quibuſcunq; in contrarium facientibus. Et præſens ſtatutum locum habeat in præteritis, præſentibus, & futuris. Et qui exceperit, vel oppoſuerit, de facto cõdemnetur in xxv. lib. den. cuius medietas ſit communis, & alia illius qui locauerit, vel aliter conceſſerit. Et Poteſtas, & Cap. uel Iudex appellationis, & alii officiales obſeruare teneantur ad pœnam. xxv. lib. den. pro qualibet vice, & requiſitione. Et iſtud ſtatutum ſit præciſum.

Quòd poteſtas, & Cap. ſiue Iudex appellationis cogant illos, qui promiſerint reuẽdere, ad reuendendum non obſtante temporis præſcriptione. Rub. 48.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd quicunq; emerit aliquam rem ab aliquo, & emptor ſibi, vel ſuis hæredibus promiſerit reuẽdere, vel vendere: Pot. & Cap. vel Iudex appellationis,

appellationis, & eorum iudices, & officiales cogant talem promittentem, vel eius hæredes ad vendendum, vel reuendendum pro precio conuento, vel debito: non obſtante termino oppoſito in promiſſione, vel aliis quibuſcunq; pactis, cautelis, promiſſionibus in contrarium apparentibus omni exceptione remota. Et liceat ei, cuius fuerit poſſeſſio, vel res, vel facta promiſſio, vel eius hæredibus, facta prius requiſitione de vendendo, vel retrouendendo, & denunciatione etiam tertio poſſidenti, quòd præuia citatione, & actualiter facta depoſitione dicti precii in pecunia numerata, & in ſacculo coràm iudice penès idoneam perſonam per ipſum iudicem approbatam, rem reſtituat, & precium accipiat, reingredi rem, vel poſſeſſionem ſua propria autoritate, non obſtante aliqua præſcriptione temporis, vel alio in contrarium faciente. Et quòd huic ſtatuto renunciari non poſſit. Et ſi Poteſtas, & Cap. vel Iudex appellationis prædicta non facerent vel fieri non facerent, vel ſecus permitterent: perdat quilibet contrafacientium, vel non permittentium de ſuo ſalario xxv. lib. den. in quibus tempore ſui ſyndicatus per ratiocinatores ſuos condẽnetur cõmuni Camerini: nec poſſit abſolui à conſilio, vel cõi. Et hoc locum habeat infuturis.

Quòd præſumatur ſimulata venditio, niſi infrà quinquennium emptor poſſederit, & fructus perceperit. Rub. 49.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi quis vendiderit aliquam poſſeſſionem, & poſt venditionẽ ab eo factam, ſemper fuerit in poſſeſſione vera, & fructus dictæ poſſeſſionis ipſe venditor, vel ſui hæredes perceperint per tempus quinq; annorum, præſumatur dicta venditio autoritate dicti ſtatuti ſimulata, & in fraudem facta, non obſtante clauſula conſtituti: & ipſa venditio ſit ipſo iure nulla, niſi emptor poſſet probare ſe locaſſe, & fructus percepiſſe dicto venditori, vel ſuis hæredibus dictam rem ad laboritium, coptumũ, vel pẽſionem. Et in caſu, quo dictus emptor non probauerit ſe poſſediſſe, vel locaſſe (vt dictum eſt) quòd venditio ſibi facta ſit nulla: Et nihilòminus venditor, & ſui hæredes teneantur emptori, & ſuis hæredibus reſtituere precium, ſi appareret precium aliquod numeratum in contractu venditionis.

Quòd relicta, et vltimæ voluntates valeant, et ſummarie cognoſcãtur. Rub. 50

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd omnes vltimę voluntates, & relicta pro anima, & alio quocunq; modo, ſeu cauſa factæ à quibuſcunq; perſonis, vel perſona, valeant, & firmiter obſeruentur. Et hoc locum habeat in præteritis, & futuris: capitulo aliquo nõ obſtante. Et quòd curia ſummarie ſine ſtrepitu iudicii, & ſolennitate iuris, omni appellatione remota, de prædictis cognoſcat. Et pro relictis factis, et faciendis maiori eccleſiæ pro opere ipſius eccleſiæ, hæredes, ſeu cõmiſſarii cogantur ad ſoluendum ſuperſtiti ipſius operis. Et idem ſeruetur in aliis eccleſiis ciuitatis, comitatus, et diſtrictus Camerini. Et idem intelligatur, et fiat in aliis relictis quomodocũq; factis, vel fiendis ad pias cauſas tantùm de quibuſcunq; locis et perſonis.

Quòd fideicommiſſarii teneantur ſoluere mortuatium defuncti, et contradicens condẽnetur in decem lib. den. Rub. 51.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd Poteſtas vinculo iuramenti, et Cap. vel Iudex appellationis teneantur conſtringere ad petitionem illius, quem negociũ tanget, fideicommiſſarium cuiuſcunq; perſonæ ad ſoluendum mortuarium defuncti, cuius fideicõmiſſa ſunt in perſona, et rebus: et ad ſatisfaciendum ipſum mortuarium. Et ſi quis contradiceret, vel præſtaret impedimentum: condemnetur in pœna decem lib. den. applican. cõi pro medietate, et pro alia medietate eccleſiæ, vbi ſepultus fuit defunctus, et quilibet poſſit eum accuſare, et habeat medietatem banni, et hoc locum habeat in præteritis, et futuris. Et ſi Pot. et Cap. vel Iudex appellationis eſſent negligentes: pdat quilibet de ſuo ſalario L. lib. den. dummodò inueniatur de bonis ipſius, qui teſtatus fuerit, ita quòd ſatisfacere poſſint fideicõmiſſarii.

Quòd petens debitum, et non probans: condemnetur in expenſis. Rub. 52.

ITẽ ſtatuimus, et ordinam⁹, quòd quicũq; petierit, vel exegerit aliquod debitũ ab aliquo, et ipſum debitũ probare nõ potuerit apodiſſa, teſtibus, vel inſtrumento, vel alia legitima probatione: condemnetur reo in expenſis factis in cauſa, et ad reſtitutionem eius, quod exegerit. Et hoc Poteſtas, et Cap. vel Iudex appellationis obſeruent, et obſeruari faciant vinculo iuramenti. Et hoc capitulum ſit præciſum: non obſtante, ſi voluerit facere partitum.

Quòd petens ſolutum perdat pecuniam, et rem petitam, et in tantundem condemnetur communi. Rub. 53.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſi quis petierit ab aliquo debitum ſibi ſolutum, de qua ſolutione apparet publico inſtrumento quietationis, ſiue alia legitima probatione probetur, perdat pecuniam, et rem, quam peteret: et in tandũdem de ſuo, cõmuni ſoluere teneatur: dummodò hæredes ipſius, et alii ſucceſſores ad dictam pœnam non teneantur: niſi probatum fuerit dictos hæredes, vel ſucceſſores ſciuiſſe de quietatione, et ſolutione prædicta. Addimus, quòd ſi quis peteret plus debito: cadat à toto debito. Et hoc non vendicet ſibi locum cum filiis, et hæredibus dicti olim creditoris, qui veriſimiliter poſſent ignorare.

De incocchis, et quomodo procedatur in eis. Rub. 54.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſi quis repertus fuerit habere incoccham de ſylua, vel terra, quæ ſit quatuor ſtadiorum, et dimidium ad plus: vel vinea, quæ ſit duorum ſtadiorum ad plus, iuxtà aliquem de ciuitate, comitatu, vel diſtrictu Camerini, cui integrè teneat aliquis à duobus lateribus, cogatur, qui eam habet, ſibi vendere, et inſtrumentum venditionis, et legitime defenſionis ſibi facere cum clauſulis ſolitis, et conſuetis ad ſenſum ſapiẽtis ipſius emptoris, pro iuſto precio, et facta eſtimatione per duos legales viros de ſua contrata, vbi poſita eſt ipſa terra, poſitos, vel deputatos à iudice D. Poteſtatis, et Cap. vel Iudicis appellationis, pecuniam numeratam ab ipſo emptore recipere. Et quod ipſi pronunciauerint, ſit ratum: et ab ipſa pronunciatione appellari nõ poſſit: et ſi appellaretur, ipſa appellatio non admittatur. Et iudex communis tanquàm eorum ſententias exequatur. Quæ incoccha ſi poſt citationem factam mandato iudicis venderetur, vel diuideretur: ipſius venditio, vel diuiſio nõ valeat, nec teneat ipſo iure. Et nihilòminus qui eam vendiderit, per iudicem ſuper ipſa re ad vendendum, et tradẽdum cogatur: dummodò petens incoccham poſſideat poſſeſſiones in triplum. Et ſi aliquis clericus diceret ſe poſſidere incoccham, de qua ageretur, et oſtenderet, et diceret inſtrumentum emptionis habere de ipſa incoccha, et coràm iudice allegaretur, quòd ipſa venditio ipſi clerico facta fuiſſet in fraudem, facto partito ſi nollet iurare: quòd inſtrumentum ab eo introductum ſit caſſum, et vanum, et pro caſſo, uano, et cancellato, et pro ficto, et ſimulato habeatur: niſi in dicta terra, vel vinea eſſet murata domus, vel ſcannalata, & in altitudine decem pedum, & longitudine xv. pedum, uel habeat caſſinã, uel aream cum caſſina: ad quam uenditionẽ tunc non teneatur. Et quòd ille, contra quẽ peteretur incoccha, uel illi, non obſtante, ſi plures eſſent ad ipſam incoccham, poſt citationem factam de ipſa, uel ipſis mandato iudicis, ipſam terram incocchã daret quoquo titulo, uel diuideret alicui, uel aliquibus, teneatur ſoluere illi, uel illis per quos incoccha peteretur eſtimationem ipſius incocchæ in pecunia. Et iudex ad petitionem ipſius actoris, ſine ſtrepitu iudicii, teneatur illum, & illos perſonaliter cogere ad ſoluendum ipſam quantitatem actori, ſeu petitoribus, qui ipſam incoccham peterent. Et Poteſtas, & Cap. uel iudex appellationis, & eorum iudices, qui fuerint negligentes in prædictis: ſoluant tempore ſyndicatus xxv. lib. den.

Quòd clerici non audiantur ſuper incocchis, ſynaitis, & fractis. Rub. 55

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd cum nolint clerici in ſeculari curia Camerini hominibus ipſius ciuitatis de ipſis incocchis, ſynaitis, & fractis aliquatenus reſpondere: imò ipſorum ſynaitorum officium turbent quantum poſſunt. Quòd clerici uolentes cõ-

queri

queri de dictis rebus contra laycos Camerinenſium ciuium, non audiantur per Poteſtatem, Capitaneum, ſiue iudicem appellationis, & officiales ciuitatis Camerini, & proceſſus habitus de prædictis pro clericis cōtra laycos, nō ualeat, nec teneat ipſo iure. Et hoc locum habeat in præteritis, præſentibus, & futuris.

De quæſtionibus inter uicinos: de ſynaitis, aquario, lignis, & feneſtra. Rub. 56

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi quæ lites, uel lis eſſet inter aliquos uicinos de aliqua ſynaita iuxtà domos: aquario, brachiolis, uel lignis, et feneſtra, muro, oſtio, uel aliis ſimilibus, uel quomodocunq; quæ murarentur, uel miſſa, uel facta eſſent in præiudicium alicuius: Iudex communis, corām quo eſſet dicta quæſtio, debeat ipſam ſynaitare & terminare ſine petitione, libelli oblatione, & alia iuris ſolēnitate hoc modo: uel quòd faciat uenire duos legales uiros de ipſa contrata, uel aliunde, ubi quæſtio eſſet, peritos & partibus non ſuſpectos: & faciat eos iurare, & dicere, & deponere: & ſecundùm dictum eorum pronunciet. Et Poteſtas ipſa de cauſa præcipiat obſeruari, & exequi quod præcepit infrà unum menſem: omni exceptione, & appellatione remota. Et officialis, qui fuerit negligens in prædictis: condemnetur in decem lib. pro qualibet uice.

De diuiſionibus rerum communium. Rub. 57.

IVdex ſuper cōi diuidundo, familiæ hærciſcundæ, et finiū regundorū, cū fecerit aliquā diuiſionē: et aliquis ex conſortibus eorū habuerit rem propriā iuxtà rem cōem parti contingentē, inſpecta melioratione, et deterioratione utriuſq; partis, ipſi conſorti ex latere rei ſuæ propriæ dare, et aſſignare teneatur. Et ſi fuerit aliqua res, quæ non poſſit commodè diuidi: utputa animal, uel turris, domus, uel ſimilia per licitationem, vel partitum diuidatur. Et ſi contigerit inter coniunctos aliam diuiſionem fieri hæreditatis, uel aliorum bonorum, fiat ſummarie: & poſſit fieri ſine libelli porrectione, litis conteſtatione, et ſine figura, et ſtrepitu iudicii, et etiam diebus feriatis. Poſſit inſuper minor prouocare maiorem, et maior minorem ad diuiſionem bonorum, quæ habēt communia. Cauſæ uerò finium regundorum inter omnes terminentur, et decidantur ſummarie ſine libelli oblatione, et etiam diebus feriatis, et non feriatis. Et de prædictis poſſint cognoſcere D. Poteſtas, & Cap. vel Iudex appellationis, vel aliquis ex iudicibus eorum poſſit, & debeat dictas cauſas diffinire modo prædicto infrà menſem à die inceptæ cauſæ: dummodò conſtet de communione: omni appellatione remota. Et ſi fuerit negligens in diffiniendo dictas cauſas infrà dictum tempus: puniatur tempore ſyndicatus per ratiocinatores cōis Camerini in xxv. lib. den. Item addimus huic ſtatuto, & ſtatuto ſequēti, quòd diuiſiones rerum communium, &c. Rub. LVIII. quia ſæpe videmus magnas, & longas diſceptationes fieri ſuper communione: & ad hoc, vt partes pluribus, & variis expenſis non fatigentur in probando communionem: quòd iudex teneatur & debeat ad inſtantiam petentis deferre iuramentum reo conuento ſuper dicta communione, ſi habet cum dicto petente rem, ſeu res aliquas communes. Et ſi negauerit: ſtatuat terminum ſuo arbitrio dicto petenti: & ſi probauerit communionem: puniatur de facto dictus reus, qui cum iuramento negauit communionem, in L. lib. den. cuius pœnæ medietas applicetur cōi Camerini, & altera medietas parti iuramentum deferenti. Et iudex dictas cauſas expedire, & terminare teneatur infrà tempora in dictis ſtatutis contenta: ſingula ſingulis referendo. Quibus temporibus elapſis, inſtantia cauſæ intelligatur eſſe peremptā: & iudex ipſe puniatur in L. lib. den. tempore ſui ſyndicatus pro qualibet vice, & cauſa qualibet, & ad intereſſe partis.

Quòd diuiſiones rerum communiū ſummarie cognoſcantur, & fiant. Rub. 58.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi quis haberet aliquam poſſeſſionem, vel domum, vel aliam rem communem cum aliquo, vel aliquibus: iudex, corām quo eſſet quæſtio, faciat, & teneatur facere fieri diuiſionem inter eos ſine petitione, libelli oblatione, iuramento, & qualibet alia ſolennitate iuris prætermiſſa infrà xv. dies poſtq̄ petitum fuerit, appellatione remota, capitulo aliquo non obſtante: dummodò ſummarie conſtet rem

eſſe communem. Et hoc capitulum ſit præciſum.

Quòd nullus poſſit ligna, vel bracchiolos protendere cõtra vicinũ ſuum. Rub. 59.

ITem ſtatuimus,& ordinamus, quòd nullus poſſit bracchiolos protendere, nec immittere, ſeu ligna prætendere,nec balconem facere contra vicinum: & ſi à tempore magni terremotus citrà fuerit aliquid prætenſum immiſſum lignis,coppis,ſolariis,& aliis rebus vltrà medietatem viæ verſus côuicinum ſuum. Poteſtas, vel Cap. ſiue Iudex appellationis, vel eorum officiales, vel aliquis ipſorum,coràm quo peteretur, debeat illud facere remoueri ad petitionem conuicini ſui,cuius intereſſet, & ad medietatem viæ reduci, dimiſſo vno ſummiſſo pro quolibet, tempore futuro. Ita quòd inter ambos ſit vnus pes pro caſu aquæ domorum vtriuſq;. Et hoc teneatur, & debeat fieri facere ſummarie ſine iudiciario ſtrepitu,& ſolennitate iuris, & appellatione remota,præſcriptione aliqua non obſtante. Addimus, quòd habentibus caſum aquæ in territorio alicuius: ille, cuius eſt territorium,non poſſit ædificando,vel aliter impedire,quin dictus caſus ſit liber à cœlo vſq; ad terram.

Quòd habentes domos ab vtràq; parte viæ, poſſint poſtea facere, vel arcum in altitudine xii. pedum, & non minus. Rub. 60.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd quicunq; habet domos in ſtrata,vel via communis,ſed vnam ex vna parte viæ, & alteram ex altera, non poſſit ſuper ipſa via, & ſtrata ponere, & eleuare ex vna domo ad alteram ligna, vel aſſides, & arcum eleuare, & ædificare, niſi in vicis,vel andronibus non excedentibus latitudinem ſex pedum, in altitudine xii. pedum, & non minus. Et qui contra fecerit in aliquo prædictorum: puniatur de facto in x. lib. den. Et nihilòminus remouere teneatur, quod ædificauit contra dictam ſtratam.

Quòd nullus ciuis recipiatur in fideiuſſorem. Rub. 61

ITem ſtatuimus,& ordinamus, quòd nullus ciuis ciuitatis Camerini recipiatur in fideiuſſorem ab aliquo Camerinenſi pro aliquo forenſi,qui non ſit ciuis.quod ſi fecerit: talis obligatio pro forenſi non valeat, nec teneat. Et ſi confeſſio facta fuerit coràm curia,& præceptum impoſitum fuerit contra fideiuſſorem nullius ſit valoris. Et cum peteretur executioni mandari, vel aliquo modo ageretur contra talem obligationem,curia teneatur, eum volentem probare, quòd pro forenſi facta eſſet obligatio,audire quomodocunq; voluerit, & probatione facta abſoluere. Et locum habeat in ciuilibus, & criminalibus.

Quòd procedatur ad petitionem aſſerentis ſe amiſiſſe inſtrumentũ. Rub. 62.

ITem ſtatuimus,& ordinamus, quòd de quolibet contractu, de quo creditor, vel debitor aſſerere vult ſuo iuramẽto ſe amiſiſſe inſtrumentũ, ſeu rogationẽ,ſiue præceptũ: curia teneatur ipſum conquerentem audire, & reum citari facere, & procedere in ipſa quæſtione vſq; ad confeſſionem, ſeu probationem.Et ſi confeſſus fuerit coràm curia:Poteſtas, vel Cap. ſiue Iudex appellationis, vel eorum iudices debeant facere præceptum contra reum: Si verò negatum fuerit, & probatum fuerit teſtibus, vel alia probatione legitima: poſſit ex ipſa probatione agere, ac ſi appareret præceptum, aut publicum inſtrumentum ad inſtantiam petentis:& poſſit curia contra partem præſentem, & cõtra abſentem procedere: dummodò ſit citatus debitor ſolenniter,& perſonaliter ſine litis cõteſtatione,& libelli oblatione,& iuris ordine non ſeruato.

Quòd creditor cogatur quietationẽ facere de parte,vel toto, quod receperit. Rub. 63.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd quicunq; creditor receperit partem de credito, teneatur de ipſa parte, vel alia quacunq; portione recepta, facere quietationẽ: cũ aũt totum debitum fuerit ſolutum,teneatur inſtrumentum debiti reddere cancellatum. Et nihilòminus inſtrumentum quietationis facere de ipſo debito ad petitionem ſoluentis. Et hoc capitulum ſit præciſum, capitulo aliquo non obſtante. Et Poteſtas, & officiales Camerini teneantur facere obſeruari, & perſonaliter conſtringere creditorem ad prædicta facienda.

cta facienda. Et hoc locum habeat in præteritis, & futuris.

De prodigis, & malè vtentibus ſubſtantia ſua, & quòd non contrahatur cum eis, & qualiter detur curator. Rub. 64.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi denunciatum fuerit Poteſtati, vel Capitaneo, ſiue iudici appellationis, uel alicui iudici eorum, quòd aliquis tractet ſua negocia minus bene, et ab aliquo conſanguineo, uel amico alicuius, qui minus bene tractaret ſua negocia, diceretur: Poteſtas, uel Cap. uel Iudex appellationis, ſiue alius iudex banniri faciat, quòd nemo contrahat cum eo: inquiſito primo, & inuento, ſi ille, de quo facta eſt denunciatio, minus bene negocia ſua tractet. Et ſi quis poſt bannimentum prędictum cum eo contraxerit: contractus non valeat, nec teneat. Et ſi aliquis fuerit prodigus malè faciẽs facta ſua, et ex eo facta, et expoſita fuerit querimonia coràm Poteſtate, uel Cap. uel Iudice appellationis ab aliquo conſanguineo, uel amico, Poteſtas, et Cap. ſiue Iudex appellationis teneantur, et quilibet ipſorum teneatur illum prodigum cõpellere ad ſenſum, et voluntatem illius conſanguinei, uel amici, ut ſua benefaciat, et contrahat negocia, et à diſſipatione omnium bonorum deſiſtat. Et ſi non deſiſteret, et ſua negocia non bene gereret: interdicatur ei adminiſtratio ſuarum rerùm, et detur curator bonis, qui iuret ad Sancta Dei Euangelia curam ipſorum bonorum gerere, et adminiſtrare bona fide, ſine fraude, et inuentarium de ſuis bonis facere diligenter. Et ſi talis prodigus uenderet poſtea, ſeu alienaret aliquid de bonis ſuis ſine licentia ſui curatoris: nõ ualeat, nec teneat ullo modo. Et quicunq; poſtea mutuauerit, uel commodauerit pignora, ſeu aliquid aliud illi prodigo xxv.lib. pœnæ nomine ſoluere teneatur, et perdat quicquid mutuauit, vel commodauit. Et ſi talis prodigus occaſione pecuniæ, vel alterius rei pignus dederit, vel fideiuſſerit, ſeu res ſuas, vel de rebus ſuis diſtraxerit, vel vendendo, vel pignore obligando: qui pignus, vel fideiuſſorem accepit: perdat vltrà pœnam ſupradictã, pecuniam, et rem datam: et ille, qui emerit, vel donatione, vel pignore obligatum acceperit, rem emptam, vel donatam, vel pignore obligatam perdat. Et illi prodigo reddere, et reſtituere compellatur. Et ſi de prædictis fuerit facta denunciatio Poteſtati, vel Capitaneo, ſiue Iudici appellationis, & denunciatori placuerit denunciationem eſſe ſecretam, Poteſtas, & Capitaneus ſiue Iudex appellationis eam ſecretam tenere debeat, & nemini pandere teneatur, nec debeat. Et Poteſtas, & Cap. vel Iudex appellationis faciant banniri qualibet die ſabbati, quòd nullus ad pœnam xxv. lib. den. cũ prodigis cõtrahat, vel mercetur. Volumus autẽ, quòd ſi aliquis tẽporibus præteritis præſentibus, vel futuris ſit, vel erit min⁹ bene facta ſua faciens, & poſtea rediit, vel redibit ad benefaciendum, & benefaciat facta ſua, & fecit, & faciat aliquem contractum: dictus cõtractus valere debeat, & tenere eo, quod dictum eſt ſuperius in hoc capitulo, non obſtãte: ſaluo quòd intelligatur in contractibus, & inſtrumentis factis per eum ab eo tempore citrà, quo incœpit, vel incipiet benefacere facta ſua, & non in illis quæ feciſſet, vel faciet tempore, quo erat, vel erit prodigus, & malè faciens facta ſua: dummodò primus cõtractus, vel inſtrumẽtum per eum factus, vel factum, ex quo benefacta ſua agere incœpit, celebrauerit coràm iudice cum præſentia duorum proximiorum conſanguineorum.

Addimus, quòd Poteſtas, & Cap. ſiue Iudex appellationis ad petitionem parẽtum, vel alterius eorum cogant filios, vel nepotes, quòd non ludant, vel comedant, ſiue bibant in taberna: Et banniri faciant quòd nullus cum eis contrahat, & tabernarii aliquid eis nõ dent, nec pignora accipiant pœna c. ſol. pro quolibet, & qualibet vice. Et quilibet poſſit accuſare, & teneatur ſecretus.

Quòd notarii habeant notitiam contrahentium, teſtium, & locorum: & nõ faciãt contractum propè tabernam. Rub. 65.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quòd cum notarii ſcripſerint aliquod inſtrumẽtum: notitiam habeant, & habere debeant contrahentium, teſtium, & eorum nominũ, & pronominum, & patris eorum, & locorum vnde ſunt, & etiam loci vbi fit contractus. Quæ

in inſtrumentis ſcribere teneantur cum nomine ipſius notarii, & eius patris, & loci vnde fuerit ipſe notarius ſub pœna contrafacienti.c. ſol. den. quæ pœna ſibi de facto auferatur per Poteſtatem, vel Capitaneum, ſiue iudicem appellationis. Præterea nullus notarius dictæ ciuitatis, comitatus, & diſtrictus Camerini audeat, vel præſumat facere aliquem contractum cuiuſcunq; generis in taberna, vbi venderetur vinum in ciuitate, vel burgis, vel comitatu, ſiue diſtrictu Camerini, vel ante, vel propè ipſam tabernam, & domum, & locum vbi ludus taxillorum: ſiue cartarum, uel alius prohibitus fieret: uel occaſione prædictorum, uel alicuius eorum. Et qui contrafecerit: Poteſtas, & Cap. ſiue Iudex appellationis, vel alter eorum debeat, & teneatur illi, vel illis, qui contrafecerit auferre pœnæ nomine pro qualibet vice x. lib.den. & contractus non valeat vllo modo: & poſſit excipi, & opponi contra dictos contractus de nullitate prædicta. Et quicunq; propoſuerit dictam exceptionem, & non probauerit: puniatur in x. lib.den.cuius pœnæ medietas ſit communis, & alia medietas ſit illius contra quem oppoſita fuerit talis exceptio non probata infrà terminum à iudice ſtatuendum: quæ pœna ſibi de facto auferatur per iudicem cauſæ. Addimus, quòd nullus notarius matriculatus in matricula notariorum comedat, vel bibat in taberna infrà ciuitatem, vel burgos Camerini pœna xxv. ſol. den. pro quolibet contrafaciente, & vice qualibet de facto auferenda. Et quilibet poſſit accuſare, & denunciare: et habeat medietatem banni, & teneatur in ſecreto. Sed non uendicet ſibi locum in foro planulæ tempore nundinarum. Et quilibet notarius teneatur, et debeat ante ſtipulationem contractus ſcribere totam ſubſtantiam contractus, et omnia in præſenti capitulo contenta ad pœnam x. lib.den.pro quolibet contractu, & eo modo non ſcripto, de facto auferendam: cuius pœnæ medietas ſit cõis, et alia ſit denũciatoris. Addentes, quòd notarii, tàm ciuitatis, quàm comitatus, et diſtrictus Camerini, qui uoluerint ſe rogare de inſtrumentis à L. lib. ſupra excepto quòd de rebus ſtabilibus etiam à L. lib.infrà debeant facere regiſtrum, et debeant reducere in notulam totum tenorem contractus cum omnibus clauſulis, antequàm fiat ſtipulatio contractus: et in eo, quod ſcriptum eſt in notula, conſentiat vtraq; pars. Poſtquàm uerò contractus fuerit ſtipulatus idem notarius, ſecundùm tenorem, quem poſuit in ſuo protocolo de verbo ad uerbum, debeat portare infrà octo dies, ſi fuerit in ciuitate: et infrà duodecim dies, ſi fuerit in comitatu, à die rogitus computandos, ad librum ad regiſtrandum ſumptibus utriuſq; partis. Et quod dictum eſt de inſtrumentis regiſtrandis, obſeruetur in teſtamentis, codicillis, et aliis ultimis uoluntatibus poſt mortem teſtantium, codicillantium, vel diſponentium. Excepto tempore peſtis quò infrà terminum unius menſis poſt ceſſatam peſtẽ debeant regiſtrari facere omnes rogitus factos tempore peſtis. Et quòd notarius, qui nõ portauerit ad regiſtrum infrà dictum tempus: incidat in pœnam xx. lib. den. pro quolibet contractu, de facto auferendam. Et nihilòminus pars, quæ produceret inſtrumentum à dicta ſumma ſupra, uel teſtamentum non regiſtratum, non audiatur in iudicio, nec extrà: donec inſtrumentum, uel teſtamentum, codicillus, uel alia ultima uoluntas fuerit regiſtrata. Et quòd de teſtamentis, inſtrumentis, et de prædictis omnibus ſic regiſtrandis in regiſtro, nulla penitus poſſit fieri copia, ſiue notula: niſi duntaxat quando inſtrumentum, teſtamentum, codicillus, uel alia ultima uoluntas non poſſet haberi ex protocolo notarii: uel niſi dubitaretur, quòd in inſtrumento, ſeu in teſtamento, quod extraheretur à notario, eſſet commiſſus error, uel falſitas: in quibus eadem ſit auctoritas ſumpta ex dicto libro, ſiue regiſtro: quæ eſſet, ſi ex protocolo ſumeret. Et quòd notariis deputatis ſuper regiſtro debeat iuramentum præſtari de obſeruando prædicta. Et ſi quis contrafecerit: incidat in pœnam periurij, et in L. lib.den.de facto pro qualibet uice, qua contrafecerit. Et quòd notarius ad regiſtrum deputatus, poſtquàm regiſtrauerit contractum, uel teſtamentum, debeat facere mentionem de dicta regiſtratione in fine dicti inſtrumenti, ſiue teſtamenti ſub dicta pœna.

Quòd notarii non matriculati non poſſint habere officium in communi, et minor xviii.

xviii. annis non poſſit exercere artem notariæ: et de notariis commiſſionum, et ciuiliũ per artem aſſignandis. Rub. 66.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd notarii ciuitatis, comitatus, et diſtrictus Camerini, qui ſcripti, et iurati non ſunt, uel non reperirentur in matricula collegii notariorũ dictæ ciuitatis, non poſſint habere aliquod officium, uel beneficium notariatus in cõmuni: nec poſſit matriculari, uel exercere artem notariæ aliquis minor xviii. annorum. Et collegium notariorum aſſignet annis ſingulis notarios commiſſionum ad examinandũ teſtes ſuper maleficiis, et damnis datis, bonos, et ſufficientes, et expertos, et etiam approbatos in dicto collegio: et quòd exercuerit artem notariæ per decem annos pœna xxv. lib. den. exigenda per Poteſtatem, uel Cap. ſiue Iudicem appellationis, qui notarii, ſi non fuerint ab aliqua partium reuocati ſuſpecti, poſſint teſtes examinare, et in abſentia iudicis: et ualeat, non obſtante, quòd iudex non interfuerit: nec taliter examinati poſſint iterum examinari. Et ſi iterum examinarentur, ſecunda examinatio non ualeat, nec fides ei adhibeatur. Et officialis, qui contrafecerit, incurrat pœnam c. lib. den. ſoluendam tempore ſyndicatus. Item teneatur dictum collegiũ deputare notarios cauſarum ciuilium, qui ſunt adminus xx. annorum ætatis. Et ſi aliqua partium aliquem eorum reputauerit ſuſpectum: iudex addat, et aſſociet ſibi aliũ, ſine quo ipſe ſic ſuſpectus, nihil in dicta cauſa ſcribat pœna. c. ſol. den. Et ſi contrafecerit: non ualeat. Et ſi eſſet aliqua ſuſpicio inter partes ita, quòd aliqua partium requireret iudicem, quòd aſſiſtat examinationi teſtiũ: quòd talis iudex intereſſe teneatur, et debeat examinationi prædictæ.

Quòd inſtrumenta reddantur ad quos ſpectant infrà certum terminũ. Rub. 67.

ITem, quia multi notarii ſunt, qui circa reſtitutionem inſtrumentorum minus legitimè bene ſe gerunt præſenti capitulo, duximus ſtatuendum, quòd quilibet notarius teneatur, et debeat reddere, et reſtituere omnia inſtrumenta ſibi petita per quemcunq; ad quem ſpectarent dicta inſtrumenta in publicam formam à die petitionis factæ, et receptæ ſolutionis pro ipſo inſtrumento, ſiue pro ipſis inſtrumentis faciendis, uel à die, quo ꝑ petẽtem tales ſcripturas non ſteterit quo minus ſoluat ſalarium ſibi debitum ad xv. dies: ſaluo, quòd Poteſtas, vel Cap. vel Iudex appellationis, vel alius officialis cõis Camerini: poſſit dictum terminum minuere, et reſtringere ſecundùm quantitatem ſcripturarum, et ſecundùm, quòd cauſa, quare petunt, celeritatem requirit. quem terminum ſtatim facta ſimplici petitione teneatur ſtatuere, & dare ipſi notario præſenti monito ad pœnam xxv. lib. den. Et ſi notarius non reſtituerit infrà dictum terminum per iudicem dandum: ſoluat pro qualibet uice uſq; in quantitatem x. lib. den. prout ipſi iudici uidebitur: quam pœnam ſibi de facto auferre teneatur ſub dicta pœna. Et nihilòminus notarius talẽ ſcripturam reddere teneatur. Qui Iudex teneatur, & debeat ſi notarius, & petẽs ſcripturas non eſſent in concordia de ſalario, facere ſibi dare ſalarium ſecundùm formam ſtatuti, & ordinamẽti terminati. Et ſi determinatũ nõ eſſet, quòd tunc teneaẽ, & debeat ipſum ſalarium terminare, & taxare, prout ſibi videbitur: cuius taxationi partes ſtare teneãtur ſub dicta pœna ad vnum menſem completum ad pœnam x. ſol. den. Et ſi aliquis receperit refutationem, vel abſolutionẽ pro aliquo, de aliquo debito, vel obligatione, de qua fuerit factum inſtrumentum, vel rogatus notarius, facere inſtrumentum publicum, quod ille, qui dictam refutationem, vel abſolutionem receperit, teneatur infrà tertiam diem poſtq̃ fuerit requiſitus, illi pro quo receperit, uel ſuis hæredibus iura, & actiones reddere, & inſtrumentum per notarium, qui inde fuerit rogatus, reſtitui facere expenſis illius, qui reſtitutionem peteret inſtrumenti, ad pœnã x. lib. den. pro qualibet uice auferendã. Et nihilòminus notarius compellatur de facto illi, pro quo refutatio, uel abſolutio facta, ſeu recepta fuerit, uel eius hæredibus reſtituere in formam publicam ſub pœna prædicta. Saluo, quòd ſi prædictus recipiens ſoluiſſet, uel aliquid dediſſet, uel alio modo eum liberaſſet occaſione dictæ refutationis, et abſolutionis, et liberationis, quòd ille, pro quo receperit talem refutationem, uel abſolutionem, et liberationem, primò ſatisfacere te-

neatur de prædictis. Inſuper ſtatuimus,& ordinamus,quòd quælibet perſona,quæ de cõfectione inſtrumenti alicuius,ſeu contractus rogaret aliquem notarium,quòd ille,cuius intereſt, teneatur recolligere dictum inſtrumentum infrà vnum menſem computandum à die celebrati contractus,pro competenti mercede ſecũdùm formam ſtatuti danda notario,qui de dicto inſtrumento fuerit rogatus ad pœnam xxxx.ſol. den. auferen͂. de facto ad petitionẽ notarii,qui de dicto inſtrumẽto fuit rogatus oſtenſo officiali,quòd fuerit rogatus de dicto inſtrumento,& præſtito ſacramento per dictum notarium, quòd dictum inſtrumentum infrà vnum menſem non fuit recollectum,& hoc habeatur pro plena probatione: cuius pœnæ medietas ſit communis,et alia notarii prædicti. Et nihilòminus perſona,quæ rogauerit dictum notarium de dicto inſtrumento, et cuius intereſt dictũ inſtrumẽtũ pro cõpetẽti mercede, recolligere teneat̃, vt ſupra dictũ eſt. Et notarius,qui fuerit rogat⁹ de aliquo cõtractu tẽpore dicti cõtractus rogationis,teneat̃, et debeat partib⁹ notificare,quòd ipſi teneantur recolligere infrà menſem inſtrumentum à dicto notario ad pœnam prædictam: de qua notificatione ſtetur, & credatur ſacramento notarii. Addimus,quòd quilibet notarius, qui rogatur de aliquibus contractibus, vel vltimis volũtatibus, ponere debeat de conſenſu, & voluntate contrahentium in ipſis contractibus, vel vltimis voluntatibus,quòd datiua ſoluatur communi Camerini, & cũ iſto onere ſoluendi transferatur, & ſtipuletur nomine communis,& quòd ipſi cõmuni datiua ſoluenda eſt. Item addimus huic ſtatuto, quòd notarii cauſarum ciuilium ciuitatis Camerini teneantur, & debeant (recepta cõpetenti mercede) dare partibus litigantibus, & vtriq; ipſarum copiam omnium, & ſingulorum actorum, & productorum in cauſa: & in fine cauſæ reſtituere producenti omnia inſtrumenta, & acta publica coràm ipſo producta, infrà.x.dies à die, quo petierit ſibi reſtitui, computandos. Et ſi notarius eſſet impeditus aliqua iuſta cauſa: debeat ipſa reſtituere infrà terminum arbitrio iudicis ſtatuendum. Et ſi denegauerit, uel dixerit amiſiſſe,ſeu perdidiſſe: puniri debeat ipſe talis notarius pro quolibet,& qualibet uice, qua cõtrafecerit prædictæ additioni in c. lib.den. de facto exigen͂. Et ad intereſſe partis, ad quem ſpectarent dicta acta, ſcripturæ,ſeu inſtrumenta: & de intereſſe ſtetur iuramento ipſius, qui peteret inſtrumentum, ſiue ſcripturas ſibi reſtitui cũ taxatione iudicis. Et iudex ipſe, qui executionem dictæ pœnæ non faceret,in tantundem tempore ſui ſyndicatus condemnetur. Et quòd notarii, & actuarii cauſarum teneantur, & debeant de omnibus, quæ producerentur coràm iudice, mentionem de productione facere in ſuo libro cauſarum ciuilium, ſub pœna ipſi notario centũ ſol. den. de facto exigen͂. pro quolibet, & qualibet uice,qua contrafecerit.

De ſolutionibus recipiendis,& de ultimis uoluntatibus. Rub. 68.

Statuimus,& ordinamus,quòd notarii, qui ſcribunt,& ſcribent teſtamentum, uel teſtamenta,uel ultimam uoluntatem alicuius, recipiant, & recipere poſſint ſolutiones infraſcriptas,& non alias vllo modo, uidelicet,pro rogitu quolibet,quatuor bononenos & pro extractione,ſi teſtamentum,& vltima uoluntas contineat bona ualentia ducentũ lib. den.& ab inde infrà quòd habeat xl. den. pro centinario ualoris hæreditatis, de qua factum eſſet teſtamentum. Et ſi à ducentum lib.den.ſupra vſq; in mille lib.den.habeat et recipere poſſit pro ſalario x.ſol.den. pro centinario. Et ſi à mille ſupra vſq; in mille florenos extiterit teſtamentum,uel vltima uoluntas: notarius concordet cum illo,qui uult recolligere teſtamentum:dummodò non excedat ſummam duorum ducatorum pro dicto teſtamẽto. Et à mille florenis vſq; in duo millia florenorũ, habeat, & habere debeat tres ducatos auri. Et à duobus millibus florenis ſupra cuiuſcunq; ſummæ, habeat, & habere debeat quatuor ducatos auri,& non plus recipere poſſit notarius ſcribens ipſum teſtamẽtum. Et ſi notarius contrafecerit,uel plus acceperit: pœnæ nomine communi Camerini, xv. lib.den.ſoluere teneatur. Et nihilòminus teſtamentum, & plus acceptum reſtituere teneatur. Et Poteſtas,& Cap.ſiue iudex appellationis notarios ad prædicta facienda cogere teneatur. & iſta intelligantur in illis inſtitutis, qui aliàs ſuccederent abinteſtato, &

eſſent inſtituti hæredes. In aliis verò qui non ſuccederet ab inteſtatò, & eſſent inſtituti hæredes duplum quantitatis prædictæ recipere poſſit, & non vltra. Et Poteſtas, & Cap. ſiue Iudex appellationis,& eorum officiales, tales non reſtituentes pro quantitatibus pdictis ad petitionem illorum, quorum intererit,cogant,& fieri facere teneantur ſub pena c. lib.den. pro qualibet vice,qua fuerint de prædictis negligentes, ſiue negligens, vel in non faciendo reſtitui remiſſus infrà quintam diem poſt ſimplicem querelam habitã. Et id quòd dictum eſt in teſtamentis, idem intelligatur in omnibus, et per omnia in inſtrumentis donationum cuiuſcunq; generis,codicillorum,et legatorum,et cuiuslibet alterius vltimæ uoluntatis.

Quòd notarii reddant inſtrumenta ad quos ſpectant,et de eorum ſalario, et infrà quantum tempus. Rub. 69.

ITem ſtatuimus,et ordinamus,quòd poſtquàm notarius fuerit requiſitus ab illo, cuius fuerit contractus,ſiue ſcriptura ab illo,qui offerret ſolutionem ſecundùm formam ſtatutorum Camerini in præſentia duorum teſtium, & quilibet notarius, qui haberet aliquod inſtrumentum, vel ſcripturam ad aliquem pertinentem cuiuſcunq; generis contractus,vel ſcripturæ eſſent, quòd vſq; ad x. dies poſt requiſitionem, vel præceptum ſibi factum, ſolutione habita, vel facta depoſitione ſalarii: & de contractu, vel ſcriptura teneatur inſtrumentum, vel ſcripturas illi, vel illis reddere,cuius, vel quorum inſtrumentum fuerit,vel illi,ad quem ſcriptura ſpectabit: & qui contrafecerit: puniatur vice qualibet in x. lib.den.quæ ſibi de facto per Poteſtatem,vel Cap. ſiue Iudicem appellationis, vel eorum officiales,& per quemlibet alium iudicem communis Camerini, coràm quo poſita fuerit querela, penitus auferatur. Et cum multi ſint in ciuitate, burgis, & comitatu Camerini nomina quorum, & patris eorum concordantur: ad tollẽdum,ne vnus pro alio grauetur,& damnum recipiat: Iubemus, quòd in contractibus, & in aliis ſcripturis fiendis ſcribatur nomen patris,& aui. Volumus, quòd quilibet notarius poſſit accipere à partibus pro quolibet inſtrumento centum lib.x. ſol.den. ab inde ſupra pro quolibet cẽtinario vltrà dictos x. ſol. tres ſol. den. dummodò ſummam quatuor lib. den. non excedat. Et pro receptione cuiuslibet teſtis, & pro quolibet latere chartæ cõmuniter ſcriptæ ſine malitia,vnum bononenum, & exemplatura tandùndem. Et qui contrafecerit: puniatur in x. lib. den. pro vice qualibet: dummodò non præiudicet aliis capitulis, in quibus eſt determinatum de ſalario dando pro aliquibus ſcripturis,ſeu inſtrumentis in quibuſcunq; caſibus dicta capitula loquerentur, quæ ſuo caſu debeant inuiolabiliter obſeruari. Et nullus notarius, qui ſcriberet aliquod conſilium iudicis,debeat,nec poſſit habere pro ſcripturis conſilii, niſi tres ſol. den. tantùm pro qualibet charta, ſi quæſtio, ſupra qua conſilium eſſet, excederet quantitatem centum lib.den. Et ab inde ſupra, & à centũ lib. infrà duos ſol. den. tantùm, et non vltrà. Et ſi aliquis notarius contrafecerit: puniatur in centum ſol. den. pro qualibet vice. Et hoc locum habeat tantùm inter noſtros ciues,comitateñ. et diſtrictuales.

Quòd principales ſeruent fideiuſſores indemnes: et quòd in maleficiis conueniatur prius principalis, quàm fideiuſſor. Rub. 70.

QVicunq; principaliter,vel inſolidum,vel fideiuſſorio nomine, vel alio quocunq; modo obligauerit ſe pro aliquo alio, ille, pro quo ſe obligauerit, debeat eum,et ſua bona,et hæredes conſeruare indemnes, tàm de ſorte, quàm de vſuris, damnis, expẽſis,et intereſſe.Et ſi pecuniam mutuo acciperet pro ſoluendo debito,pro quo fuerit obligatus,ſiue alio modo,ſiue fuerit nominatus,ſiue non: nihilòminus ille, cuius cauſa, vel pro quo eſt ſoluta, vel mutuo,vel alia cauſa accepta pecunia, debeat taliter obligatum, et accipientem pecuniam,et ſua bona,et hæredem indemnem conſeruare,tàm de pecunia accepta,quàm de vſuris,damnis,expenſis,et intereſſe primi, et ſecundi debiti: quouſq; ſteterit in inſtrumento: Et de damno dato,et de dãnis,quæ incurreret pro eo, quòd non ſtaret,vel ſteterit in palatio communis Camerini,vel alio modo.Et intereſſe, & dã-

num declaretur à patiente, vel patientibus ipſum: & credatur ſuo ſimplici ſacramento præſtito(inſpecta qualitate perſonarum,& rerum,& cauſæ) coràm Poteſtate, vel Capitaneo, vel Iudice appellationis. Et Poteſtas, vel Cap. ſiue iudex appellationis faciat patiēti damnum emendari ab illo, pro quo facta fuit obligatio de omnibus prædictis. Et intelligatur eſſe fideiuſſor, & ſe quis pro alio obligaſſe eo ipſo, quòd habet inſtrumentum pro miſſionis cōſeruationis indemnitatis, vel eo ipſo, quòd appareat, vel appareret in libro, ſeu in libris communis Camerini, quòd ſit, vel fuiſſet fideiuſſor alicuius per inſtrumenta teſtes, vel alio legitimo modo, vel pro eo in aliquo promiſiſſe: ita, quòd ſi aliquis pateretur, vel fuiſſet paſſus aliquod damnum occaſione alicuius promiſſionis, vel fideiuſſionis, uel obligationis factæ, vel fiendę communi Camerini, vel alii, ſiue aliis pro communi, vel alia perſona ſpeciali, ſeu pro aliqua vniuerſitate: ille, uel illi, pro quo, uel quibus fuerit, uel fuiſſet facta promiſſio, uel fideiuſſio, uel obligatio: teneantur, & debeant talem promiſſorem, uel obligatum indemnem conſeruare de damnis, expenſis, & intereſſe: quæ et quas aſſignauerit ſubſtinuiſſe, uel feciſſe ſuo ſimplici iuramento: inſpecta ſemper qualitate perſonarum, & rerum. Item Poteſtas, & Cap. uel iudex appellationis, & eorum iudices, & quilibet eorum teneantur ad petitionem fideiuſſoris, uel obligati quocūq; modo pro aliquo, compellere principalem, uel principales, ut eum de obligatione extrahat, & indemnem conſeruet, tàm ante terminum, quàm infrà terminum, & poſt terminum ad voluntatem, & arbitrium fideiuſſoris obligati: non obſtante ſi diceretur, quòd diu non ſteterit in obligatione: uel alio aliquo. Teneatur tamen obligatus, ſeu fideiuſſor denunciare, & prædicere principali, uel eius hæredibus, pro quo ſe obligauit, ut extrahat, & conſeruet ipſum indemnem ab obligatione, uel fideiuſſione, quam pro eo fecit. Item ſi creditor de fideiuſſore conqueſtus fuerit: fideiuſſor requirat principalē: ſeu illū, pro quo ſe obligauerit, uel eius hæredes, uel ſucceſſores, quòd ſoluat pecuniam, uel rem illā, quā tenet ſoluere creditori. Quòd ſi facere noluerit, Pot. & Cap. ſiue iudex appell. eum, uel eos præciſe cōpellat ad ſoluēdū integre creditori. Et ad capiēdū, & tenendū eū, uel eos ſi poterunt, et ſtudeāt toto poſſe: et ſi nō poterūt eos capere: ipſum, uel illos faciāt exbāniri ad uoluntatem fideiuſſoris, ſeu principalis, uel obligati. Et de banno exire non poſſint: donec fideiuſſorem, uel obligatum de obligatione, ſeu fideiuſſione conſeruabit indemnē. Item ſi fideiuſſor, uel principalis obligatus expoſuerit querimoniam de illo, uel illis: pro quo, uel quibus ſe obligauit, uel obligauerit: et appareat inſtrumentum, in quo ſe obligauit, uel interceſſit, uel appareat inſtrumentum promiſſionis conſeruationis indemnitatis, uel appareat ſcriptum in libro, ſeu in libris communis Camerini (ut ſupra dictū eſt) quòd aliquis pro aliquo fideiuſſerit, ſeu ſe obligauerit, ſeu ſoluerit, uel ſatisfecerit: Poteſtas, et Cap. uel Iudex appellationis, et quilibet eorum, et quilibet alius iudex communis Camerini ſine ſalario, et litis conteſtatione, et ſine iuramento calumniæ, et libelli datione, ſummarie quæſtionem diffinire, et diſcutere teneātur: et declaratione facta, uel oſtenſa, qualiter ille, qui querimoniā expoſuerit, fideiuſſit, uel ſe principaliter obligauit: debeat eum, uel eos, pro quo, uel quibus ſe obligauit, uel fideiuſſit, compellere ad extrahendum, et conſeruandum dictum fideiuſſorem, uel obligatum, indemnem, et eius hæredes, et ad ſoluendum integre creditori. et ſi debitor, uel debitores non ſoluerint: uel non fuerint ſoluendo, aut eius hæredes: Poteſtas, uel Capitaneus ſiue Iudex appellationis, uel eorum iudices debeāt eum, uel eos, uel eius hæredes capere, uel capi facere: ſi poterint. Et ſi non poterint eum, uel eos capere: faciant eum, uel eos exbāniri: ſicut de ipſius fideiuſſoris, uel obligati proceſſerit uolūtate, ſeu hæredum cuiuslibet eorum: uel bona capere ſummarie, et de plano, ſine ſtrepitu, et figura iudicii: etiam non obſtāte, quòd de minori ætate opponatur: ęt habeatur perinde, ac ſi habita eſſet ex primo, et ſecundo decreto. Item ſi Poteſtas, et Cap. uel iudex appellationis, uel aliquis iudex alicuius eorū prædicta facere recuſauerint, et non fecerint: quilibet eorum de eorum ſalario communi Camerini L. lib. den. pœnæ nomine ſoluere teneatur. Et Camerarius cōmunis Camerini

merini dictam pœnam pro communi Camerini debeat retinere. Et hoc ſtatutum locum habeat tàm infideiuſſionibus, et obligationibus factis, quàm fiendis, tàm inter ciues, comitatenſes, et diſtrictuales ciuitatis Camerini, quàm alterius terræ, ſeu iuriſdictionis. Ad quæ omnia, et ſingula effectui mandanda, Pot. et Cap. uel Iudex appellationis, et eorum iudices ſub dicta pœna pro poſſe dare debeant ſtudium, ſollicitudinem, et operam efficacem. Et prædicta non intelligantur in illo, qui ſe obligauit, uel obligabit ad defenſionem alicuius rei alienatæ pro alio, uel cum alio, qui quouſq; lis mota fuerit, non poſſit petere conſeruari, uel extrahi ab obligatione prædicta: et etiam lite mota, ſi ſuſceperit in ſe iudicium alienator, uel ille, qui obligatus eſt ad conſeruationem faciendam, non poſſit compelli ad extrahendum de obligatione prædicta. Itē principalis in maleficiis, prius fideiuſſore debeat conueniri: non obſtantibus ſupradictis. Declarantes ipſum principaliter obligatum indemnem conſeruaſſe: et de fideiuſſione extraxiſſe fideiuſſorem ſuum, quotieſcunq; dederit alium idoneum expromiſſorem, uel fideiuſſorem ſub eadem forma et tenore: qua, uel quo, ſeipſum fideiuſſor obligauit, ipſi fideiuſſori termino dilationis pendente. Elapſo uerò termino dictus principaliter obligatus compellatur omnino ſatisfacere creditori, uel totaliter eum à fideiuſſione extrahere, et liberare.

De eo, qui ſe obligauit pro clerico, uniuerſitate, uel alio non ſubiecto iuriſdictioni. Rub. 71.

SI aliquis fecit, uel faciet aliquam obligationem apud aliquam perſonā pro aliquo clerico, uel ille clericus ante tempus ipſius obligationis, vel poſtea dediſſet quocunq; modo, ſeu contractu in alium tranſtuliſſet ius, uel actionem ſuorum bonorum, uel partem ipſorum alicui: talis translatio, ſiue datio non præiudicet illi, qui obligatus pro illo clerico fuiſſet: ſed ille ceſſionarius, uel ceſſionaria, qui, uel quæ ius recipiſſet ab ipſo clerico, debeat eū, qui ſe obligaſſet pro ipſo clerico, indēnē cōſeruare ab obligatione facta pro eo de illis bonis, et reb⁹, de quib⁹ ius, et actionē recipiſſet ab ipſo clerico. Et Pot. et Cap. ſiue iudex appell. tali obligato penitus ſatisfieri facere teneatur, et cū indēnē faciat cōſeruari de ipſis bonis, et rebus uſq; ad quantitatē, qua dicta bona, et res ualerent ad petitionē ipſius obligati ſummarie, et de plano, ſine ſtrepitu, et figura iudicii, et ſine libelli oblatione, litis conteſtatione, et omni ſolennitate iuris remota, et omiſſa: non obſtante aliquo ſtatuto præcedente, uel ſequente: ſed hoc capitulum ſit præciſum. Volumus inſuper firmiter ſtatuentes, quòd Poteſtas et Cap. ſiue iudex appellationis, uel alii iudices communis Camerini debeant, et teneantur inſtrumentum, uel inſtrumenta conſeruationis indemnitatum facta, ſeu quæ fierent à quocunq; clerico, mandare executioni contra illam perſonam, nel perſonas illas, quæ recepiſſet, ſeu recipiſſent ius, uel actionem de bonis cuiuſcunq; clerici, qui ſe obligaſſet; uel obligaret, et inſtrumentum conſeruationis indemnitatis factum eſſet, ſeu fieret ab eiſdem perſonis, quæ ius, uel actionem recepiſſent, ſeu reciperent à clerico quomodocunq; obligato. Et perinde executioni mandentur inſtrumē ta conſeruationum indemnitatis contra dictas perſonas, quæ ius recepiſſent, uel reciperent, ſicut mandantur per iudicem communis Camerini inſtruméta confeſſionū. Et locum habeant in prædictis in qualibet parte litis, in præteritis, præſentibus, et futuris, et cauſis pendentibus coràm quocunq; Iudice appellationis, uel alio. Inſuper dicto ſtatuto adiungendum duximus, quòd Poteſtas, et Capitaneus, ſiue iudex appellationis, et eorū iudices, et alii iudices cōmunis Camerini debeant, et teneantur inſtrumentum, uel inſtrumenta conſeruationum indemnitatum facta à quocunq; clerico mandare executioni contra illam perſonam, uel illas perſonas: quæ haberent, tenerent, et poſſiderent per ſe, uel alios de bonis, et rebus, quæ fuiſſent cuiuſcunq; clerici, qui ſe obligâſſet: et inſtrumentum conſeruationis iudemnitatis feciſſet: uel quæ ipſe clericus tempore obligationis, uel poſt poſſediſſet: ac ſi dicta inſtrumenta promiſſionis, et conſeruationis indemnitatis eſſent facta ab eiſdem perſonis: quæ bona fuiſſent talis clerici obligati, ſicut mandā tur per iudicem communis Camerini inſtrumenta confeſſionum: ſeu in quibus cōtine-

tur de confeſſione facienda. Et vtrum habeat, vel poſſideat de bonis, quæ fuiſſent talis clerici: poſſint recipi probationes, & teſtes ſine libelli oblatione,& litis conteſtatione. Et ſtatim contra ipſum dantem,vel poſſeſſorem executioni mandentur: ac ſi ab eodem detentore,& poſſeſſore bonorum, quæ fuiſſent clerici, ipſa inſtrumenta facta fuiſſent. Et ille,qui vendidiſſet prædictas res talium clericorum: & illi, qui ad ipſarum defenſionem obligaſſent, cogantur talibus poſſeſſoribus, vel precium rei venditæ reſtituere, vel ſatiſfacere eis de pecunia,quam ſoluerint ipſis obligatis pro clerico pro ipſis bonis ab eo poſſeſſis: & cogantur ſummarie, ſine libelli porrectione, & litis conteſtatione ad prædicta. Præſenti. §. duximus ſtatuendum cum multi ciues camerinenſes ex eorum propria liberalitate, ſeu bona ipſorum pro diuerſis vniuerſitatibus, & collegiis non ſubiectis diuerſarum conditionum obligauerint: damna & incōmoda pro talibus obligationibus multa ſubſtinuerint,& pati poſſent,quod non conueniens,nec iuri conſentaneum eſſe digno ſcatur, quòd Poteſtas,& Cap. vel iudex appellationis cōis Camerini, & quilibet prædictorum iudicum ad pœnam Quingentarum lib. den. pro quolibet, necnon alii iudices cōis Camerini ad pœnam.c.lib. den. ſoluendarū cōi Camerini ad petionem cuiuſcunq; petentis,vel obligati nunc vel in futurum pro aliquo collegio,vel vniuerſitate ſubiecta, ſiue non ſubiecta,vel qui ab eis reciperent aliquid cuiuſcunq; conditionis exiſtat ſubiectus communis Camerini principaliter iuriſdictioni Poteſtatis, Capitanei, vel iudicis appellationis cōis prædicti in ciuilibus, & criminalibus,teneantur procedere cōtra vniuerſitatem, vel collegium,ſeu non ſubiectum ſummarie, ſicut proceditur contra ſpeciales perſonas ex vigore confeſſionis, vel ſi aliquo obſtaculo,vel impedimento cōtra prædictos procedere non poſſent: Poteſtas,& Cap. vel Iudex appellationis,& iudices prædicti,& quilibet ipſorum ad petitionem illorum, qui pro tali collegio, vel vniuerſitate fuerint obligati, vel qui ab eis recipere debent, ſeu debebunt: teneantur,& debeāt præciſe debitores,coptumatores, penſionarios, & laboratores collegii,& vniuerſitatis, vel non ſubiecti curiæ Camerini in ciuilibus,& criminalibus compellere ad ſoluendū quicquid debent,ſeu debebunt tali collegio,vel vniuerſitati illi,vel illis,qui pro tali collegio, vel vniuerſitate,vel non ſubiecto extiterint obligati, vel recipere debent,vel debebunt: perinde ac ſi contra prædictos debitores haberetur inſtrumentum confeſſionis principaliter eis factum, in quo debitores talium collegiorū,vel vniuerſitatum,& non ſubiectorū debent,vel debebunt ſoluere prædictis, qui pro ipſo collegio,vel vniuerſitate,& non ſubiecto extiterint obligati,vel ab eis recipere debent,vel debebunt: & promiſiſſent confeſſionem facere corām iudice cōis Camerini. Et ſi tempus ſoluendi debitum collegio, vel vniuerſitati nondum tempore, quo petitur, venerit: compellantur prædicti debitores inſtrumētū promiſſionis, ac cōfeſſionis facere de ſoluendo prædictū debitum illi, vel illis, qui pro tali collegio,vel vniuerſitate fuerint obligati, vel recipere debent, vel debebūt,vel pecierint prædicta ſibi fieri ad terminum,quo ipſi vniuerſitati,vel collegiò debetur, ſeu debitum fuerit: perinde ac ſi inſtrumentum confeſſionis de hoc haberetur cōtra ipſos,& ille,vel illi,cui,vel quibus tales debitores fecerint prædictas ꝓmiſſiones, vel obligationes vel ſoluerint dicta debita,teneāt facere finē,& refutationē noīe collegii, & vniuerſitatis, & nō ſubiecti de ꝑdicto debito ſibi ſoluto,vel promiſſo à dictis debitorib⁹: & tales refutationes valeant,& teneant,& perpetuò obſeruētur· perinde ac ſi factæ eſsēt per legitimum ſyndicum, vel ab aliis non ſubiectis,qui recipere deberēt,& pecunia fuiſſet conuerſa in utilitatem vniuerſitatis,vel collegii,vel non ſubiecti. Et ſit in electione petentium alteram ex viis ſupradictis, & remediis eligere: & vna electa poſſint ad aliam recurrere. Et nihilòminus omnes ſimul petere,& proſequi vſq; ad ſatisfactionem debiti poſſint nihilo obſtāte.Et teneātur Poteſtas,& Cap. ſiue Iudex appellationis præciſe cōpellere ad petitionem prædictorum illos, qui dicuntur eſſe debitores prædictorum collegii,& vniuerſitatis non ſubiecti, confiteri, vel negare, an ſint debitores, & in quanta quantitate.Et ſi reperti fuerint in mendacio: condemnētur communi Camerini in xxv. lib.den.

lib.den. pro qualibet vice. Et nihilòminus quantitatem debitam ſoluere teneantur, vel compellantur, vt ſupra dictũ eſt. Et intelligantur eſse tali collegio, vel vniuerſitati obligati, & ab eis recipere debere eo ipſo, quòd habebunt inſtrumentum conſeruationis indemnitatis, vel promiſſionis debiti à ſyndico, actore, vel procuratore collegii, vel vniuerſitatis, vel prælato eorundem, qui ſit, vel fuerit tempore contractus: qui conſueuerit vtiliter facere facta vniuerſitatis, vel collegii: habita ſummaria cognitione, vel etiam qui habuerint alias probationes legitimas ſaltem duorum teſtium, & in fauorem prædictorũ obligatorum locum habeant omnia ſtatuta loquentia de fideiuſſoribus, & de confeſſionibus: perinde ac ſi haberent prædicta inſtrumenta conſeruationis, & confeſſionis legitime confecta. Et contra dicta inſtrumenta conſeruationum, quæ haberẽt, aut alias probationes (ſicut ſupradictum eſt) non poſſint opponi, niſi exceptiones, quæ opponuntur contra confeſſiones: nullitatis autem exceptio, vel alia dilatoria, declinatoria, vel perẽptoria nulla poſſit opponi. Et hoc capitulum præciſe debeat obſeruari: non obſtante aliquo capitulo, ſtatuto, vel reformatione, vel ordinamento præcedente, vel ſequente cuiuſcunq; tenoris exiſtat: & etiam ſi oporteret, quòd expreſse mentio fieret de verbo ad verbum in præſenti ſtatuto. Et iſtud capitulum nullam recipiat interpretationem, vel declarationem per aliqua iura ciuilia, vel canonica, vel municipalia: ſed ad literam obſeruetur, ut uerba ſonant.

Quòd non detur licentia alicui exbãnito ueniendi Camerinum ſine licentia creditoris. Rub. 72.

QVoniam nõ parum iuſtum, & rationi diſſonum eſse uidetur, quòd debitori, uel debitoribus alicuius, uel aliquorum ciuium comitatẽſium, uel diſtrictualium ciuitatis Camerini, ſine ſui creditoris, uel creditorum uoluntate in ciuitate, uel comitatu, uel diſtrictu Camerini detur aliqua licentia permanendi, uel etiam redeundi: Per præſens capitulum perpetuò ſeruandum ordinamus, quòd non poſſit per aliquod conſilium cõmunis, vel populi, uel congregationẽ rectorum artium, uel per aliquem officialem cõmunis Camerini alicui debitori alterius contumaciter exbannito ſecundúm formã ſtatutorum ciuitatis Camerini concedi, uel dari licentia, ſiue terminus ueniendi, uel ſtandi in ciuitate, uel burgis, comitatu, uel diſtrictu Camerini ſine licentia, & uoluntate ſui, uel ſuorum omnium creditorum, nec banni terminus prorogari prætextu alicuius reformationis, nec aliquid ei, uel eis fieri per directum, uel per obliquum, quo mediante poſſit ſine ſuorũ creditorum licentia, ac etiam uoluntate in ciuitate, comitatu, uel diſtrictu Camerini uenire, ac etiam commorari. Et ſi Poteſtas, uel Cap. ſiue Iudex appellationis, uel Capitanei artium, uel alter ex eis, uel aliquis officialis communis Camerini contra ſupradictam formam, licentiam aliquam alicui conceſserit: puniatur quilibet concedens licentiam in centum lib.den. Et in eadem pœna ipſos Poteſtatem, & Capitaneũ, ſiue iudicem appellationis, uel alterum eorum, uel ex eorum familiis, uel Capitanei artium puniri iubemus pro uice qualibet, ſi contra prædicta aliquid propoſuerit in aliquo conſilio cõmunis, uel populi Camerini, uel ſapientum, uel capitaneorum artium, uel contra prædicta aliquid reformari permiſerit. Et qui contra prædicta, uel in aliquo prædictorum conſiliorum allegauerit in xxv. lib.den. debeat condemnari. Et nihilòminus licentia data contra dictam formam non ualeat, nec teneat ullo modo. Et non dicatur, nec intelligatur dictum bannitum de dicto banno exiisſe et exemptum eſse: et de prædictis poſſit quilibet accuſare. Et Poteſtas, & Cap. ſiue Iudex appellationis, & alter eorum, & eorum alterius officiales de prædictis penitus debeant ſyndicari. & ſi reperti fuerint contrafeciſse, condamnentur reperti contrafacientes in pœna ſuperius nominata.

Quòd forenſes eodem modo tractentur in Ciuitate Camerini quo Camerinenſes alibi tractantur. Rub. 73.

CVM iure diuino, & humano ſcriptum ſit, quòd quiſq; iuris in alterum ſtatuerit, ipſe eodem iure uti debeat, & alibi eadem menſura, qua menſi fueritis, remetietur, &

vobis. Et Camerinenſes in ciuilibus cauſis malè tractẽt in aliis ciuitatibus,caſtris; uillis, & locis. Dicimus, & ordinamus, quòd forẽſibus in cauſis ciuilibus illud idem ius fiat, & eodem modo tractentur à Camerineñ.& ab officialibus Camerini in inſtrumẽtis, & iuribus,ſicut audiuntur,& tractantur Camerineñ. in ciuitate,terra,& loco,de qua,vel quo eſt ille forenſis,qui petiit in Camerino ſibi fieri rõnẽ,quibus per præſens ſtatutum nolumus derogare. Et quòd nullus forenſis,qui familiariter habitet,uel ſtationem,uel fundicum,ſiue apothecam habuerit in ciuitate Camerini capi poſſit ſine citatione facta de eo, etiã ſi aduerſarius iurauerit eſſe ſuſpectum,uel dixerit fugitiuum.

Quòd,illud ius ſeruetur clericis,quod ſeruatur laycis in curia clericali. Rub. 74

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd Poteſtas,& Cap. ſiue iudex appellationis, & eorũ & cuiuslibet eorum iudices,et officiales communis illud ius ſeruent in ciuilibus cauſis poſtulantibus,uel agentibus clericis,et eccleſiaſticis perſonis nomine eorum, uel eccleſiarum in Camerino in ſeculari curia contra ipſos laycos, quod ſeruant in clericali curia laycis agentibus contra clericos,et perſonas eccleſiaſticas. Et locum habeat tàm in inſtrumentis confeſſionis, quàm in omnibus aliis eorum iuribus ciuilibus: aliquo ſtatuto. Epiſcopali, uel generali non obſtante, quæ quo ad eos locum non intelligantur habere, et prædicta locum non habeant in legatis,et relictis ad pias cauſas, et promiſſionibus, et obligationibus factis prædicta de cauſa,et inſtrumentis locationum,et coptumorum rerum eccleſiaſticarum.

De pœna uendentis rem, lite mota. Rub. 75.

SI quis litem,uel quæſtionem haberet cum aliquo de aliqua re,uel aliqua parte, et lite, et quæſtione mota de dicta re,dictam rem uendiderit, donauerit, uel alienauerit, uel ex ea ius,uel actionem dederit,uel ceſſerit alicui: puniatur in c. lib.den. Et ad tollendũ dubitationem,quando lis mota intelligatur. Volumus,quòd quotieſcunq; fuerit citatus aliquis occaſione rei per eum poſſeſſæ,intelligatur lis,uel quæſtio mota,dummodò proſequatur ad alios actus,uſq; ad ſententiam incluſiue. Et ſi poſtmodum ipſam rem uendiderit,uel donauerit,uel alienauerit,uel ex ea ius,uel actionem dederit,uel ceſſerit alicui, uel poſſeſſionem in alium trenſtulerit,teneatur in omnibus,et per omnia,ac ſi eam poſſideret:Et perinde procedat iudicium,petitio,ſiue libellus,ſiue facti narratio contra eum, ac ſi uerè poſſideret. Et ſi non poſſet probari de alienatione, uel translatione poſſeſſionis in alium, et poſt oblatam patitionem, uel facti narrationem poſſeſſio in alium petuenirit: perinde procedat iudicium, et ſententia et executionis ipſius ſententiæ petitio, ſiue narratio contra primum porrecta,ac ſi à principio contra ſecundùm poſſeſſorem eſſet res petita, non obſtante,quòd alius poſſideret,quàm primò conuentus, contra quem fuiſſet oblata petitio,ſiue narratio,ac ſi nomen eius eſſet expreſſum in petitione,ſiue facti narratione.Et ad obuiandum fraudibus illorum,qui transferunt poſſeſſionẽ in alium. Statuimus,quòd ſi aliquis uolens rem ab aliquo petere,uel hypothecaria agere,uel alium reale iudicium intentare,petierit coràm iudice aduerſarium citari, uel interrogari, ſi poſſideat rem,uel non,etiam nulla petitione, uel facti narratione oblata: iudex teneatur talem cogere confiteri, uel negare. Et ſi confitebitur ſe poſſidere, iudex teneatur eidem præcipere,quòd non alienet rem,uel poſſeſſionem, nec in alium trãsferat: et perinde contra talem confitentem procedat iudicium, ac ſi uerè poſſideret tempore litis conteſtatæ,et etiam tempore ſententiæ: capitulo aliquo non obſtante, uel aliquo alio,quod poſſet in contrarium allegari.

Quòd Poteſtas,uel Cap. ſiue iudex appellationis, et eorum iudices exequi teneantur inſtrumenta continentia pacta de confeſſione facienda, uel quòd capi poſſit poſſeſſio propria autoritate. Rub. 76.

ITem ſtatuimus, et ordinamus,quòd ſi aliquis oſtenderit inſtrumentum, in quo contineatur de confeſſione facienda, et pactum reſeruationis dominii,vel poſſeſſionis, uel quòd poſſit ſua autoritate ingredi,uel apprehendere poſſeſſionem, et tenutam alicuius

rei

rei ſua autoritate,uel reſeruauerit ſibi manus iniectionem ſuper ſua re,uel quam poſſederit tẽpore appoſitionis dicti pacti: quòd Poteſtas,et Cap. uel iudex appellationis, et eorum,et cuiuslibet eorum iudices,et officiales viſo tali inſtrumento teneantur, et debeãt talem ius habentem ex dicto inſtrumento ponere,immittere,atq; inducere: et etiam defendere per ſuos familiares,et nũcios in tenutã, et poſſeſſionem ipſarum rerum,et etiam ſua propria autoritate: talis,cui promiſſio facta fuerit,poſſit eam ingredi, apprehẽdere, et detinere: non obſtante,quòd tales res dicerentur poſtea alienatæ,vel ad alium translatæ,uel per alium dicerentur poſſideri, niſi apponeretur,et oſtenderetur de iure, vel de poſſeſſione quæſita ante pactum prædictum. Et ſi Poteſtas,uel Cap.ſiue iudex appellationis,et eorum,uel alicuius eorũ officiales, ſeu iudices fuerint in prædictis negligẽtes xxv. lib.den.pœnam incurrant. Vendentes autem,vel alienantes res aliquas in hypotheca, et obligatione ipſarum rerum venditarum,vel alienatarum pro precio, uel in exactione precii,vel alterius rei, quæ haberetur loco precii ipſarum rerum alienatarum, omnibus creditoribus emptorum,uel alienationem recipientium,uel poſſidentium tales res alienatas præferantur. Et ſi venditor petierit ſe immitti in tenutam rei venditæ, ſtatim per iudicem,coràm quo fuerit petitum, remittatur,reponatur, ac defendatur in poſſeſſione rei venditæ: non obſtante,quòd ab aliquo teneatur,uel poſſideatur.

De pœna uendentis rem pluribus perſonis. Rub. 77

ITem ſtatuimus,et ordinamus,quòd ſi quis uendiderit,uel alienauerit aliquam rem ſuã duobus,uel pluribus in præiudicium, et damnum primi emptoris: incurrat pœnam cẽtum lib.den. ſoluendarum cõi Camerini. Et nihilòminus uenditor teneatur ad damnũ, et intereſſe primo emptori. Et de dicto damno,et intereſſe ſtetur ſacramento ipſius primi emptoris coràm iudice præſtando uſq; ad ſummam xl. lib. den. et ab inde ſupra per ipſum iudicem taxando.

Quo ordine procedatur pro examinandis teſtibus alterius iuriſdictionis. Rub. 78

ITem ſi quæſtio uentilaretur in curia ciuitatis Camerini,in qua oporteat aliquam partiũ teſtes alterius iurisdictionis inducere: Poteſtas, & Cap. ſiue iudex appellationis, ſeu iudex, coràm quo quæſtio uentilabitur,debeat per ſuas literas notificare, & requirere rectorem ipſius terræ, de qua eſſent teſtes, quos aliquis inducere uellet,ad petitionem illius, qui peteret teſtium productionem,ut cogat illos teſtes ueritatis teſtimonium perhibere ſuper intentionibus producendis. Qui teſtes debeant per partem examinare uolentem, nominari in iudicio ante commiſſionem. Et hoc intelligatur in ciuilibus quæſtionibus. Et ut dicta dictorum teſtium remittat per fidelem notarium publicum ipſius rectoris expenſis petentis,& ipſos teſtes examinatos ſigilli munimine roboratos, & cum literæ deſtinarentur Poteſtati,uel Cap. Iudex quæſtionis debeat requirere partem aduerſam, ſi uelit eſſe, uel mittere ad uidendum iurare teſtes,& ad proponendum iura ſua, quæ de iure ſibi liceat proponere, & ad dandum interrogatoria ſi uoluerit.

Quòd ſtatuta loquentia de Poteſtate,& Capitaneo intelligantur,& de eorum iudicibus. Rub. 79.

ITem quia capitula plurima ſtatutorum ſolum de Poteſtate, & Cap.in cauſis ciuilibus faciunt mentionẽ, ut ipſorum contrarietas incidatur. Statuimus,& ordinamus, quòd ſtatuta, quæ in cauſis ciuilibus loquuntur ſimpliciter de Poteſtate, & Cap. intelligantur de eorum iudicibus,qui poſſunt de illis quæſtionibus cognoſcere, & ualeant quæ fierent per eos,uel aliquem eorum, ac ſi fierent per Poteſtatem, uel Cap. non obſtante,quòd ſtatuta prædicta, uel aliquod prædictorum tantùm de Poteſtate uel Cap.uel de eorum altero faciat mentionem.

Quòd contractus,& inſtrumenta notariorum,& ſententiæ iudicum Camerini mãdẽtur executioni: nõ obſtante exceptione excõlcationis,& interdicti. Rub.80.

ITem ſtatuimus, & ordinamus,quòd omnes,& ſinguli contractus,& inſtrumenta,et cõfeſſiones, obligationes factæ,& faciendæ per notariũ ciuitatis Camerini,& eius comi-

tatus,& diſtrictus,& ſententiæ latæ,& ferendæ per iudices ipſius ciuitatis ratæ ſint, & firmæ,& plenum robur obtineant firmitatis. & exceptio excõis, & interdicti contra eoſdẽ contractus,cõfeſſiones,obligationes,& ſententias iudicum non poſſit opponi. Et Poteſtas,& Cap.ſiue iudex appellationis,& omnes, & ſinguli officiales teneantur,& debeant prædicta omnia rata,& firma habere, & executioni mandare ſecundùm formam aliorũ ſtatutorum cõis Camerini, & iuriſdictiones communis. Et qui auſu temerario attentauerit opponere contra prædicta, vel aliquod prædictorum, quo minus prædicta rata ſint & firma,vel in aliquo contra ire: ponatur in perpetuo banno cõis Camerini, & omnia ſua bona cõmuni Camerini penitus applicentur. Et officiales eiuſdem communis,qui pdicta non obſeruauerint,& aduocatus,qui contra prædicta aduocauerit, uel veniret, & ipſam exceptionem vigore dictarum literarum,& ſententiæ opponeret, pro vice qualibet communi Camerini in x. lib. den. condemnetur. Et Poteſtas,& Cap. ſiue Iudex appellationis,& eorum officiales, & cuiuslibet eorum teneãtur præciſe prædicta facere obſeruari. Et ſi eſſent negligentes, & prædicta non obſeruarent, & non obſeruari facerent: quilibet eorum de eorum ſalario c. lib. den. ſoluere teneatur. Et hoc locũ habeat, tàm in præterito tempore,& præſenti,quàm in futuro.

De modo procedendi per arbitros,& eligendi tertium Rub. 81.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd ſi vnus,vel duo,uel tres eſſent arbitri, ſeu arbitratores á partibus electi ad compoſitionem aliquam, ſeu diffinitionem amicabiliter faciendam,infrà xv. dies poſtquàm eis fuerit iniũctum,cauſam diffinire debeant: dum nodò duret iuriſdictio arbitrorum,aliàs minus tempus ſtatuatur. Et ſi non concordauerint & erunt pares numero qui habebunt dirimere quæſtionem: Poteſtas, & Cap. ſiue iudex appellationis,vel iudex alterius eorum præcipiat eis,quòd in continenti ſe concordẽnt. Et ſi non concordarent,partes teneantur tertium eligere. & ſi de tertio eligendo nõ fuerint concordes, ipſi arbitratores tertium eligere teneantur. Et ſi ipſi arbitratores de tertio eligendo non fuerint cõcordes,Poteſtas,vel Cap.ſiue iudex appellationis, uel iudex alicuius eorum cogat partes perſonaliter ad eligendũ tertium. & ipſo tertio electo per dictas partes, iudex præcipiat,& mãdet quòd deinde ad octo dies poſt tertium eis datũ, diffiniant quæſtionem: ſi durat iuriſdictio arbitrorum,vel arbitratorum: aliàs minus tẽpus ſtatuatur. Et ſi omnes non concordarent,ſaltem maior pars debeat concordare: ita, quòd infrà dictum terminum diffiniant quæſtionem: & præciſe debeant terminare, ſeruato in omnibus ordine compromiſſi. Et id, quod per maiorem partem factum fuerit,in uiolabiliter obſeruetur: dummodò non fuerit contradictum. Si verò cõpromiſſum factum fuerit, quod de iure cognoſcere debeant, infrà terminum triginta dierum, poſtq̃ præceptum fuerit à Poteſtate,vel Cap.ſiue iudice appellationis, vel à iudice alicuius eorum, quæſtionem debeant diffinire: dummodò duret iuriſdictio arbitrorum: aliàs minus tempus ſtatuatur arbitrio iudicis. Et ſi non diffinierint, & terminauerint quæſtionẽ infrà terminum eis datum, vel præfixum,quocunq; modo habeant cognoſcere, vel diffinire: ſoluant pro vice qualibet,qua eis præceptum fuerit,& præceptum non compleuerint pœnæ nomine communi Camerini c.ſol.den. Et Poteſtas,& Cap. ſiue iudex appellationis dictam pœnam de facto pro communi Camerini exigere teneantur. Teſtes aũt, quos partes inducere voluerint coràm arbitris,vel arbitratoribus, Poteſtas,& Cap.ſiue Iudex appellationis,& iudex alicuius eorum, compellant veritatis teſtimoniũ perhibere. Et omnia lauda,& diffinitiones ab aliquo arbitro, vel arbitris,arbitratore, vel arbitratoribus pronunciata,uel laudata,vel pronunciatas,vel laudatas grata,& gratas firma & firmas: Poteſtas, et Cap.uel iudex appellationis habeant, et habere debeant, et teneã tur ea,& eas executioni mandare: & ſic partes teneantur obſeruare præciſe: dummodò eis infrà x. dies non fuerit legitimè contradictum,vel ſi fuerit contradictum,in contradictione ſuccubuerint contradicentes. Volumus inſuper ſtatuentes, vt arbitri,et arbitratores materiam prorogandi quæſtiones non habeant: quòd ſi arbitri, vel arbitratores electi

electi à partibus,ſiue eligendi non laudauerint infrà tres menſes à die celebrati, et acceptati compromiſſi: ab inde impoſterùm laudare, ſeu arbitrari non valeant vllo modo: et compromiſſum ſit nullum, et inutile penitus habeatur. Prӕterea cum plerũq; cõtingat,quòd arbitri,& arbitratores recipiunt à compromittentibus extrà inſtrumẽtum cõpromiſſi,obligationes,et promiſſiones,inſtrumenta mutui,vel depoſiti, vel alia, ut tales compromittentes laudum ferendum obſeruẽt. Et poſtea laudo ſeruato, tales obligationes quandoq; liberare recuſent. Volumus,et ordinamus, quòd omnes illi, qui impoſterum cum inſtrumento, vel ſine taliter aliquibus arbitris,vel arbitratoribus,vel alii obligantur,vel qui impoſterùm fuerint obligati occaſione prӕdicta, vel promiſſionẽ aliquã dicta occaſione facerent: quòd ſtatim laudo ſeruato, et executioni mãdato, uel elapſo tempore infrà quod laudum ferri debeat,uel deberet, tales promiſſiones, obligationes, et inſtrumenta dicta occaſione facta:ſint,et eſſe intelligantur caſſa, et uana, et caſſa ſint, et nullius efficaciӕ,uel ualoris. Et Poteſtas,et Cap.ſiue iudex appellationis ad pœnam c. lib. den. pro quolibet ad petitionem cuiuslibet petentis,ſeu poſtulantis ea tolli,et caſſari faciant: probato quòd factӕ fuerunt,vel ſint occaſione prӕdicta. Hoc tamen locum ſibi non uendicet in promiſſionibus, et obligationibus,quӕ fierent in cõpromiſſo, aut per compromiſſum, quӕ prӕdictis non obſtantibus in ſuo ſtatu debeant permanere. Et ad prӕdicta procedatur per Poteſtatem, vel Cap.ſiue iudicem appellationis ſummarie ſine ſtrepitu,et figura iudicii: non obſtante capitulo confeſſionis,nec aliquo alio.

Quòd lites, et diſcordiӕ inter conſanguineos,et affines compromittantur,et quomodo in eis procedatur — Rub. 82.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd ad conſeruationem parentelӕ,& amoris,& charitatis inter conſanguineos, & affines. & ad ceſſandas lites,diſcordias,& odia inter eos, quӕ de quӕſtionibus,cauſis,& litibus ciuilibus inter eos interdum orirentur,& oriri poſſent: D.Poteſtas,& Cap. ſiue iudex appellationis, & quilibet eorum poſſint, teneantur, & debeant mota lite, quӕſtione,cauſa,vel controuerſia coràm eis, vel aliquo eorum iudice inter conſanguineos, vel affines vſq; in tertium gradum incluſiue,ſecundùm ius canonicum computandum,cogere partes ad eligendum,& compromittendum de iure, & de facto in duos conſanguineos, vel affines,vel alios amicos communes, de quibus partes concordauerint · ita quòd omnino compromittant infrà quindecim dies à die motӕ litis,controuerſiӕ,vel quӕſtionis,& etiam poſtea, ita, quòd omnino compromittant, & pars non compromittens infrà quindecim dies condemnetur in x. lib. den. de facto ſine proceſſu aliquo auferendis: & nihilòminus compromittere teneatur, & compellatur:& compromiſſum fieri debeat ſecundùm conſuetudinem ciuitatis Camerini, dummodò de iure,& de facto, niſi aliter partes eſſent in concordia. Et intelligatur lis mota,vel controuerſia,vel quӕſtio per porrectionem libelli, ſeu ſimplicis petitionis, ſeu per citationẽ partis: non obſtante aliqua exceptione,quӕ proponeretur contra perſonam agentis, vel petentis compromiſſum fieri, vel contra petitionem,libellum,vel facti narrationem. Et arbitros,& arbitratores cogere poſſint,& debeant ad laudandum,arbitrandum,& diffiniendum, ac ſententiandum,& terminandum infrà duos menſes à die facti compromiſſi computandos: & ſi arbitri,& arbitratores non erũt concordes infrà vnum menſem à die facti,& acceptati compromiſſi,computandum, D.Poteſtas, vel Cap. ſiue iudex appellationis,uel iudex alicuius eorum,coràm quo eſſet quӕſtio, lis,vel cõtrouerſia, cogat partes perſonaliter ad eligendum tertium in arbitrum,et arbitratorem: quem dictӕ partes voluerint,et idoneum crediderint ad prӕdicta,infrà tertiam diem: receptis et electis à qualibet parte decem ſuſpectis,et decem confidatis de ciuitate,burgis,comitatu,uel diſtrictu Camerini ad pœnam.c.ſol.den.pro quolibet contrafaciente. Et ſi repertũ fuerit in aliquo concordare,debeant Poteſtas, et Cap. ſiue iudex appellationis, uel aliquis iudex ipſorum cogere dictas partes ad dandum dictum tertium pro tertio arbitro, et arbitratore. Et ſi in aliquo non concordarent partes prӕdictӕ, dicti arbitri, et arbitratores

infrà tres dies eligant, quem voluerint de ciuitate,burgis,comitatu,vel diſtrictu Camerini: dummodò non eligant de ſuſpectis, vel confidatis partium prædictarum ad pœnã. c.ſol. pro quolibet contrafaciente. qui arbitri, et arbitratores infrà ſecundùm menſem à die electionis tertii, et acceptationis computandum diffinire, laudare,et terminare debeant pœna xxv. lib.den. partibus non eligentibus,et non cõpromittentibus infrà quindecim dies,vt dictum eſt, et arbitris,et arbitratoribus nõ finientibus, et laudantibus infrà dictum tempus (vt ſupradictum eſt) pœna xxv. lib.den. pro quolibet de facto, et ſine vllo proceſſu,vel còndemnatione auferenda per Poteſtatem, vel Cap. ſiue iudicem appellationis. Et nihilòminus partes eligere,et compromittere; et arbitri, et arbitratores laudare, et diffinire infrà tantundem tempus ſub dicta pœna penitus teneantur. Et poſſint, et debeât D. Poteſtas,et Cap. vel iudex appellationis,et quilibet eorum, et iudices eorum contendentes partes,et quamlibet cogere,et etiam litigãtes, et arbitros, et quêlibet eorum perſonaliter,et realiter capere,et detinere,carcerare,et pignorare, et mulctare,et alia grauamina realia,et perſonalia inferre,et imponere: quæ, et quoties, et put viderint conuenire,ad hoc vt partes compromittant. Et illi, in quos compromiſſum fuerint: acceptent,laudent, et diffiniant, vt dictum eſt. Et ipſis nõ diffinientibus,vel laudantibus infrà dictos duos menſes,compromiſſum cenſeatur expiraſſe. Et pro obſeruatione,et executione omnium prædictorum, et de prædictis,et de grauaminibus,quæ inferrentur,vel imponerentur pro prædictis,aut prædictorum occaſione, et obſeruatione, et executione,D. Poteſtas,et Cap.ſiue iudex appellationis,et eorũ iudices, et officiales, et familiares,vel aliquis eorum non poſſint,nec debeant ſyndicari,grauari, vel moleſtari. Et eorum ſyndici,et ſyndicatores nullam de prædictis cognitionem habeant contra eos: non obſtãtibus ſtatutis,et ordinamẽtis loquẽtibus de ſyndicatu Poteſtatis, vel Capitanei,ſiue iudicis appellationis: et non obſtante aliquo ſtatuto, vel ordinamento in cõtrarium loquẽtibus. Sed ſi D.Poteſtas, et Cap. ſiue iudex appellationis, uel alter eorũ in prædictis,vel aliquo eorum in executione fuerint negligentes:in.c.lib.den.pro quolibet eorum debeant condemnari per ipſorum ſyndicos ex officio ſyndicatus,vel ad petitionem cuiuſcunq;. Et prædicta locum habeant in omnibus litibus,et quæſtionibus motis,et mouendis. et etiam prædicta locum habeât in minoribus, pupillis, et filiisfamilias tantùm. prædicta omnia,vel aliquod eorum locum ſibi non vendicent in cauſis, litibus, et quæſtionibus,ac controuerſiis inſtrumentorum cõfeſſionatorum, uel quæ in ipſis, vel ſuper ipſis inſtrumentis confeſſionatis verterentur, et in cauſis, litibus, et controuerſiis, quæ deciderentur,uel decidi poſſent per inſtrumenta publica,et authentica, etiam ſi ipſa inſtrumenta liquidatione indigerent: non obſtante ad prædicta omnia, uel aliquod eorum aliquo ſtatuto,vel reformatione: nec aliquo generali, vel ſpeciali incontrarium loquente. Item addimus dicto ſtatuto,quòd arbitri,et arbitratores, qui eligerentur per dictas partes,teneantur,et debeant partes ipſæ eligentes, et quelibet ipſarũ partium arbitrum ſuum facere acceptare infrà tres dies à die, qua ipſos,vel ipſorum quemlibet elegerint,ſub pœna x. lib.den.pro qualibet partium, quæ arbitrum,uel arbitratorem ſuum non fecerit acceptare, quæ pœna exigi debeat de facto per iudicem,coràm quo eſſet cõpromiſſum petitum. Et ſi Iudex dictam pœnam non exigeret: intantũdem tempore ſui ſyndicatus condemnetur. Item addimus dicto ſtatuto, quòd arbitri,et arbitratores, diuiſores,ſeu amicabiles compoſitores teneantur,et debeant per eorum laudum, ſeu arbitralem ſententiam diffinire,et terminare cauſam in eis compromiſſam infrà tempus in dicto ſtatuto,ſeu compromiſſo contentum ſub pœna,et ad pœnam.c.lib.den.pro quolibet ipſorum arbitrorum,ſeu arbitratorum, diuiſorum, ſeu amicabilium compoſitorum exigendarum de facto per dictum Poteſtatem,uel Capitaneũ, uel iudicem appellationis ciuitatis Camerini, aliàs dicti Poteſtas,et Cap. ſiue iudex appellationis,qui negligentes fuerint in prædictis,in tantundem tempore ſui ſyndicatus condemnentur: et dictum tẽpus prorogari poſſit de ipſorum compromittentium uoluntate per xv. dies continuos,et

non

non vltrà. Et quòd præfatis arbitratorbius prouideatur per partes de competenti mercede arbitrio Poteſtatis, vel Capitanei, ſiue iudicis appellationis ciuitatis Camerini.

De contractibus minorum, et ſolennitatibus in eis ſeruandis. Rub. 83.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd donationes, venditiones, alienationes, ceſſiones, & quietationes quarũcũq; rerum, actionum, vel iuriũ ſub quacunq; forma contractuũ verborum à puberibus, ſeu adultis minoribus xxv. annis ſine iuramento corporaliter pſtito, aut cum ipſo iuramento, & abſq; præſentia, & conſenſu duorum, vel triũ proximiorum conſanguineorum, ſi extant, vel ſaltim affinium, ſi conſanguinei non extant, & ſine decreto competentis iudicis, & inſinuatione facienda in actis, cum quibuſcunq; fieri, nec aliquatenus celebrari valeat. Et ſi facti, vel celebrati fuerint non ſeruatis omnibus ſupradictis ſolennitatibus, præſumantur, & fingantur doloſe extorti, & facti: & nullam obtineant firmitatem. Et nihilòminus contrahens cum minore contra formam ſuperius annotatam, iudicis arbitrio puniatur, & ad ſubueniendum ſimplicitati contrahentium cũ minoribus. Volumus quòd ſi notarius cauſarũ ciuilium de inſinuatione rogatus, ſe in aliquo dictorum inſtrumentorum ſubſcripſerit, aſſerens ſe de inſinuatione talis contractus rogatum eſſe cum appoſitione ſigni, habeatur pro plena, & perfecta inſinuatione: & habeat roboris firmitatem: non obſtantibus aliquibus in contrarium loquentibus. Et iſtud ſtatutum obſeruari volumus in omnibus, & quibuſcunq; inſtrumentis quomodocunq;, & qualitercunq; ſub quacunq; forma, & ſerie, & conceptione verborum per dictos minores xxv. annorum fiendis etiam cum duobus, vel plnribus iuramentis appoſitis, & per ipſos minores ſuper dictis inſtrumentis præſtitis. Et eandem formam ſeruari volumus, & mandamus in contractibus mulierum, etiam maiorum, & in quibuſcunq; contractibus donationum bonorum, & iurium quorũcũq; per quaſcunq;, tàm maiores, quàm minores factarum ad obuiandum fraudibus, quæ quotidie fiunt etiam contra Cameram Apoſtolicam, & priuatas perſonas. Et prædicta non vendicent ſibi locum in qnaſi contractu. Et quod diximus de eadem forma ſeruanda in contractibus mulierum etiam maiorum, locum habere volumus in contractibus futuris, & non præteritis.

Quòd poſſeſſiones laborentur per homines caſtri, uel uillæ, in quorum pertinentiis poſitæ ſunt. Rub. 84.

SI quis habuerit, vel habet poſſeſſionem, terram, vel vineam in pertinentiis alicnius caſtri, vel villæ, vel contratæ comitatns, vel diſtrictus Camerini, quæ terra, poſſeſſio, ſeu vinea conſueuerit laborari per homines ipſius caſtri, vel contratæ, vel villæ in cuius pertinentiis ſunt: homines caſtri, vel villæ, vel contratæ debeant, & teneantur dictam terrã, vel vineam, vel poſſeſſionem congruo tempore laborare, & colere, & manutenere, & nullam fraudem, ſeu culpam committere in laborando: & reddere Dño rei, vel vero poſſeſſori partem fructuum ipſius terræ, vel vineæ, quæ hactenus cõſueuerit reddi, vel quæ redditur de aliis terris, vel vineis ſtãtibus circa ipſam terram, vel vineam, & ſecundùm eſtimationem tructuum rei exiſtentis iuxtà ipſam rem. Et ſi homines caſtri, vel villæ prædicta non fecerint, teneantur ſatisfacere Dño rei, vel vero poſſeſſori damna, & intereſſe ad eſtimationem duorum hominum dictæ ciuitatis Camerini, qui per Poteſtatem, vel Capitaneum, vel iudicem appellationis eligerentur. Et nihilòminus eſtimationem fructuũ ipſarum terrarum, vel vinearum, quæ non laborarentur, Dño rei, nel vero poſſeſſori, ſoluere debeant ad dictum, & eſtimationẽ hominum prædictorum. Si autem homines caſtri, uel villæ ipſas terras, vel vineas laborare recuſauerint, ſeu neglexerint, vel fraudem in laborando commiſerint, Dominus, uel verus poſſeſſor terræ, vel vineæ proteſtari debeat hominibus, qui propinquius habitarent iuxtà ipſam terram, nineam, vel poſſeſſionem, vt ipſam terram, vineam, vel poſſeſſionem debeãt laborare. Et ſi proteſtatus fuerit ſyndico, vel ſubſtituto ab eo, ſeu vicario ipſius caſtri, uel villæ, ſeu contratæ, in qua erit dicta terra, vinea, uel poſſeſſio, vel præceptũ emanauerit ex parte alicuius iudicis, quòd eam laborare debeant, vel proclamatio facta fuerit per aliquem baiulum in dicta villa,

vel caſtro, vel ex patte Poteſtatis Capitanei, uel iudicis appellationis, vel eorum, vel cuiuſcunq; ipſorum iudicis, quòd talis terra, vinea, vel poſſeſſio debeat laborari per homines dictorum caſtrorum, villarum, ſeu locorũ. & ſi cõtrafecerint: Poteſtas, & Capitaneus uel iudex appellationis, teneantur hominibus dicti caſtri, in cuius pertinentiis eſſet dicta terra, vinea, ſeu poſſeſſio L. lib. den. auferre pœnæ nomine: ſi fuerit villa, hominibus dictæ villæ xxx. lib. den. Et nihilòminus caſttum, uel uilla dãnum, & intereſſe dño rei, uel uero poſſeſſori reficere teneatur. Et Poteſtas, & Cap. uel iudex appellationis ei tefici facere teneãtur ad petitionem illius, cuius fuerit terra, uel uinea, uel poſſeſſio. Et nihilòminus ipſos homines caſtri, uel uillæ conſtringere teneatur ad laborandum ipſam tetram, uel uineam, & ad reddendum partem fructuum iuxtá cõſuetudinem contratæ, ut ſupra, & ad faciendum, & obſeruandum omnia, & ſingula ſuptadicta. Inſuper uolumus, quòd ſi in comitatu Camerini eſſet aliqua res, aut poſſeſſio, quam homines caſtri, uel uillæ, ſeu loci nollent laborare ptopter metum, uel minas alicuius, aut alia qualibet cauſa, Poteſtas ſeu Cap. uel iudex appellationis teneatur, & debeat poena c. lib. den. cogere caſtrũ, uillam, locum, aut ſpecialem perſonam ex præmiſſis caſtro, uilla, loco, qui eã rem, aut poſſeſſionem ſemel, aut pluries laborare, & colere conſueuetit, ad laborandum, & colendũ dictam rem, aut poſſeſſionem: & ad reddendum, & ad apportandum partem fructuum illi, cuius fuerit dicta res, ſeu poſſeſſio, uel vero poſſeſſori. Et ſi caſtrum, uilla, aut ſpecialis perſona, quam dñs tei ad laborandum elegerit, noluerit, aut neglexerit obedire, teneatur Poteſtas, ſeu Cap. uel iudex appellationis auferre pœnæ nomine à caſtro. c. lib. den. à uilla L. lib. den. à ſpeciali perſona xxv. lib. den. Et nihilòminus laborari, & coli, & fructus reddi facere, & aſportari teneantur, & dãnum patienti, & fructus, qui petderentur de re non laborata, ad dictum, & declarationem hominum eligendorum per homines, quorũ fuerint poſſeſſiones, uel ueros poſſeſſores, reſici facere teneantur. Addimus, quòd ſi de pertinentiis caſtrorum, et uillarum fuerit dubitatio, ſeu contentio inter homines caſtrorum, et uillarum, quòd homines adiacẽtiores, & proximiores dictæ poſſeſſionis illius caſtri, uel uillæ, conſtringantur ad laborandum poſſeſſionem, uel uineam per Poteſtatem, uel Capitaneum, ſiue iudicem appellationis, uel ipſorum officiales ad petitionem illius, cuius fuerit poſſeſſio, uel uinea ſub poena ſuperius declarata.

Quòd ius laboratoris, uel coptumatoris rei uenditæ pro certo tempore ſit ſaluum. Rub. 85.

SI quis uendiderit, aut alienauerit aliquam rem, quam haberet ad laboritium, uel ad coptumum, uel donauerit, uel conceſſerit fructus rei locatæ ad coptumum, uel ad laboritium: ius laboratoris, uel coptumatoris pto ipſo anno in quo fiet uenditio, uel alienatio, ſit ſaluum: & ei integre reſeruetur: non obſtante, quòd in contractu uenditionis, uel alienationis, non fieret mentio, quòd ius laboratotis, uel coptumatoris ei reſeruetur: quòd idem laboratot, uel coptumator habeat ſuper fructibus rei uenditæ. Et ſi in re uẽdita non eſſent fructus, ſed eſſet noualis, ius laboratoris, uel coptumatoris reſeruetur ſuper fructibus, qui erunt ſuper ipſa re futuræ æſtatis, et uindemiæ: niſi forte uẽderetur res uendita expreſſe cum iute laboratoris, uel coptumatoris: ſed præiudicet venditori alienanti pro futuro tempore poſt tempus alienationis: in quo ius conductori non eſt reſeruatum. Idem in tenutis datis ex primo, et ſecundo decteto.

Quòd non poſſit recipi ab aliquo res aliqua ad penſionem, laboritium, uel coptumum alii locata. Rub. 86

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſi aliquis clericus, uel laycus locauit, ſeu locauerit alicui aliquam rem ad penſionem, ſiue ad labotitium, uel ad coptumum ad certum tẽpus: durante locatione in præiudicium conductoris nullus poſſit conducete rem locatã ab eo, uel ab aliquo, qui eam rem haberet ab eo. Et ſi aliquis conduceret ipſam rem locatam alteri ab illo clerico, uel layco: talis conductio, uel locatio non ualeat. Et Poteſtas, et Cap. uel iudex appellationis, et eorum officiales communis Camerini teneantur ſecũdùm

dùm conductorem de ipſa re expellere : et dare illam primo conductori : ita quòd in re ſtet vſq; ad definitum tempus primæ locationis . Et prædicta fiant, et executioni mandētur ſummarie ſine ſtrepitu, et figura iudicii ſtatim facta fide de prima locatione : dummodò prædicta intelligantur, ſi conductor pacta ſeruauerit locatori. Et idem dicimus in locatione domorum.

Quòd hebentes arborem in re alterius cogantur uendere illi cuius eſt poſſeſſio, uel terra. Rub. 87.

SI quis habuerit arborem, uel arbores in re alicuius, et ille, in cuius re arbor, uel arbores fuerint, uoluerit eam, uel eas emere : Poteſtas, et Cap. ſiue iudex appellationis, uel eorum iudices illum, cuius fuerit arbor, ſiue arbores, ad uendendum compellāt. Et ſi ille cuius fuerint arbores, uel arbor eam, uel eas uendere uoluerit : Poteſtas, uel Cap. uel iudex appellationis, uel alter eorum, uel aliquis ex iudicibus alicuius eorum, illum, in cuius re arbor, uel arbores eſſent, teneantur compellere ad emendū. Et ſi uenditor, et emptor non poterint concordare de precio, duo boni homines eligantur, ſcilicet à qualibet parte unus, ad eſtimationem arboris, uel arborum, faciendam : et iurare debeant dictā eſtimationem facere ſine fraude : et iurare penitus compellantur. Sed ſi partes fuerint concordes, quòd dicti homines iurare non debeant ad iurandum aliquatenus non cogātur : ſed ſecundùm eſtimationem, quam fecerint ſiue cum iuramento, ſiue ſine iuramento, emptio, uel uenditio arboris celebretur. Et Poteſtas, et Cap. uel iudex appellationis, et eorum, et cuiuslibet eorum iudices teneantur, et debeant executioni mandare ſummarie, ſine ſtrepitu, et figura iudicii, abſq; aliqua petitione, et iuris ſolennitate ſeruata, pœna x. lib. den. pro quolibet officiali contrafaciente, et non mandante prædicta executioni ad petitionem petentis.

De domo, uel turri minantibus ruinam : et quomodo procedatur. Rub. 88.

PRouidere volentes futuris caſibus, quod prudentiſſimum reputatur, dicimus, et præſenti ſtatuto firmamus, quòd ſi aliqua domus, uel turris, ſiue paries minaretur ruinā, et dubitaretur, ne domus uicini lædatur ex tali ruina : quòd facta denunciatione, uel notificatione Poteſtati, uel Cap. ſiue iudici appellationis, uel alicuius eorum iudicibus per illum, qui timuerit ruinam prædictam: debeat dictus officialis mittere magiſtros, vnum, uel plures ad locum: & ſi dixerint dictam domum, turrim, murum, uel parietem eſſe minoſam, uel ex ea timeri ruinam : incontinenti faciat eam, uel eum dirui, et deuaſtari : ita quòd uicinus, et domus uicini timentis ruinam in perſona, uel rebus, nullam poſſit læſionem pati. Et ſi ille, cuius eſſet domus, uel paries, uel poſſeſſor ipſius nollet obedire : puniatur pro quolibet præcepto in x. lib. den. qui à contrafaciente de facto auferantur pro cōi. Et nihilòminus dictum opus demoliri teneatur expenſis domini domus, uel parietis muri, vel turris, uel poſſeſſionis. Et ſi non deſtruxerit poſt præceptum ſibi factum : omne dānum, quod inferreretur alicui per minam ſatisfacere integre teneantur ad pœnam. x. lib. den. pro quolibet præcepto. Et relatio prædictorum magiſtrorum pro plena probatione habeat : & in prædictis procedatur ſine libelli oblatione, & ſine ſtrepitu, & figura iudicii diebus feriatis, & non feriatis. Et ſi aliqua domus, murus, uel paries minatus eſſet ruinam ſuper domum, vel rem alterius vel ſit ad parietē domus alicuius appodiatus per ruinam: quòd teneatur Poteſtas, & Cap. uel iudex appellationis ad petitionem illius, qui ſua dixerit intereſſe : & nullo legitimò intereſſe probato ratione dominii per petentem : dummodò de mina iuſtè dubitetur iudicio duorum magiſtrorum ire, vel mittere vnum ex notariis ſuis ad locum. & ſi inuenerit prædicta vera eſſe : teneatur ſtatim facere leuari ab illo cuius eſſet paries, domus, vel murus, qui minatus eſſet ruinam. Et ſi infrà terminū ſibi aſſignatum per iudicem non eleuauerit, uel reparauerit bene, ita quòd damnum vicino non eſſet, ſiue non inferatur iudicio duorum magiſtrorum eligendorum modo, & forma prædictis : tunc iudex, qui dictum præceptum fecerit, teneatur, & debeat ſibi auferre x. lib. den. nomine pœnæ de facto pro communi Camerini ſine aliqua condemna-

tione. Et nihilominus eum compellere eleuare teneatur: & in prædictis ſimiliter procedatur (vt ſuperius dictum eſt) omni appellatione, & ſapientis petitione ceſſante: & non obſtante, ſi appellaretur, & ſapientis cõſilium peteretur.

De muro communi, quid liceat in eo facere, & de ruina, & refectione illius. Rub. 89.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd quicunq; habuerit murum cõmunem cum aliquo, poſſit facere quicquid vult vſq; ad medietatẽ muri ſine præiudicio conſortis. Et qui cõtrafecerit: ſoluat pro banno xl. ſol. den. refectis expenſis. & ſi aliquis murus communis in ciuitate Camerini, & eius comitatu, & diſtrictu eſſet: qui murus cognoſceretur, & videretur ruere, & ſublamare: quòd volens reædificare dictum murum: poſſit (nolente alia parte) deſtruere, et exfaſciare, & reædificare, & murare expenſis cõmunibus. Et Poteſtas, & Cap. vel iudex appellationis, & officiales eorum debeant cogere ad petitionem cuiuslibet petentis nolentes reædificare murum ad dictam reædificationem ſpatio vnius menſis. & cogatur ꝑ Poteſtatẽ contemnens reddere, et reſtituere reædificanti ab ea die vſq; ad vnum annum medietatem eius, quod expendiderit pœna xxv. lib. den. Et ſtetur ſacramẽto reædificantis cum probatione duorum teſtium. Et ſi Poteſtas fuerit negligẽs in obſeruando, & obſeruari faciendo: puniatur in xxv. lib. den. Et quòd camerarius debeat retinere de ſuo ſalario tempore ſui ſyndicatus.

De ſatiſdatione præſtanda à uolente facere aliquod muralium ex quo dubitatur, ne vicinus lædatur. Rub. 90.

QVia iuri conſonum eſſe putamus, quòd nemo in re ſua talia faciat, propter quæ ſuo uicino dãna eueniant: ordinamus, quòd ſi quis fecerit, vel facere uoluerit aliquod muralium, uel aliud concimen, vel opus in re ſua iuxtà domum, vel aliam rem ſui uicini: quod poſſet minari ruinam, uel cadere in totum, vel in partem, teneatur ad petitionem ſui vicini petentis promittere, & idonee ſatiſdare ad terminum, quem Poteſtas, vel Cap. ſiue iudex appellationis vel aliquis ex iudicibus eorum aſſignabit eidem. quòd ſi occaſione prædicti muralis, ſeu conciminis, ſiue operis: quod faciet, & facere voluerit, domus, ſiue murus, vel res alia ſui vicini minabitur ruinam, vel ceciderit in totum, vel in partem: damnum, quod inde ſequeretur, de ſuo emendet eidem, quod ſi nòn fecerit ad terminum ſibi præfixum (vt dictum eſt) & poſt dictum terminum muralium, concimen, vel opus fecerit, & domus, ſiue murus, & alia res quæcunq; ſui uicini minabitur ruinam, vel ceciderit in totum, vel in partem. L. lib. den. cõi Camerini pœnæ nomine ſoluere teneatur. Et nihilominus damnum, quod inde, vel occaſione prædicta contigerit euenire, illi, cui euenit, per Poteſtatem, vel Cap. vel iudicẽm appellationis, vel aliquem ex eorũ, vel alicuius eorum iudicibus emendare cogantur.

De contractibus iudęorum, & aliorum uſurariorum. Rub. 91.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd inſtrumenta mutui, vel depoſiti, vel alterius contractus, quæ haberent iudęi contra homines, et perſonas ciuitatis, comitatus, & diſtrictus Camerini, quòd non obſtantibus ipſis inſtrumentis ab ipſis debitoribus factis, quod intelligantur ſortes ipſius debiti de decem et octo partibus, vna pars de contentis in ipſis inſtrumentis, & etiam cum ipſi homines occaſione dictorum debitorum, & inſtrumẽtorum ipſorum mutuorum, et factorum cum ipſis iudęis multa dãna incurrant, et ad penuriam nõnulli deueniant, quòd quicunq; de ciuitate, comitatu, vel diſtrictu Camerini cuiuſcunq; conditionis, et ſtatus exiſtat, eſſet obligatus alicui iudeo in aliqua quãtitate, ſiue quantitatibus ex nunc prout ex tunc, ſeu qui in ſututum obligari contigerit, ex quibus appareret aliquod inſtrumentum, ſeu non appareret inſtrumẽta, quòd prædictis obligatis ipſis iudęis, et ipſorum hæredibus, et ſucceſſoribus ſit licitum dare, et ſoluere decimam, et octauam partem quantitatis, ſeu quãtitatum, ad quam, ſeu quas ipſis iudęis obligati eſſent. et quòd ipſa decima octaua pars intelligatur ex nunc autoritate præſentis ſtatuti vera ſors dicti debiti: et quòd poſſint ipſi debitores, et qui tenentur ſoluere ipſas quantitates cui, vel quibus ſunt obligati coràm vno ex iudicibus dñi Poteſtatis, uel Cap.

ſiue

ſiue iudicis appellationis ciuitatis Camerini,& ipſi iudæo præſenti, vel etiam abſenti, tñ citato corám ipſo iudice,ipſam decimam octauam partem dicti debiti proteſtari, & deponere penès aliquem artificem ciuitatis Camerini: & ipſis depoſitis, proteſtatione facta,prædictus,ſiue prædicti,qui eſſet,uel eſſent obligati occaſione alicuius debiti,quòd à dicto debito ex nunc ſint liberati,& abſoluti: ac ſi de ipſo,vel de ipſis debitis haberet,vel haberent quietationem ab ipſo iudæo, et eſſet ſibi facta ſatisfactio de toto debito contẽto in dictis inſtrumentis: et dicta inſtrumenta,et contractus obligationum prædictarum facta depoſitione,et proteſtatione prædicta, ſint nullius valoris,et efficaciæ,vel momenti,et pro caſſis, cancellatis, et irritis habeantur autoritate præſentis ſtatuti. Et prædicti iudæi,uel aliquis ipſorum,uel alter pro eis vigore dictorum inſtrumentorum, ſeu cõtractuum, de quibus facta eſſet per aliquẽ depoſitio, et proteſtatio, vt ſupra continetur,nõ poſſint aliquos debitores,et obligatos eis conuenire,ſeu conueniri facere coràm aliqua curia dictæ ciuitatis, nec contra prædictos obligatos executionem ipſius debiti petere: et curia ipſius ciuitatis ſuper prædictis procedere non poſſit, et proceſſus, qui fieret:non valeat,nec teneat ipſo iure. Et nullus aduocatus, ſeu procurator, vel aliquis alius poſſit ipſis iudæis in prædictis aduocationem,patrocinium,procurationem,auxilium,conſiliũ, vel fauorem præſtare. et nullus notarius poſſit ſcribere. et ſi quis contrafecerit, ſit infamis,& ab omni protectione,& beneficio dicti communis perpetuò excluſus,& priuatus. Et nihilòminus dicti iudæi, qui contra prædictam formam executionem peterent alicuius debiti, non audiantur in ciuili iudicio. Et quia ex debitoribus quàmpluribus ipſorũ iudæorum remanſerũt hæredes, & pupilli,qui ignorarent debitum principale, quòd dicti iudæi teneantur,et debeant eis oſtendere libros contractuum,in quibus obligati ſunt quod ſi facere contẽpſerint,vel noluerint, tunc liceat prædictis debitoribus deponere, & proteſtari modo prædicto illam quantitatem,quã voluerint,& eis videbitur. Et quòd dicta quantitas depoſita habeatur pro decima octaua parte debiti: non obſtante, quòd in ipſis contractibus maior quantitas appareret. Et quòd præſens ſtatutum ſit perpetuò duraturum, nec dicto ſtatuto poſſit etiam per pactum expreſſum renunciari. & prædicta non poſſint tolli,nec ſuſpendi,nec contra ipſa aliquid attentari. Et ſi quis aliquid opponere conſuluerit,ſeu conſuleret: ſit ipſo facto infamis. Et nihilòminus condemnetur in centum Florenis auri. Et nihilòminus omnia ſtatuta aliàs acta, facta,& condita cõtra ipſos iudæos,& alios publicos vſurarios, ſint firma,& valida,& plenam obtineant roboris firmitatem. Et non obſtantibus aliquibus immunitatibus,priuilegiis,& promiſſionibus,& pactis, ſi qua apparerent fore factis, vel conceſſis alicui iudæo per commune Camerini,vel per aliquam aliam perſonam nomine communis Camerini. quæ immunitates,priuilegia,conceſſiones,& pacta ſint caſſa,& irrita,& pro caſſis, & irritis habeantur autoritate præſentis ſtatuti.

Quòd conſtitutiones Romanæ Eccleſiæ,ac Marchiæ contra Iudæos,& vſurarios ſeruentur. Rub. 92.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd omnes conſtitutiones Romanæ Eccleſiæ, & legatorum,& rectorum prouinciæ Marchiæ contra iudæos, & alios vſurarios per Poteſtatem,vel Cap. vel iudicem appellationis,& alios officiales communis Camerini ad petitionem cuiuslibet petentis integraliter ſeruentur, & executioni mandentur.

Quòd contractus vſurariorum intelligantur eſſe mutui, & fœneratitii. Rub. 93.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd ad plenam conſeruationem prædictarum conſtitutionum,cum iudæi,& alii vſurarii in fraudem vſurarum faciant ſibi fieri contractus ſimulatos,vt ſub velamine liciti valeãt illicita,& profana opera exercere,quòd omnes cõtractus vſurariorum,ſiue iudæorum ſub quocunq; nomine, ſiue colore contractus liciti ſcripti appareant: intelligantur,& intelligi debeant contractus mutui,& contractus fœneratitii: non obſtante aliquo ſtatuto in contrarium loquente.

Quòd vſurarii non petant vltrà uerã ſortẽ,& de præſcriptione cõtra eos. Rub. 94.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd nullus iudæus, vel aliqua perſona vſuraria poſſit occaſione alicuius contractus debiti contra ſuum debitorẽ, vel eius bona, vel in iudicio, vel extrà petere, nec peti facere vltrà verã ſortem ipſius debiti. Et Poteſtas.& Cap. vel iudex appellationis, & alii officiales prædictæ ciuitatis non debeant audire talem, qui vltrà peteret vinculo iuramenti ad pœnam xxv. lib.den. Poteſtati, & Cap. vel iudici appellationis, auferẽdorum tempore ſyndicatus per arrationatores communis Camerini: & medietas pœnæ ſit communis, & alia prædicti debitoris. Et petens cadat à toto debito ipſo iure, capitulo aliquo non obſtante. Hoc addito, quòd nullus iudex, nec eius procurator, nec hæredes ipſorum iudæorum poſſit, nec debeat petere, nec exigere aliquod inſtrumentum alicuius debitæ quantitatis, quòd celebratum eſſet à ſex annis citrà proximè elapſis: & ex nunc ſit præſcriptum. & ipſi iudæi, & vſurarii totaliter excludantur, & pro excluſis habeantur. Et Poteſtas, & Cap. ſiue iudex appellationis, & eorum officiales elapſo dicto tempore ſex annorum in dictis debitis non ſint iudices: nec intelligãtur eſſe iudices quoquomodo, vel cauſa.

Quòd inſtrumenta de recipiendo præcepta ad petitionem vſurariorum non fiant. Rub. 95.

ITẽ ſtatuimus, & ordinam⁹, quòd nullus iudęus, nec aliqua alia perſona vſuraria poſſit, nec debeat facere fieri eorũ debitoribus aliquãeartham procurationis de recipiendo, & ſuſcipiendo præceptum, ſeu mandatum ad petitionem dicti iudæi, ſeu vſurarii. Et ſi dicta procuratio facta fuerit: non valeat, nec teneat ipſo iure. Et quòd nullus occaſione dicti mandati, ſeu præcepti ad petitionem dictorũ iudæorum, ſeu perſonæ vſurariæ poſſit accuſari, ſeu modo aliquo condemnari.

Quòd nulli liceat aquam trahere de ſuo ſolito curſu. Rub. 96.

NVlli liceat aquam aliquam etiam pluuialem extrahere de ſuo ſolito curſu, vel ipſius ſolitum curſum mutare, vel impedire, & eam vel eum mittere aliunde per ſuam rẽ, vel alterius, etiam inſulcando quod præſtet impedimentum alicui viæ, vel fundo, vel alterius rei. Et qui contrafecerit: puniatur in decẽ lib.den. pro vice qualibet, ſi querimonia poſita fuerit. & Poteſtas, & Cap. uel iudex appellationis, & quilibet alius officialis cõmuris præcipere debeat, vt dictam aquam in curſum eius priſtinum reducat, & emittat per locum conſuetum, vnde currere conſueuit: & damnum, et intereſſe refici facere illi vel illis, vel cui impedimentum præſtet. Et quilibet quærelam proponens poſſit producere teſtes lite non conteſtata. et ad prædicta, et executionem cõtentorum ſuperius poſſit procedi ſummarie, et de plano, diebus feriatis, ſine libelli oblatione, et ſine ſtrepitu, et figura iudicii. ¶ Item ſtatuimus addentes huic capitulo, quòd eo ipſo, quòd apparebit fluere aquam per alium locum in damnum, et præiudicium alterius, vel impedimentum alicuius viæ publicæ, uel fundi, uel viæ vicinalis, quàm per locum magis ſolitum: præſumatur facta talis mutatio, et immiſſio per illum, cuius eſſet res, per quam conſueuit ſolitum curſum habere, vel per illum, cui primo damnum dabat, vel per illum, cuius nouus curſus præſtaret commodum, vel vtilitatem, uel eius famulum, vel laboratorem, ſiue coptumatorem, ſiue alium de eius familia ita quòd ſibi præcipi poſſit per iudicem, quòd infrà certum tempus eam remittat. Et ſi non remiſerit, & impedimentum curſus antiqui remouerit: pœnam xxv. lib.den. debeat ſuſtinere. Et nihilòminus infrà illud tempus per iudicem ſtatuendum dictam remiſſionem, et impedimenti ſublationẽ facere ad pœnam ſimilem teneatur. Et ſi poſtquàm remiſerit, et impedimentum remouerit, apparebit ipſum curſum fore mutatum, et impeditum: tunc ſufficiat fama publica contra illum, qui ſemel remiſerit, vel impediuerit, vel contra dominum ipſius rei, per quam fluxerat per tempus antiquum, et ſolitum: qua probatione habita pœnam decem lib.den. ſuſtineat pro qualibet vice. Et de prædictis poſſit, et debeat inquiri, et accuſationem fieri. Et prædicta vendicent ſibi locum, tàm in prædiis ruſticis, quàm vrbanis.

Quòd in molendinis communibus liceat ſociis facere melioramentum expenſis

cõibus

communibus. Rub. 97.

AD hoc, vt molendina aquarum exiſtentia in comitatu, et diſtrictu Camerini nõ deficiant cauſa defectus, Dicimus ſtatuentes, quòd ſi ſocii molendinorũ, vel aliqui eorum voluerint in molendinis facere aliquam meliorationem neceſſariam, et utilẽ, quòd poſſint ipſam facere, non obſtante contradictione maioris partis: et quod expenderent de fructibus ipſorum molendinorum, poſſint recipere, et retrahere: dummodò ſi pars non expendens nõ haberet tantam partem in fructibus molendinorum, de quibus ſatiſfieret expendentibus infrà ſex menſes. quod ab inde in antea per Poteſtatem, et Cap. uel iudicem appellationis, et quemlibet alium officialem cõis Camerini poſſit realiter, et pſonaliter de facto, ſine libelli oblatione cogi, et ſummarie diebus feriatis, et non feriatis, aliquo non obſtante, ad damnum ſibi partem contingentem ſuperfluam uſq; ad ſatisfactionem conſortis expendẽtis. Et prædicta fiant ſummarie, et de plano ſine ſtrepitu, et figura iudicii, et ſine libello, et litis conteſtatione, et ſtetur, et credatur de expenſis factis in refectione, et melioramento ſacramẽto illius, qui querimoniam de prædictis exponeret, facta fide prius ſummarie per duos operarios, ſeu magiſtros, quòd refectio, ſiue melioramentum facta, ſiue factum in dictis molendinis, uel eorum cluſis, uel occaſione molendinorũ facta, et factum fuerit ex mãdato, vel uoluntate illius qui querimoniam exponeret, uel alicuius ex conſortibus.

Qualiter dentur tutores, et curatores pupillis, prodigis, et mentecaptis. Rub. 98.

ITem ſtatuimus, et ordinamꝰ, quòd cuilibet pupillo, uel adulto, uel alicui de populo poſtulanti pro minoribus, tutorem, uel curatorẽ Poteſtas, vel Cap. uel iudex appellationis, uel eorum iudices dare poſſint, et debeãt iuris ordine ſeruato. Volumus etiam, quòd furioſis, prodigis, et mente captis, et aliis perſonis, quibus de iure conceditur, Poteſtas, et Cap. uel iudex appellationis, uel eorum iudices dare teneantur, poſſint, et debeant tutores, et etiam curatores, et per quemlibet notarium, qui rogatus fuerit, ſcribi poſſit inſtrumentum tutelæ, curæ, et inuentarium. et ualeant, et teneant aliquo alio ſtatuto non obſtante.

De ratione reddenda per tutores, et curatores: et de eorũ abſolutione fienda. Rub. 99.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quia ſępe contingit propter fraudem illorum, qui pupillis attinent: quòd tutores pupillorum finito tutelæ tempore volentes reddere rationẽ non poſſunt ipſam reddere, ex eo quòd conſanguinei eorum, qui fuerunt pupilli, et minores quatuordecim annorum, ne exeant, nec retrahant collum à iugo dictæ adminiſtrationis aſſignandæ, ſed perpetuò obligati exiſtant, uel exinde incommodum conſequantur, qui fuerint tutores quantũcũq; boni permanſerint, et legales: præſenti promulgatione capituli duximus ſtatuendum, quòd quicunq; fuerit, uel erit tutor alicuius pupilli, uel pupillæ, un ins, uel plurium, et finito tempore tutelæ uelit reddere rationem adminiſtrationis ipſius tutelæ, quòd ipſe quondam pupillus, ſeu pupilla, ſi unus, uel plures exiſtant, poſtquàm requiſitus fuerit ab eo, qui ſuus quondam fuit tutor, vt rationem adminiſtrationis recipiat infrà tres menſes à die factæ requiſitionis, ſeu proteſtationis ab ipſo tutore: teneatur ab eodem tutore ſuæ tutelæ recipere rationem: et finem, et refutationẽ ipſi tutori facere de prædictis, ſi dictus tutor legitimè uoluerit reddere rationem. ad quã reddendam duo, uel tres conſanguinei ipſius minoris debeant intereſſe: prout is, qui fuit tutor duxerit requirendum, qui ſint ex proximioribus magis idonei conſanguinei dicti minoris, à quo dicti conſanguinei compellãtur præciſe. Sed ſi dictus minor, facta requiſitione, ſiue proteſtatione (quæ proteſtatio, ſiue requiſitio fiat coràm Poteſtate, uel Cap. uel iudice appellationis, uel eorum officialibus ab eo, qui tutor fuerit quõdam) infrà dictum tempus trium menſium dictam rationem recipere noluerit, et refutationem facere, prout idem tutor cũ iuſtitia poſtulauit: citato prius perſonaliter adulto, et dictis eius conſanguineis, vel tribus uicibus domi diuerſis diebus: ex nunc autoritate, et uigore præſentis capituli, et ſtatuti ſit liberatus, et abſolutus, ab omni onere reddendæ rationis tu-

d telæ

telæ prædictæ,& ab omni eo, quod eidem minori, vel alii pro eo occaſione dictæ tutelæ modo aliquo teneretur, nō obſtāte aliquo iure canonico,uel ciuili, ſeu municipali,quod vllo tempore aduerſus hoc in contrarium loqueretur. & quæ dicta ſunt in tutoribus: vēdicent ſibi locum in curatoribus,& eorum tutorum,& curatorum hæredibus.

De emendatione fienda de eo, quod alicui vaſtaretur occaſione domorum quæ comburerentur. Rub. 100.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd ſi aliqua, vel aliquæ domus comburerentur in ciuitate, & burgis,cuius,vel quarum occaſione domus alicuius deuaſtaretur in totū, vel in partem,ne ignis poſſit vltrà comburendo comburere, ſed extingui leuius ualeat,damnum ipſarum domorum deſtructarum patienti, vel patientibus damnum à communi Camerini integre debeat emendari in ea quantitate, qua duo boni homines ipſam, vel ipſas duxerint eſtimandas.q. eſtimatores eligantur per iudicē,corām quo erit dicta quæſtio dicti damni, quibus omnibus faciat damnum ipſarum domorum eſtimare bona fide ſine fraude mediantibus iuramentis. Et ſi idem acciderit in aliquo caſtro,vel burgis,ſeu in aliqua villa comitatus Camerini,damnum emendetur à cōmuni illius caſtri,vel villæ modo,& ordine ſupradicto.

Quòd perſonæ ſuſpectæ cogantur dare fideiuſſorem. Rub. 101.

ITem ſtatuimus,& ordinamus quòd Poteſtas,& Cap. ſiue iudex appellationis ciuitatis Camerini teneantur ad petitionem cuiuslibet petentis,arbitrio eius corām quo peteretur,petentis conditione inſpecta,& ipſum conſtringere realiter,& perſonaliter,& quālibet perſonam,quæ ſuſpecta vocaretur per aliquem,& dubitaretur,ne offenderet eū ad dandū fideiuſſorē,& ſecuritatē in cōtinēti de nō offendēdo ita,quòd non excedat terminum duorum dierum continuorum ad plus à die petitæ fideiuſſionis computandorū ſub pœna.c.lib.den.ipſi iudici fideiuſſorem dari non facienti ab eo tempore ſyndicatus auferendarum, & communi Camerini applicandarum. Et ſi perſonæ à quibus peterenī fideiuſſores, & ſecuritates,contemnerent dare fideiuſſores, vel allegarent aliquod priuilegium,vel exceptionem: condamnentur communi Camerini in xxv. lib.den. Et nihilò minus aſtringantur dare fideiuſſores. Et quicunq; eos offenderit ipſis ſic in mora exiſtentibus, non teneatur ad pœnam communis omni exceptione remota. Et ſi forenſis eſſet ſuſpectus, & non daret fideiuſſores: ponatur in banno cōmunis,Et ſit dicti cōmunis forbanditus. Et ad probandum ſuſpicionem,ſufficiat ſacramentum petentis fideiuſſores ſine aliqua probatione. Et in hoc caſu ciuis poſſit fideiubere pro forenſe.

De cauilloſis,ſeu friuolis exceptionibus refrenandis. Rub. 102.

EXceptiones cauilloſæ, friuolæ, ſeu calūnioſæ nullatenus opponantur, & maximè per quas negetur paternitas,filiatio,& fraternitas,matrimonium, & parētela hominum ciuitatis Camerini,& comitatus, & diſtrictus, vel etiam prælatura, vel etiam poſſeſſio prælaturæ, vel eum, cuius manu inuenitur publicum inſtrumentum eſſe notarium: qui ſit etiam de ciuitate comitatu, & diſtrictu Camerini,vel alia ſimilia inter ciues, comitatenſes,& diſtrictuales prædictos. Et ſi opponerentur, allegarentur,vel negarentur per negatiuam,vel aliter quocunq; modo,& opponens,vel negans, vel allegans non probaret infrà tres dies à die negationis,oppoſitionis,vel allegationis: incurrat pœnam L. lib. den. pro quolibet,& qualibet vice communi Camerini exigendam de facto per Poteſtatem,Cap.ſiue iudicem appellationis,vel alium officialem,corām quo negarentur, opponerentur, vel allegarentur. & ſi non probarentur infrà dictum terminum: habeantur,ac ſi oppoſitæ, negatæ,vel allegatæ non fuiſſent. ¶ Item addimus,quòd opponentes exceptiones in dicto ſtatuto comprehenſas,& etiam negans reſpondendo poſitionibus, articulis,vel capitulis mortem alicuius defuncti,vel alia ſupradicta in præcedenti ſtatuto in ciuitate, & comitatu Camerini: puniri debeat in L. lib. den.pro quolibet, & qualibet vice,qua opponeretur,allegaretur, vel negaretur aliqua ex dictis friuolis exceptionibus, vel alia ſupradicta in præcedenti ſtatuto. & ipſam,ſeu ipſas opponens,vel negans,vel allegans:

legans, & non probans infrà tres dies, prout in dicto ſtatuto continetur, ſupra dicta pœna puniatur. quæ exigi debeat de facto per Poteſtatem, vel Cap. ſiue iudicem appellationis, coràm quo cauſa verteretur. & aliàs ipſe Poteſtas, & Cap. uel iudex appellationis ſi fuerint negligentes, in tantundem tempore eorum ſyndicatus condemnentur. Et nihilòminus dicto termino trium dierum elapſo, ſi nihil fuerit probatum, poſitiones, capitula, ſiue articulos iudex pronunciet haberi pro confeſſatis, quòad dictas poſitiones, uel capitula negata. Item, quòd allegantes, & non probantes: opponentes contra ſtatuta ciuitatis Camerini, ſeu aliquod ipſorum non valere, ſiue per ſe, ſiue per procuratorem: puniatur de facto in.c.ducatis auri. Et quando dicta exceptio eſſet oppoſita per procuratorem: puniatur de facto ipſe, & eius dominus in.c. ducatis pro quolibet, niſi dominus reuocauerit infrà tres dies à die factæ oppoſitionis.

De præſcriptione xx. annorum in rebus immobilibus. Rub. 103

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi quis fuerit in poſſeſſione pacifica, & bona fide alicuius rei immobilis per tempus xx. annorum: habeatur pro vero dño, & legitimo poſſeſſore. ☞ Addentes, quòd aromatarii exercentes medicinalia, & non medicinalia, & alii artifices (elapſis ſex annis) non poſſint, nec valeant exigere debitum contractum quarũq; rerum aromatariarum, & ceræ, piperis, cannellæ, & aliarum quarũcunq; rerum aromatariæ, & apothecæ eorum. Et præſumatur dicto termino elapſo eſſe facta ſolutio, præſumptione iuris, & de iure ita, & taliter, quòd non poſſit incõtrarium fieri aliqua probatio. Sed prædicta non vendicent ſibi locum in rebus pupillorum, in quibus ius cõmune ſeruetur. Et ſi qua mulier, ſoluto matrimonio, familiariter ſteterit in domo cum filiis, vel filiabus, vel deſcendentibus ſuis, & dotes non repetierit dicto tempore, quo ſteterit: præſcriptio ei non currat.

Quòd officiales caſtrorum habeant arbitrium cognoſcendi ſuper certis quantitatibus. Rub. 104.

ITẽ ſtatuimus, & ordinamus, quòd officiales cuiuslibet caſtri comitatus, & diſtrictus Camerini habeant Poteſtatem, arbitrium, & baliam cognoſcendi, & terminandi ſummarie, & de plano, ſine libelli oblatione, & litis conteſtatione omnes cauſas vertentes coràm ipſis vſq; in x.lib. den. pro ſalario, & mercede operariorum, ſeu laboratorum & pignorandi, & grauandi quoſcunq; debitores occaſione prædicta.

Quòd habentes murum à parte ſuperiori teneantur vendere habenti à parte inferiori, & non poſſint impedire. Rub. 105.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi aliquis murus eſt communis inter aliquos à certa parte infrà verſus territorium: & ab altera parte ſupra non eſſet communis, & ille, qui habet partem inferiorem, vellet altiare, ſeu appodiare, vel aliquid in parte ſuperiori dicti muri, quòd ille, cuius eſſet murus à parte ſuperiori, teneatur, & debeat vendere, & dare appodium, ſeu medietatem dicti mnri à parte ſuperiori dicto volẽti emere pro precio declarando per duos legales magiſtros lapidum, ſeu alios bonos viros, & amicos cõmunes. & prædicti Poteſtas, et Cap. ſiue iudex appellationis, vel alter ipſorum, ſeu alterius ipſorum officiales, coràm quo petita fuerint, fieri facere teneantur ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine libelli oblatione, vel litis conteſtatione, diebus feriatis, & non feriatis. Et de prædictis poſſit cognoſci in palatio reſidentiæ officialis, coràm quo prædicta petita fuerint: niſi forte appareret inſtrumentum ſeruitutis: quòd ille, qui habet partem inferiorem, non poſſit altiare, vel appodiare ſuperius, vel aliter, quàm per inſtrumẽtum legitimè probare poſſet. Et ſi ille, qui habet murum à parte ſuperiori, haberet curſum aquæ, ſeu grondarias ſui tecti ſuper murum, ſeu domum conſortis: qui, vel quæ eſſet inferius appodiata in dicto muro, quòd conſors volens appodiare poſſit appodiare, & altiare vſq; ad cuppos grondariorum prædictarum, et altius. et non poſſit grondarias, nec curſum aquæ impedire.

Quòd habentes aliquam domum à parte ſuperiori, ſi vellent altiare, non poſſint, ſi

 murus

murus non eſſet ſufficiens: et ſi murus non eſſet ſufficiens, et minaretur ruinam qualiter tractetur. Rub. 106.

ITē ſtatuimus, et ordinam⁹, quòd ſi in ciuitate Camerini, vel eius comitatu, vel deſtri-ctu eſſet aliqua domus, quæ à parte inferiori eſſet vnius, et à parte ſuperiori eſſet alterius: et ille, qui habet, vel haberet partem ſuperiorem, vellet ipſam partem altiare, vel aliquid ſup ipſa, et muro ipſius nouū ædificium ædificari facere, & murus à parte inferiori non eſſet ſufficiens ad ſupportandum, & ſuſtentandum illud nouum ædificium, quod fieri deberet: quòd nō poſſit altiare, nec ædificare ſuper ipſis. & de ſufficientia dicti muri ſtetur declarationi duorum magiſtrorum lapidum, ſiue lombardorum in arte expertorū eligendorum per ipſas partes. Et ſi dicti magiſtri non declarauerint dictum murum nō eſſe ſufficientem ad ſuſtentadum nouum ædificium: quòd volens altiare, vel ædificare dictum murum à fundamento, ſeu fundamentis diruere, & reædificare cum lapidibus, ſeu lateribus ad arenam, & calcem, ſeu cum malta, cum quibus munitus erat dictus murus omnibus ſuis ſumptibus, & expenſis. quo facto poſſit ſuper ipſo ædificare, & altiare: & aliter non. Item volumus, quòd ſi aliquis murus dictæ domus partis inferioris minaretur ruinam: quòd ille, cuius eſt pars inferior, teneatur infrà vnum menſem poſt præceptum ſibi factum diruere, & deuaſtari facere, & domum, & lignamina ſupponere: Ita quòd domus non ruinetur. Et illud idem dicimus debere fieri, ſi aliquis murus, vel plancarum dictæ domus partis ſuperioris minaretur ruinam. Et quòd ille, qui habet partem ſuperiorem, debeat manutenere tectum, & plancatum, & dictam domum bene coopertā: adeò quòd dānum non inferatur parti inferiori. Et Poteſtas, & Cap. vel iudex appellationis, & quilibet alter officialis, coràm quo petitum fuerit prædicta fieri, faciat etiam obſeruari. Et in prædictis ſummarie, & de plano procedere, cognoſcere, & terminare ſine ſtrepitu, & figura iudicii, libelli oblatione, & litis conteſtatione, teneatur, & poſſit imponere pœnam xxv. lib. den. contrafacienti. & quòd ſi officialis, coràm quo prædicta petita fuerint, in prædictis negligens fuerit: incurrat eandem pœnam.

Quòd poſſit ædificari ſuper muro communi, & capere totam amplitudinē. Rub. 107.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi quis haberet aliquem murum communalem cū aliquo, quòd poſſit, & valeat ſuper dicto muro capiendo totā latitudinem muri altiare murare, ſeu ædificare, ſi murus communalis eſſet ſufficiēs in ſuſtinendo ædificium, quod ſuper ipſo de nouo fieret. Et de ſufficientia dicti muri ſtetur dicto, & declarationi duorū magiſtrorum lapidum, vel lombardorum in arte peritorum eligendorum per partes dictum murum communalem habentes. & ille, qui alciauerit, debeat facere caleſtrocchū, & gyrlandam laterum, ſeu exiacciarum pro defenſione aquarum pluuialium, quæ non penetrent domum vicini inferioris. Et dicta gyrlanda faciat ſignum, & deſignet, quòd murus ſuperius non ſit communalis à dicta gyrlāda ſupra. Et ſi declaretur per dictos magiſtros dictum murum non eſſe ſufficientem ad ſuſtinendum dictum ædificium ſuper ipſo de nouo fiendum, quòd non poſſit murare, nec ædificare ſuper dicto muro, ſaltem quòd poſſit, & valeat ſuis expenſis dictum murum communalem de nouo fundare, & murare, & ſuper ipſo domum ædificare, & altiare. Et non poſſit in dicto muro, quem fecerit ſuper dictum murum communalem, facere aliquam feneſtram, quæ penetret totum murum ſuper, & verſus domum, ſeu territorium conſortis ſine voluntate conſortis. Et ſi quo tempore conſors dicti muri vellet appodiare in dicto muro, & ædificio nouiter facto, ſuper dicto muro communali ædificare, nec appodiare non poſſit, niſi prius reficiat medietatem expenſarum factarum, tàm in reparatione muri communalis, quàm ædificio muri facti ſuper dicto muro communali. Et prædicta Poteſtas, & Cap. vel iudex appellationis faciant obſeruari. Et in prædictis poſſint ſummarie, & de plano procedere, & cognoſcere, & terminare in palatio eorum reſidentiæ, vel ad banchum ſine libelli oblatione, et litis conteſtatione, & omnibus ſolennitatibus iuris prætermiſſis, et diebus feriatis, et non feriatis, præterquàm in diebus dominicis.

Quòd

Quòd nullus poſſit facere oſtiũ, ſeu feneſtrã in muro ſuæ domus uerſus reclauſtrũ, ſeu territorium alterius. Rub. 108.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd nullus poſſit facere oſtium, ſeu feneſtrã in muro ſuæ domus verſus reclauſtrũ, ſeu territoriũ, uel tectũ alterius, vbi non cõſueuerit eſſe. Et ſi quis fecerit: claudere, & murare cõpellatur ad arenã, & calcem cum lapidibus, & ligare cum aliis lapidibus dicti muri, ita quòd non remaneat in eo ſignum, neq; forma feneſtræ, ſeu oſtii ad petitionem, & poſtulationem habentis territorium, ſeu reclauſtrum. Et Poteſtas, vel Cap. ſiue iudex appellationis, vel alter officialis ciuitatis Camerini, corãm quo prædicta fieri peterẽtur, teneãtur prædicta fieri facere infrà xv. dies, poſtquàm petitum fuerit, ad pœnam xxv. lib. den. cuius pœnæ medietas ſit communis, & alia partis petentis. Et in prædictis poſſit, & debeat procedere ſummarie, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicii, & ſine libello, & litis conteſtatione, aliquibus iuribus, ſeu ſtatutis in cõtrarium loquentibus non obſtantibus, omni appellatione remota. Et in prædictis dicti officiales poſſint imponere pœnam xxv. lib. den. recuſanti claudere, & murare feneſtrã, ſeu oſtium infrà terminum ſibi ſtatuendum per officialem cognoſcentem de prædictis. Quæ pœna ſine alia condemnatione, vel proceſſu de facto auferatur, & conuertatur pro ſalario ipſius officialis exequentis. Et dicta pœna ſoluta, vel non ſoluta, nihilòminus officialis ex ſuo officio, vel ad petitionem partis compellat dictam feneſtram faciẽtem, vel quam iam fecit à ſupradicto tempore citrà, claudere, & remurare, vt ſupra dictum eſt.

Quòd carcerati pro debito ciuili, dando bona ſtabilia, relaxentur de carceribus. Rub. 109

ITem quia diuinæ leges, & humanæ pariter atteſtantur, quòd liberum corpus pro debito pecuniario non moriatur, ſeu infirmetur, nec in carceribus maceretur. Præſenti ordinamento ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi quis debitor eſſet pro debito pecuniario ſpecialium perſonarum in carceribus recluſus, in quibus ſteterit per vnum menſem, nec habeat pecuniam pro ſoluendo debitum creditori, ſed haberet bona ſtabilia, vel mobilia pro ſatisfaciendo debitum prædictum. & ipſe debitor voluerit de dictis bonis mobilibus, vel ſtabilibus, ſiue ſe mouentibus ſatisfacere creditori, quòd ipſe creditor teneatur, & debeat capere de bonis mobilibus, ſe mouentibus, vel ſtabilibus, ſi qua dictus debitor haberet, vſq; ad valorem debiti, & expenſarum, videlicet de bonis ipſius debitoris quæ voluerit ipſe creditor pro eſtimatione fiẽda per vnum, vel duos amicos communes eligendos communiter per ipſos creditorem, & debitorem. Et ſi creditor recuſauerit eligere dictos eſtimatores: quòd officialis cognoſcens de dicta cauſa poſſit ſuo arbitrio eligere eſtimatores prædictos: & ſi creditor recuſauerit accipere, & capere dicta bona pro dicto debito infrà terminum x. dierum aſſignandum per iudicem, vel officialem de cauſa cognoſcentem quòd facta requiſitione per dictum debitorem, vel eius procuratorem corãm officiali, qui ipſum carcerari fecerit, de dicto creditore, quòd debeat accipere, & capere de bonis prædictis vſq; ad valorem debiti prædicti, & expenſarum, ipſo creditore recuſante capere, dictus officialis teneatur prædictum debitorem carceratum de carceribus relaxare pœna L. lib. den. dummodò dicta bona non ſint alteri obligata.

Quòd iudices maleficiorum, & cauſarum ciuilium omni die, qua iuerint ad banchum, teneantur portari facere ſtatuta cõis. Rub. 110.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd iudex maleficiorum, & cauſarũ ciuilium Poteſtatis, & Cap. vel iudicis appellationis omni die, qua vadunt ad bãchum ad reddendum ius, debeant per vnum ex baiulis eorum curiæ portari facere ſtatuta cõmunis Camerini vt ibidem pro omni dubio occurrente videri poſſint, pœna L. lib. den. pro qualibet vice.

Quòd mulieres non habeant filiorum legitimam. Rub. 111.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd nulla mulier poſſit petere, vel habere aliquam legitimam portionẽ bonorũ alicuius ex ſuis filiis vel filiabus quòad ſuperuixerit aliquis filius vel filia ipſius mulieris, qui, vel quæ ſit frater, vel ſoror vtriq; coniunctus, vel coniũ-

cta ipſius filii decedentis ex teſtamento, vel ab inteſtato, vel aliquis filius, vel filia, vnus vel plures ipſorum fratruum, vel ſororum. ſed ſolum habere poſſint, et debeāt dictæ mulieres relicta eis facta per filios, ſiue filias earum: ſtatuto, ſiue alio ordinamento in contrarium loquente, non obſtante.

Quòd pro alimentis dotium dentur octo pro centenario. Rub. 112.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi aliquis debitor dotis alicuius mulieris alicui nuptæ, & dictam dotē non ſoluerit dictæ mulieri, vel eius viro, vel patri dicti ſui viri: ex nunc teneatur, & obligatus ſit ad dandum, & ſoluendum pro alimentis dictæ dotis, vltrà ipſam dotem, octo pro quolibet centenario anno quolibet, quo fuerit, vel erit in mora prædicta, quæ etiam re ipſa abſq; interpellatione, vel requiſitione aliqua commiſſa intelligatur. Et idem per omnia dicimus, & ordinamus in quolibet debitore dotis alicuius mulieris viduæ remanentis, cui de iure dos reſtitui deberet ſoluto matrimonio, niſi fuerit alimentata per debitorem dictæ dotis. ¶ Addimus, quòd debitor alicuius quantitatis dotis alicuius mulieris non nuptæ ex teſtamento, vel alia vltima voluntate patris, vel matris, aui, vel auiæ ipſius mulieris, & ipſa mulier non fuerit alimentata à dicto debitore: ex tunc obligatus ſit ad dandum, & ſoluendum ipſi mulieri pro alimentis, vltrà quantitatē prædictam pro dote, octo pro centenario quolibet anno, quo ſteterit in mora ſoluendi dictam quantitatem, vel præſtandi alimenta ipſi mulieri, vel legitimè offerendi præſtare ipſa alimenta.

Quòd datiuæ pignorum dotium ſoluātur cōi per dantem pignora Rub. 113.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi quis debitor dotis alicuius mulieris alicui nuptæ pro dicta dote ſoluenda, & pro cautela mariti, vel eius ſororis obligauerit, vel pignori dederit, & tradiderit dicto marito, vel ſocero aliqua bona ſtabilia ad fructādum, donec de dote ſatisfecerit cum effectu: teneatur, & debeat proprietarius, ſeu qui pignora, vel bona dederit, vel obligauerit quòad dotem promiſſam ſatisfecerit, ſoluere communi Camerini datiuas, & collectas pro dicto tempore per commune Camerini imponendas pro rebus prædictis.

Quòd filiæ, & neptes cogantur obſeruare vltimam voluntatem. Rub. 114.

PRæſenti capitulo ſtatuimus, quòd filiæ, & neptes alicuius cogantur per Poteſtatem, & Cap. vel iudicem appellationis, & alios officiales communis Camerini inuiolabiliter obſeruare teſtamentum, & quamlibet vltimam voluntatem patris, aui, matris, & auiæ, & cuiuslibet ipſorum, ita quòd plus petere, vel habere non poſſint, quàm fuerit eis relictum iure inſtitutionis, vel alio quocunq; titulo ab aliquo ex prædictis ſuperuenientibus, vel etiam ſuperuenientibus filiis maſculis, vel aliquo deſcendente ex eis per lineam maſculinam.

Quòd ſi alicui eſſent retentæ mercantiæ, vel bona, vel res, ſeu arreſtatæ, ſeu aliquis eſſet detentus in aliquo loco pro debito alieno, quòd debitor teneatur talem detentum liberare. Rub. 115

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd quicunq;, ſeu quæcunq; perſona cuiuſcunq; gradus, & conditionis exiſtat tàm ciuis, quàm comitatenſis, ſeu diſtrictualis ciuitatis prædictæ, & incola, ſeu habitans in dicta ciuitate, ſeu eius territorio fecerit, ſeu contraxerit in præteritum, vel faceret, vel contraheret infuturum aliquod debitum quacunq; forma occaſione, vel cauſa, ſeu quomodocunq; vel qualitercunq; cum aliquo forenſi cuiuſcūq; gradus, & conditionis exiſtat, propter quod aſſertum debitum ad petitionem dicti forēſis aſſerti creditoris aliquis ciuis, ſeu comitatenſis, vel diſtrictualis ciuitatis prædictæ, aut incola, ſeu habitans in ipſa ciuitate, ſeu eius territorio, vel diſtrictu detineretur, ſeu eſſet perſonaliter detentus, ſeu aliquod dānum paſſus eſſet, ſuſtinuerit, aut pateretur, vel ſuſtineret, aut eius mercantiæ, ſeu bona propter dictum aſſertum debitum detinerētur, ſeu arreſtarentur extrà dictam ciuitatem, vel eius territorium, & diſtrictum iuſtè, vel iniuſtè, quòd illa perſona, quæ, ſeu ille, qui fecerit, ſeu contraxerit, aut quæ, ſeu qui diceretur

dictum

dictum debitum feciſſe, & contraxiſſe,teneatur, & debeat infrà terminum vnius menſis proximè futurum à die ſibi factæ notificationis,ſeu denunciationis de huiuſmodi detentione,retentione,& arreſtatione per talem detentum , ſeu illum , cuius eſſent dicta bona arreſtata,ſeu retenta,vel per eius procuratorem,conſanguineum , vel affinem . Et dicta notificatio fieri debeat ad petitionem prædictorum,vel alicuius eorum per literas de mãdato Dñorũ Poteſtatis, vel Cap. vel iudicis appellationis vel alicuius eorũ officialis præſentandas per baiulum cõis Camerini perſonaliter accedentem, & ſe cõferentem ad locum, ſeu loca,in quo,ſeu quibus talis detentio,ſeu arreſtatio fieret,& eſſet, ſeu diceretur eſſe facta, & ſatisfacere dictum eius aſſertum debitum, ſeu componere cum dicto foren ſi aſſerto creditore : & dictum detentum , & eius bona arreſtata, & retenta omnino facere liberari,& penitus liberare omnibus ipſius aſſerti debitoris ſumptibus , & expenſis. Et nihilòminus antequàm ipſe aſſertus debitor ſecedat de ciuitate prædicta, teneatur,& debeat incontinenti poſt dictam ſibi factam notificationem,ſeu denunciationem legitimè,& idoneè cauere, & idoneos fideiuſſores præſtare tali detento,ſeu illi,cuius dicta bona dicerẽtur, ſeu eſſent detenta, ſeu arreſtata, vel ei⁹ procuratori, conſanguineo,vel affini de eundo ad faciendum,& de faciendo infrà dictum terminum talem detentum, ſeu dicta bona detenta,& arreſtata penitus liberari omnibus ipſius aſſerti debitoris ſumptibus,& expenſis,vt dictum eſt. Quod ſi non fecerit: teneatur,& debeat reficere cum effectu tali detento,ſeu ei,cuius bona eſſent (vt prædicitur) detenta,& arreſtata omnia dãna expenſas, & intereſſe,quas,& quæ talis detentus, ſeu ille, cuius eſſent bona prædicta, ſic (vt prædicitur) detenta,& arreſtata pro huiuſmodi detentione,ſeu retentione, & arreſtatione fecerit, ſeu ſuſtinuerit in iudicio, ſeu extrà. de quibus omnibus & ſingulis ſupraſcriptis ſtetur, & credatur ſimplici iuramento ipſius , ſeu eius, cuius bona eſſent (vt prædicitur) detenta,& arreſtata, vel eius procuratoris,conſanguinei,vel affinis cũ duobus teſtibus fidedignis per huiuſmodi detentum,vel illum,cuius bona eſſent (vt prædicitur) detenta, & arreſtata,vel per dictum procuratorem,conſanguineum,vel affinem inducendis,probantibus per publicam vocem,& famam de debito, & detentione , retentione,& arreſtatione prædictis : quæ probatio, & iuramentum fieri poſſit admittatur, & valeat abſq; alio proceſſu,& omni iuris ſolennitate omiſſa. Et tunc facta dicta notificatione, ſeu denunciatione omnia,& ſingula bona ipſius aſſertis debitoris intelligantur eſſe, & ſint ſolenniter, & legitimè obligata dicto detento,ſeu illi,cuius eſſent dicta bona retẽta,& arreſtata vſq; ad integram liberationem prædictam, & refectionem omnium prædictorum damnorum , & expenſarum , ac intereſſe litis , & extrà . Et quòd Poteſtas et Cap.vel iudex appellationis populi dictæ ciuitatis,& quilibet ipſorum et vnuſquiſq; eorum,et cuiuslibet eorum iudices, et officiales elapſo dicto termino dicti menſis teneatur et debeat vinculo iuramenti, et pœna c. lib.den. de facto auferendarũ tempore ſui ſyndicatus,et conuertendarum pro medietate in commodum , et vtilitatem dicti communis,et pro alia medietate in burſam, et commodum dicti detẽti, ſeu illius,cuius bona eſſent, et forent(vt prædicitur) retenta,et arreſtata, mittere dictum detentum , ſeu illum cuius(vt dictum eſt) bona arreſtata ſunt in tenutam, et corporalem poſſeſſionem bonorum, et rerum ipſius aſſerti debitoris pro rata dictorum damnorum,expenſarum,et intereſſe,et ſic immiſſum in poſſeſſionem dictorum bonorum in ipſa poſſeſſione manutenere et defendere ſine aliquo proceſſu vſq; ad integram liberationem prædictam, et refectionem omnium prædictorum damnorum, et expenſarum,et intereſſe ad voluntatem talis detenti,ſeu illius,cuius eſſent bona ſic, vt prædicitur, detenta,& arreſtata . Et quòd vbi talis aſſerti debitoris bona ſufficientia non reperirentur : tunc talis aſſertus debitor per dictos Poteſtatem,et Cap. vel iudicem appellationis,vel alium ex officialibus prædictorum de facto ad voluntatem, et petitionem dicti detenti,vel eius procuratoris , conſanguinei,vel affinis,ſeu illius,cuius bona eſſent detenta,et arreſtata , vt prædicitur , capiatur de facto,& arreſtetur,et carceretur. Nec de carcere liberetur, niſi fuerit in concordia

cum tali detento,ſeu illo,cuius,vt dictum eſt, bona eſſent arreſtata, vel retenta, vel procuratori,conſanguineo,vel affini. Et quòd autoritate præſentis ſtatuti talis tenuta danda,et demum data in iſtis caſibus valeat,et teneat,ac ſi data eſſet ex primo,et ſecũdo decreto autoritate curiæ communis Camerini,et ac ſi poſt huiuſmodi ſecundùm decretũ tranſiuiſſet annus, non obſtantibus aliquibus iuribus,legibus, conſtitutionibus, ſtatutis, et ordinationibus,reformationibus in contrariũ loquentibus quoquomodo, quæ quòad prædicta ſint ſuſpenſa,et eis ſit totaliter derogatum. Et hoc locum habeat in præteritis, præſentibus,et futuris, iure tertii ſemper ſaluo quòad tenutam prædictam.

Quòd bona debitorũ diuidãtur pro rata inter creditores ſaluis dotibus. Rub. 116.

QVia ſæpe contingit aliquos artifices amittere,et perdere capitale tàm ex negligẽtia,quàm alio quoquomodo,et ad pauperiem deuenire, et inter creditores taliter ſæpius oriatur diſcordia quis debeat eſſe potior? ſtatuimus, et ordinamus,quòd omnia,et ſingula bona,tàm mobilia, et ſe mouentia,quàm ſtabilia talium debitorũ debeãt ſortiri,& diuidi inter eorum creditores, tàm primos, quàm nouiſſimos pro rata quantitatis debiti ipſis creditoribus: ita quòd nullus ipſorum quãquàm eſſet prior in tempore, ſit potior in iure,non obſtante aliqua lege in contrarium loquente. Et ſi dicti debitores venerint ad pinguiorem fortunam, quòd ſimiliter quæ ſuperlucrati fuerint inter dictos creditores ſortiantur,vt ſupra.ſaluis, et reſeruatis dotibus mulierum, quas volumus integras abſq; aliqua diminutione detrahi debere de bonis talium debitorum ſecundùm diſpoſitionem iuris communis. Et contra debitores taliũ debitorum fiat ſummaria executio ad petitionem cuiuslibet petentis, cuius intereſſet, comperta veritate facti.

De locationibus,et penſionibus domorum. Rub. 117.

ITem ſtatuimus,et ordinamus,quòd ſi quis locauerit aliquam domum, apothecam, ſiue ſtantiunculam alicui pro certa penſione,et de his fuerit cõfecta aliqua ſcriptura,vel inſtrumentum,ſiue nõ: debeant ſeruari conuentiones,et pacta inter eos, pro vt conuentum extitit. Et Poteſtas, et Cap. ſiue iudex appellationis, et eorum,et cuiuslibet eorum iudices,et officiales teneantur,et debeant pœna L.lib.den.parti obſeruanti applicandarum,et tempore ſyndicatus ab eis auferendarum,ipſos locatorem,et conductorem ſummarie,de plano,et omni iuris ſolennitate omiſſa cogere,et aſtringere ad dicta pacta, et cõuẽtiones obſeruãdũ.Si verò nõ eſſet cõuentũ,et tẽpus appoſitũ in ſolutione penſionis, teneatur, et debeat cõductor ſoluere ipſam pẽſionẽ locatori de mẽſe in mẽſem pro rata pẽſionis locationis.Præterea volumus,quòd cõductor finito tẽpore locationis, et cõductionis teneatur, et debeat domum,apothecam, et ſtantiunculam locatam, liberam et non deterioratam locatori relaxare. Et qui cõtrafecerit: puniatur in pœna xxv.lib.den. Et nihilòminus ſi locator non contradixerit,et permiſerit ipſum conductorem remanere in re locata, finito tempore locationis: habeatur pro recõducta dicta domus,apotheca, vel ſtantiuncula pro eodem tempore,et penſione,quo, vel qua fuit primo locata. Et omnia pacta, et conuentiones poſita et poſitæ in inſtrumento,vel alia ſcriptura locationis,ſeu inter locatorem, et conductorem inita, vel initæ,cenſeantur repetita in ſecunda uel alia recunductione, et dicta pacta,et conuentiones teneantur ſeruare, tàm ipſi locatores,et conductores,quàm eorum,et cuiuſq; ipſorum hæredes. Et quia quandoq; contingit,quòd ſi dictus locator ante tempus finitum locationis repetierit rem locatam ab ipſo conductore, et dicat ſe ea uti,et frui uelle,quòd ipſi locatores uolentes expellere cõductores ante finitum tempus, et alteri relocare, dicunt ſe uelle res locatas recuperare pro eorum proprio uſu. Ideo ad obuiandum fraudibus ipſorum,volumus,et mandamus, quòd pro proprio ſuo uſu non audiatur, niſi prius præſtet idoneam fideiuſſionem deutẽdo,et fruendo dicta re locata pro ſuo proprio uſu per unum annum continuum incipiẽdum à die recuperationis,et relaxationis dictæ rei locatæ: Et ſi ipſe locator per dictum annum eadem relocata (ut dictum eſt) nõ utetur,teneatur ad duplam penſionem totius tẽporis dictæ locationis ipſi conductori expulſo. Præterea uolumus,et mandamus,quòd

ſi contingat

ſi contingat ipſum locatorem dicto tempore conductionis pendente,alteri rem locatam uendere,permutare,donare,transferre,concedere,uel quocunq; modo alienare, intelligatur ſemper reſeruatum,et exceptuatum in ipſo inſtrumento,uel alienatione, ut ſupra, ius ipſius conductoris,ſiue fuerit per dictum locatorem reſeruatum, ſiue non. Et ſi alteri locaret ſine eius licentia: poſſit,et ualeat ipſe locator rem locatam recuperare. Et nihilòminus totam penſionem ab ipſo conductore petere,et conſequi. Hoc addito quòd q-cunq; conduxerit aliquam domum,apothecam,& ſtantiunculam, non poſſit alteri locare ſine licentia primi locatoris in totum,vel in partem,neq; ullo unquàm tẽpore rem ipſam conductam preſcribere. Et dictus conductor non poſſit ullo unquàm tempore referre quæſtionem dominii locatori, uel eius hæredi,et ſucceſſori, quin omnia prædicta inuiolabiliter per eos,et quemlibet eorum obſeruentur ſub pœna. c. lib.den. pro quolibet cotrafaciente. Et per Poteſtatem,et Cap.uel iudicem appellationis, et eorum officiales ab eis auferendarum, et parti obſeruanti applicandarum.

De reſtitutione in integrum petenda directa via, omiſſis adminiſtrationibus, & cauſas agentibus. Rub. 118

PRæſenti ſtatuto decernimus,quòd minor xxv. annis,& vbicunq; lædantur in iudicio, vel extrà,electionem habeant, an velint petere reſtitutionem in integrum, vel agere cõtra tutorem,procuratorem,actorem,vel ſyndicum,quorum culpa,vel negligentia cõtigerit eos lædi,& petita reſtitutione in integrum procedatur ſuper cauſa,non obſtante, quòd contra adminiſtratores ipſorum præfatos non ſit primitus actum, aut facta diſcuſſio contra eos.

De Dotibus,et dotatis mulieribus. Rub. 119.

ITem ſtatuimus,& ordinamus, quòd ſi qua mulier nata,uel naſcitura, fuerit,uel erit dotata à pâtre, uel auo paterno,uel fratre carnali,vel patruo carnali, non poſſit ipſa mulier dotata,nec deſcendentes ex ea ſuccedere in bonis, & hæreditate,vel ſucceſſione prædictorum, vel alicuius eorum dotantium,vel non dotantium,vel deſcendentium ab eiſdem,vel aliquo prædictorum per lineam maſculinã,quouſq; ſuperuixerit aliquis de prædictis auo paterno,patre,fratre carnali,vel patruo carnali,vel aliquis maſculus legitimus & naturalis de prædictis proximè nominatis,vel aliquo prædictorum, vel maſculus, ſeu maſculi ex deſcendentibus ab eiſdem, vel aliquo ipſorum per lineam maſculinam,dummodò dicta perſona ſit ſucceſſibilis.§. Si verò fuerit dotata à matre,vel auo materno,vel auia materna, vel paterna,non poſſit dicta mulier dotata,nec deſcendentes ex ea ſuccedere in hæreditate,& ſucceſſione ipſorum matris,aui,vel auiæ, paternorũ, & maternorum dotantium,vel non dotantium quoad ſuperuixerit aliquis maſculus legitimus,& naturalis ipſorum,vel alicuius eorum,de cuius hæreditate agitur, vel maſculus, & maſculi legitimus,& naturalis,vel legitimi, & naturales deſcendens,uel deſcendẽtes ex ipſis, uel aliquo ipſorũ,uel ipſarũ,de quorum hæreditate agitur,ut præmittitur.§.Et ſi mulier plures habuerit fratres carnales,& fuerit ab uno ex fratribus dotata, non poſſit dicta mulier reuerti,nec recurſum habere ad hæreditatem fratris dotãtis ſine liberis ex matrimonio decedentis,uel ad hæreditatem alicuius ex fratribus ipſius dotantis ſibi utrinq; coniunctis,uel conſanguineis tantùm,nec ipſi fratri dotanti, vel alicui ex talibus ſuis fratribus ab inteſtato ſuccedere quouſq; ſuperuixerit aliquis frater utrinq; coniunctus, uel cõſanguineus,tàm ipſius fratris ab inteſtato mortui ſine liberis ex matrimonio natis, uel aliquis ex deſcendentibus per lineam maſculinam à fratre,uel fratribus utrinq; coniuncto, uel coniunctis ipſi fratri dotanti,vel à fratre,vel fratribus,conſanguineo, vel conſanguineis, quàm ipſius fratris dotantis. §. Item dicimus,quòd ſi qua mulier fuerit,vel erit dotata à fratre,vel fratribus omnibus carnalibus, & aliquis illorum fratrum decederet ſine filiis,alii fratres maſculi vtrinq; couiuncti,ſi ſoli ſuperſint, vel conſanguinei tantùm, ſi ſoli ſuperſint fratri mortuo ab inteſtato, ſuccedant cum nepotibus ex aliis præmortuis fratribus, qui fuerunt fratres vtrinq; coniuncti mortuo, vel conſanguinei. Et ſi non ſupereſſent

pereſſent tales fratres talis mortui, ſed ſupereſſent tales nepotes, ipſi nepotes ſuccedant ſoli, ipſa muliere dotata excluſa à dicta ſucceſſione quouſq; aliquis ex dictis maſculis extiterit. Et hoc ẽt locũ habeat in patruis carnalibus, quibus ſuccedant filii maſculi aliorũ fratrũ, & nõ fœminæ dotatæ, vbi morirentur ab inteſtato. §. Et ſi dictæ mulieres dotatæ vel non dotatæ morirẽtur ſine filiis ab inteſtato ẽt in pupillari ætate, matre ſuperſtite, vel ea non extante, ſuperſtite auia materna, vel auo materno, vel auia paterna, eo caſu in totum excludantur mater, auus maternus, vel auia materna, vel paterna quouſq; ſuperuixerit aliquis frater, vel ſoror carnalis vtrinq; coniunctus, vel coniuncta, vel aliquis filius, vel filia, vnus, vel plures ipſorum fratris, vel ſororum, ſi ipſi ſuperſint ſecundùm formam, & tenorem ſtatuti immediate ſequentis. Vbi verò prædicti non ſupereſſent, & ſuperuiuerent frater, vel fratres, conſanguineus, vel conſanguinei tantùm, uel eorum, uel alicuius ipſorum filii maſculi legitimi, & naturales, vel patruus, vel patrui carnales, vel filii eorum ſeu alicuius eorum maſculi legitimi, & naturales, & excluſa matre, auo, & auia paterna, & materna prædictis, ſuccedant in aliis bonis pręterquàm in legitima ordine ſucceſſiuo, & eo caſu, quo filii maſculi remanerent ex dicto fratre dotante, & morirentur in pupillari ætate, ſimili modo ſuccedant fratres dotantis, vbi ſupereſſent fratres carnales, ẽt ex latere patris tantùm: & vbi non ſupereſſent tales fratres, ſuccedant patrui eorum, & filii maſculi, matre excluſa, & auo, & auia prædictis: ſaluo in omnibus, & ſingulis dictis caſibus in præſenti ſtatuto contentis, & quolibet eorum teſtamento, & vltima voluntate prędictorũ. §. Et ſi aliquis ex dictis mulieribus relinquerent aliquid obſeruetur: ſaluo, quòd mulieres tempore neceſſitatis poſſint habere victum, & veſtitũ in hæreditate ſecundùm vires patrimonii, dotem ſuam conferendo, & refundendo, ſi poterit, vel iura cedendo repetendi dotem cauſa conferendi, & refundendi dotem prædictam. §. Ille autem, vel illi, qui ſimul cum aliqua muliere parentibus ſucceſſerit, uel ſucceſſerint ab inteſtato, qui dotem dederit, vel dederint pro ipſa muliere, eius, ſeu eorum hæredes non poſſint, nec debeant repetere ipſam dotem, donec vixerit illa mulier dotata, vel ſui filii, vnus, uel plures: nec petere poſſit ipſa mulier partem ipſius, vel eius hæredibus contingentem de bonis ipſorum parentum vſq; ad concurrentem quantitatẽ dotis receptæ. §. Item ſi aliquis receperit aliquam promiſſionem reſtitutionis dotis alicuius mulieris de bonis mulieris, ſiue nominata fuerit illa mulier in inſtrumento promiſſionis de reſtitutione dotis, ſiue non, ius de dicta dote, & actionem pro ipſa dote repetenda cedere, & reſtituere debeat ipſi mulieri, nec derẽtio talis inſtrumẽti ipſi mulieri nec illi, cui dimitteret, vel ius ſuũ daret, & cederet, obeſſe poſſit: aliquo iure cõi, vel ſtatuto nõ obſtãte: ſed illũ, uel illos inſtrumẽtũ, ſeu promiſſiones de reſtitutione dotis recipiẽtẽ, uel recipiẽtes: Pot. & Cap. uel aliq̃s alius officialis cõpellãt ipſi mulieri, vel ſuis filiis, vel cui ius ſuũ cederet, & dimitteret, vt dictũ eſt, reſtituere. §. Et intelligatur dos fuiſſe de bonis mulieris dotatæ, eo ipſo, quòd apparuerit eandem dotatam fuiſſe ſemel, uel pluries à patre, matre, auia, uel zio, fratre carnali, uel conſobrino, ſorore carnali, vel conſobrina, etiam ſi in inſtrumento dotali nõ diceretur, quòd eſſent bona dictæ mulieris, ſed ſimpliciter à prædictis daretur: ita quòd non intelligatur de bonis propriis eius, qui ſtipulatus fuerit dotem ſibi reſtitui, ſe dotem dediſſe, vel promiſiſſe de bonis dictæ dotatæ, niſi appareret euidenter dictum dotantem ſupradictam dotem dictæ mulieris ſe date, ſeu promittere: quo caſu vſq; ad concurrentẽ quantitatem, quã de ſuo ſolueret, poſſit ſibi cauere per ſtipulationem, uel alio modo, vt partes extiterint in concordia. §. Item ſi quis, uel ſi qua (exceptis perſonis de quibus in præcedẽti. §. qui incipit ille aũt uel illi) aliquam dotauerit mulierem in totum, uel in partem de propriis bonis ipſius dotantis, ſiue pecuniam dederit, vel alias res, & ipſam dotem tempore promiſſionis, ſi promiſſio interuenerit, vel tempore ſolutionis, vel traditionis ſtipulatus fuerit, uel ſtipulata dotem ſibi reddi, & conſtiterit inſtrumento, aut documento publico, uel teſtibus fide dignis, matrimonio diſſoluto morte mulieris ſine filiis ex ea deſcendentibus inter illam mulierem, quam dotauit, & maritum, cui pro ea dotem dederit,

derit, uel dari fecerit: dotem, quam dederit, uel dari fecerit, liberè poſſit repetere, & ſibi reſtitui debeat per eum, qui receperit talem dotẽ ab aliquo dante de ſuis bonis propriis & teneatur reſtituere, & ei, cui uoluerit, qui dotem dederit, facere inſtrumentum, & promiſſionem: nec compellatur ipſi mulieri, nec hæredibus, pro qua dos data eſt, reſpondere de dicta dote. quod capitulum in negociis præſentibus, præteritis, & futuris locum habeat in qualibet parte ſui, capitulo aliquo non obſtante. § .Saluo, quòd fœminæ poſſint venire ad ſucceſſionem parentum, & fratrum, & aliarum perſonarum, ad quarum ſucceſſionem de iure vocantur, ſi deſcendentes maſculi per lineam maſculinam non ſuperſint de prænominatis ſupra in præſenti ſtatuto, remittendo, vel cedendo, vt ſupra, dotes ſuas in hæreditate. §. Et intelligantur mulieres eſſe dotatæ, ſi pro dote mulieri aliquid in teſtamento, vel codicillis, fuerit relictum per aliquem de perſonis prædictis, vel datum, vel promiſſum: dumtamen, ſi minus congruè fuiſſet dotata, debeat ſuppleri congrua dos ſecundùm quod in præſenti capitulo proximo continetur. §. Item ſi aliquis pater, vel auus paternus alicuius mulieris nõ dotatæ deceſſerit inteſtatus, frater, vel fratres ipſius mulieris vtrinq; coniunctus, vel coniuncti, vel conſanguineus, ſiue conſanguinei tantùm, vel alii maſculi deſcendentes ex ipſo fratre, vel fratribus per lineam maſculinam teneantur, et debeant de bonis ipſius patris, vel aui ipſam mulierem dotare, uel partem aſſignare, & dare competentem ſecundùm condecentiam ſuæ perſonæ, & ſecundúm facultatem hæreditatis patris, vel aui paterni, & conſuetudinem, & morem ciuitatis: & habita dicta dote, vel promiſſione facta marito, vel patri mariti, vel ſibi aſſignata, & data, ex tunc excludatur à ſucceſſione prædictorũ patris, & aui: quouſq; ſuperuixerit, vel ſuperuixerint frater, vel fratres dotans, vel dotantes, vel eorum, ſeu alicuius eorum deſcendentes maſculi per lineam maſculinam. §. Et de competentia dotis dictæ mulieris ſtetur dicto, & declarationi duorum proximiorum conſanguineorum dictæ mulieris, qui ad prædicta declaranda cogantur per Poteſtatem, & Cap. ſiue iudicem appellationis dictæ ciuitatis ad petitionem fratrum, ſiue proximiorum conſanguineorum dictæ mulieris, uel alterius ex ipſis. Et ſi dicti conſanguinei non fuerint in concordia tertium eligere ad prædicta, per dictos Poteſtatem, & Cap. fiue iudicem appellationis cogantur, & compellantur. Et dicta aſſignatio, conſignatio, & declaratio fieri debeat infrà ſex menſes poſt mortem dictorũ patris, uel aui. §. Et ſi infrà dictos ſex menſes dicta aſſignatio, conſignatio, uel declaratio facta non fuerit, à ſucceſſione patris, uel aui non excludatur talis mulier: ſed ipſa mulier dicto termino elapſo ad ſucceſſionem prædictorum, uel alterius eorum admittatur. Et poſſit petere partem, & diuiſionem bonorum tanquàm cõium. §. Inſuper volumus, quòd facta declaratione, ſeu deputatione dictæ dotis, omnia bona hæreditaria dictorũ patris, uel aui remaneant, & ſint obligata ipſi mulieri: donec dictæ dotes ſoluantur, & dentur ipſi mulieri, uel patri mariti: quas dotes ſoluere teneantur dicti fratres, uel frater, & eorũ deſcendẽtes tempore, quo ipſa mulier fuerit nuptui tradita, uel monaſterium intrauerit, & non ante. §. Saluo quòd ſi ipſa mulier antequàm ſe nuberet, ſeu monaſterium intraret cum dictis ſuis fratribus, uel fratre, & eorum deſcendentibus ſtare, & cohabitare nõ poſſet, quòd ipſi, vel frater, uel eorum deſcendentes teneantur dare ipſi mulieri dictas dotes vt ex ipſis dicta mulier ſe alere poſſit: dummodò honeſtè & caſtè uiuat dicta mulier, & aliter petere, vel habere non poſſit. §. Item ſi alicui mulieri eſſet dicta dos in teſtamento relicta, uel alia ultima uoluntate prædictorum patris, uel matris, aui, ſeu auiæ, paternorũ ſeu maternorum, ſeu aliquorum prædictorum: & in inſtrumento facto de dote ipſius mulieris, & promiſſione facta per aliquem, ſeu aliquos prædictorum, vel eorum deſcendentes de dote ipſius mulieris non eſſet nominata ipſa dos, ſeu quantitas relicta, quòd in ipſa promiſſione, & inſtrumento, & in quantitate promiſſa intelligatur, & includatur dicta dos, & quantitas relicta, ſeu quomodolibet pertinens & ſpectans ipſi mulieri in bonis, & hæreditate prædictorum, ſeu alicuius eorum, ſiue nominata fuerit, & computata ipſa quantitas in dote prædicta, ſiue non: dummodò dicta dos tranſcendat, & ſit maior quã

titas, quàm ipſum legatum, vel relictum. §. Et idem dicimus debere fieri, quando per aliquem prædictorum qui in eius vltima voluntate reliquerit dotem mulieri, & poſt dictũ relictum factum ipſemet relinquens promiſerit, ſeu ſoluerit dotem prædictam: quòd dos relicta intelligatur eſſe illa dos promiſſa, ſeu ſoluta. §. Et ſi ſimiliter fuerit, vel erit dotata bis, vel pluries à patre, matre, auo, vel auia paternis, ſeu maternis, patruis, fratribus carnalibus, vel conſobrinis, vel deſcendentibus maſculis ab eiſdem, vel ipſorum altero, vel ſeipſam dotauerit ſemel, vel pluries ſe maritando, quòd dos ſibi data, vel promiſſa in primo matrimonio intelligatur data, & promiſſa, & computetur in dote ſecundi, & in aliis matrimoniis. Et idem dicimus in monialibus reclauſis religioſis, & ſpiritualibus perſonis, qui, & quæ non poſſint habere recurſum in bonis, & hæreditate prædictorũ quoquomodo, vel cauſa. §. Saluo, & reſeruato, quòd religioſus maſculus ipſo viuente poſſit habere recurſum, & regreſſum ad legitimam tantùm, & aliter non, patre mortuo ab inteſtato. Ex teſtamento aũt debeant ſtare contenti relictis, & inſtitutionibus eis factis omni exceptione remota.

De Feriis totius anni in criminalibus, & ciuilibus cauſis declaratis. Rub. 120.

VT ſciant cuncti qui dies ſint feriati in ciuilibus, & criminalibus cauſis. ſtatuimus, & ordinamus, quòd dies feriati in maleficiis, & cauſis criminalibus ſint infraſcripti, videlicet, dies Natiuitatis Dñi N. Ieſu Chriſti cũ duobus ſequentibus. dies Paſchatis Epiphaniæ. dies s. Anſouini. dies Paſchatis Reſurrectionis Dñi cũ duobus ſequẽtibus. dies S. Venãtii. dies feſtiuitatis Corporis Xpi. dies Aſcẽſionis Dñi. dies Paſchatis Pentecoſtes cũ duobus ſequentibus. dies quinq; feſtiuitatũ B. Mariæ virginis. videlicet, Natiuitatis, Cõceptionis, Annũciationis, Purificationis, & Aſſumptionis. dies feſtiuitatũ oĩum S. Apoſtolorũ. dies Dominica totius anni. dies feſtiuitatũ s. Io. Baptiſtæ, tã natiuitatis, quàm decollationis. dies S. Crucis de mẽſe maij. feſtũ oĩum Sãctorũ. ¶ In cauſis verò ciuilibus coràm D. Rectore, et ei⁹ Auditoribus, D. Pot. ciuitatis Cam. & eius iudice, ſeu Collatorale, Iud. appel. & quibuſcũq; aliis iudicibus tàm ordinariis, quàm cõmiſſariis, delegatis, vel ſubdelegatis agitãdis feriatos dies eſſe decernimus oẽs infraſcrip. videlicet, Feſtum Natiuitatis Dñi nñi Ieſu Xpi, in vigilia ipſius vſq; ad octauã incluſiue. feſtũ Epifaniæ cum duobus diebus ſequentibus. feſtum diei miraculi apparitionis Diuæ Mariæ in eccleſia annunciatæ ciuitatis Camerini. feſtum S. Antonii S. Agnetis primæ, et ſecundę S. Sebaſtiani. Conuerſionis S. Pauli. ſex feſtiuitates S. Mariæ virginis, videlicet, Natiuitatis, Cõceptionis, Annunciationis, Purificationis, Aſſumptionis, et Viſitationis. Cathedra S. Petri. feſtũ S. Blaxii. S Agatæ. S. Appolloniæ. S. Catherinæ. S. Luciæ. S. Vrſulæ. S. Mariæ Magdalenæ, S. Annæ, S. Ceciliæ, S. Chriſtinæ. feſtiuitates omniũ Sãctorũ Apoſtolorũ et Euangeliſtarum, S. Thomæ de Aquino, S. Ioſeph, S. Gregorii, S. Anſouini, S. Porfirii, Dies inuentionis corporis beati Venantii martyris, quæ fuit 28. Martii M. D. LVIII. Sancti Seueri, Sancti Ioannis de Parma, Sancti Dominici, Sancti Petri Martyris, Sancti Benedicti in tota ebdomoda ſancta. In Paſchate Reſurrectionis Domini, et tota ebdomoda vſq; ad octauam reſurrectionis, In Aſſumptione Domini, In Paſchatæ Pentecoſtes cũ duobus diebus ſequentibus, feſtũ conſecrationis corporis Chriſti, feſtũ Natiuitatis, et Decollationis S. Ioannis Baptiſtæ, feſtum omnium Sãctorum cum die ſequẽti, feſtiuitates Sanctæ Crucis, feſtiuitates S. Michaelis de menſibus Maij, et Septembris, feſtum S. Berardini, S. Martini Epiſcopi, et confeſſoris. In dedicatione baſilicæ Apoſtolorũ Petri, et Pauli, S. Nicolai epiſcopi, prima dies quadrageſimæ, prima dies octo dierum Indulgentiarũ S. Venãtii martyris, quæ eſt de menſe Maii, quælibet dies veneris totius anni propter reuẽrentiam dominicæ Paſſionis, feſtum S. Venantii cum vna die præcedente, et alia ſubſequente, S. Hieronymi, S. Ambroſii, S. Georgii, S. Maccharii, S. Antonii de Padua, S. Chriſtophori, S. Thoſſani, S. Blaxii, S. Dominici, S. Vincentii, S. Petri Alexandrini, S. Saluatoris, S. Ioannis ante partam latinam. Et ſint feriæ propter meſſes à feſtiuitate S. Petri vſq; ad feſtum S. Mariæ de menſe Auguſti. Et propter vindemias

à feſtiuitate

à feſtiuitate S.Michaelis Archangeli de menſe Septembris, vſq; ad dies viginti incluſiue menſis octobris. Excepto quòd in ſequeſtris,& datione tutorum, & curatorum, et in executione alimentorum, et in alijs cauſis ex forma ſtatutorum permiſſis poſſit reddi ius per ſupradictos iudices ciuitatis Camerini. Volumus etiam,& mandamus,quòd omnes & ſinguli Notarii ciuitatis Camerini, qui officium notariatus exercent in ciuilibus, et quilibet ipſorum debeant, & debeat conficere vnum librum in quo contineantur serioſe,et diſtincte omnes dies iuridici, et feriati totius anni ſub pœna ſuſpenſionis exercitii Notariatus per menſem,et vltrà ad beneplacitum Rectoris ciuitatis Camerini.

Capitoli delle Fiere di S. Venanzo,et di S.Anſouino, de la Città di Camerino Protettori. Rub. 121.

IN Dei nomine Amē. Infraſcripta ſunt Capitula, et ordines inuiolabiliter perpetuò obſeruandi per Magnificos D. Præfectos nundiñ. diuorum Venantii, et Anſouini, Reipublicæ, Populiq; Camertis tutelarium,facta,inita,et compoſita per Magnificos D. Rodulphum Paulutium, Hieronymum Barnabei, Franciſcum Corradinum, Bonamuenturam Hieronymi, et Franciſcum Antonium Zamponum ciues Camertes: Camertisq; Communitatis Priores Honorandos, vnà cum Magnificis Dominis Dominico Mazzaloſto, Ser Camillo Lucarello, Capitaneo Thoma Rodulphino, Marco Paulutio, Camillo Nanzatello, Ser Iacobo Rodulfi, & Angelo Maſciatico de numero XII. virorum Conſi. minoris: Vigore facultatis,et arbitrij ſupradictis Magnificis D.Prioribus,et ciuibus conceſſi,et attributi conſulto et decreto Magnifici Conſi.nonaginta virorum, Ciuit. et Populi prædicti. Quorum quidem Capitulorum tenor talis eſt videlicet.

IN primis che li Magnifici Signori ſopraſtanti delle fiere di S. Venāzo, et S. Anſouino, che ſaranno per il tempo poſſino,et vaglino conoſcere tutte cauſe Ciuili de Mercāti, tanto Cittadini, quanto Foraſtieri, ſummariè de plano, et ęquo de iure et de facto ſola facti veritate inſpecta, ſine ſtrepitu, et figura iudicii, iuris ordine non ſeruato, diebus feriatis, vel non feriatis, cuiuſcunq; ſint quantitatis. Placet.

Item che durante li detti tempi delle Fiere non ſia lecito alli Capitani de tutte l'arti della Città di conoſcere cauſe mercantili d'alcuna maniera, ma la cognition di quelle, ſpetti e pertenghi alli ſudetti Magnifici S. ſopraſtanti. Placet.

Item che denanzi al tribunal de detti Magnifici S. ſopraſtanti, non poſſino comparire Aduocati, ne Procuratori perſonalmente, ne con ſcritture. Placet.

Item che li ſopradetti Magnifici S. Sopraſtanti habbino, et hauer debbiano il lor tribunale nella traſanna vecchia delli Notai, poſta nella piazza di S. Angelo, doue ſiano obligati ſedere à rendere ragione due volte il giorno, tanto feriato, quanto non feriato, cioè vna volta la matina, et l'altra la ſera. Placet.

Item che li ſopradetti magnifici S. Sopraſtāti, poſſino receuere per capo ſoldi, ò ſportole vn Bolognino per Fiorino, ſin'alla quantità di 200. Fiorini. et da quello in sù, vn ſoldo, ſin'alla ſomma de 500. Fiorini. et da 500. ſin'à mille, et vltrà ſolamente due quatrini per Fiorino, da pagarſi loro ſtatim poſt prolationem ſententiæ. Placet.

Item che li ſopradetti magnifici S. Sopraſtanti di conſenſo del ſuperiore, che vi ſarà per il tempo, et di licenza de li magnifici S. Priori, poſſino e vaglino durante li ſopradetti tempi delle fiere fare, et ordinare Bandi, e qual ſi voglia altro ordine pertinenti al tēpo delle fiere ſecondo l'occorenze che naſceranno. Placet.

Item che durante li detti tempi li ſopradetti S. Sopraſtanti di conſenſo, et licenza de li ſopradetti poſſino dare aſſetto, et ordine alli Hoſti et tauernari della Città de Camerino, ſopra li prezzi delle robbe, che terranno ad vendere nelle loro hoſterie, et tauerne. Placet.

Item che li prefati magnifici ſopraſtanti poſſino truouare caſe botteghe ò fondachi à

mercanti in qualunq; loco ſiano poſte dentro la Città di Camerino. Anchor che biſognaſſe leuarne li proprii padroni ò pigionanti, e ordinare per nolo quella mercè, che parerà loro, et qualũq; recuſaſſe obbedirli caſchi in pena de X. Scudi d'oro d'applicarſi alla communità di Camerino. Placet.

Item che li ſopradetti magnifici S. Sopraſtanti poſſino, et vaglino multare, et condẽnare li Gabellieri della città di Camerino. Secondo il loro arbitrio in caſo che li detti Gabellieri pigliaſſero gabella per le robbe mercantili, che ſi mettono per la fiera, tanto ſe le dette robbe ſi metteſſero inanzi il tempo di fiera, quanto ſe durante la fiera. Dũmodò la detta multa ſi applichi alla communità di Camerino. Et ſe tra mercanti e li Gabellieri naſceſſe differenza ſopra il mettere delle robbe, ne ſiano iudici eſſi magnifici S. Sopraſtanti. Placet.

Item che alli ſopradetti magnifici S. Sopraſtanti ſia lecito de multare e condennare li ſopradetti Gabellieri (com'è detto di ſopra) in caſo che voleſſero riſcuotere gabelle da Cittadini, ò Contadini, che metteſſero ò cauaſſero robbe mercantili nella detta Città durante li tempi delle fiere. Placet.

Item che le ſopradette facultà s'intendano eſſer date, e ſiano con effetto date inſolidũ alla metà del numero delli magnifici S. Sopraſtanti, dummodò in eſſa metà vi ſia vn per ciaſcun terzero. Placet.

Item che li magnifici S. Sopraſtanti in numero eſſer debbiano Sei cioè duo per terzero da elegerſi ogn'anno dal magnifico Conſeglio, ò da chi hauerà facultà da quello, & quelli che ſaranno eletti per il Santo Anſouino, ſiano anchora il San Venanzo di quel l'anno. Placet.

Facta inita & cõpoſita fuerũt &c. Sub Anno Dñi M.D.XLVII. Die 12. Martii. &c.

Supraſcripta Capitula XII. confirmamus, & approbamus, & pro confirmatis, & approbatis perpetuis futuris temporibus haberi volumus, & mandamus: reſeruato tamen arbitrio Reuerendiſſ. & Illuſtriſſ. D. Legati. In quorum fidem &c. Dat. Camerini Die Duodecima Martij. 1547.

IO. BAPTISTA LOCVMT.

Locus Sigilli.

Explicit Liber Secundus Voluminis Statutorum Magnificæ Ciuitatis Camerini.

LIBER TERTIVS STATVTORVM,
Super cauſis Criminalibus.

De modo procedendi in Maleficiis. Rub. 1

LIBRO Huius voluminis tertio titulum proponentes principaliter decernimus, ſtatuimus, et ordinmus, quòd cum omnia iura clamẽt, quòd maleficiis, et fraudibus litigantium eſt protinus obuiandum, et maleficia nullatenus remanere debeãt impunita. ſi aliqua accuſatio porrecta fuerit, coràm Poteſtate, vel Cap. ſiue eorum iudicibus, vel alio quocunq; iudice Camerini de maleficiis cognoſcẽte, de aliquo crimine, uel delicto cõtra aliquem Camerinenſem, vel forẽſem, uel alium quẽcunq;. prædicti Poteſtas, et Cap. uel alius iudex de maleficiis cognoſcens, ipſam accuſationem recipere debeant à porrigente. et ſtatim anteq̃ porrigens à bancho recedat, iurare faciat ſuper accuſatione prædicta, quòd vera ſint, quæ in accuſatione cõtinentur, et ipſum ſacramentum loco litis conteſtarionis habeatur. quæ litis conteſtatio quantúm ad accuſationem non perpetuet iuriſdictionem iudicis, niſi ſequatur vnica citatio ex parte eiuſdem iudicis cum termino ordinato citationis prædictæ, ita quòd ultima dies termini, cadat in tempus, quo poſſit exercere iuriſdictionem dictus iudex. Quantum aũt ad reaccuſare uolentem ſuum accuſatorem, ſufficiat porrectio cum iurameuto ẽt ad perpetuandum iuriſdictionem. et ipſam poni faciat, et ponat in libris, et actis communis Camerini: et ſuper accuſatione prædicta procedere debeant contra accuſatum, uel accuſatos ad citationes cum tranſmiſſione, et dimiſſione cedulæ continentis tenorẽ, annum, menſem, et locum maleficii, bannum, notificationem banni, condemnationes, et alia, quæ occurrerint facienda ſecundùm formam infraſcriptam, non obſtante abſentia accuſatoris. Et procedere poſſit iudex abſente accuſatore, et non monito, uel eo præſente, ſi adeſſe uoluerit, præſente tamen accuſato, uel eo abſente tamen monito, uel citato ad receptionem teſtium ad publicationem eorum, et alios actus. Et ſuper ipſis accuſationibus recipere poſſint omnes teſtes, quos accuſator dederit tempore accuſationis porrectæ nominandos, et non aliter quàm in ſcriptis nominandos ad petitionem accuſatoris. Et proceſſus, qui fiet, ualeat, et teneat, ac ſi lis conteſtata eſſet inter partes, et proceſſus factus eſſet præſentibus partibus. Si uerò accuſator non aderit, uel adeſſe noluerit, teneatur iudex; ſi vſ̃, ſuper ipſis acculationibus, et delictis in ipſis accuſationibus contentis procedere, ut dictum eſt. Et ferre ſententiam condemnatoriam, uel abſolutoriam, ut dictum eſt, infrà duos menſes continuos computandos à die porrectæ accuſationis, et in proceſſibus pendentibus à die inchoati officii. Et idem obſeruetur in inquiſitionibus, et denunciationibus à die factæ citationis. Saluo quòd Poteſtas, et Cap, et alius quilibet officialis de maleficiis cognoſcens per ſe, uel alium non poſſit ferre ſententiam diffinitiuam, uel quæ obtinet uim diffinitiuæ cõtra commune, collegium, et vniuerſitatẽ aliquã, nec cõtra ſpeciales perſonas ultimis xv. diebus ſui officii, nec publicare poſſit proceſſus maleficiorum, nec teſtes recipere, vel examinare. ita tamẽ quòd nullum tempus interim currat in aliquibus caſibus, ſed ſint in eo ſtatu, in quo erãt ante introitũ officii ſui ſucceſſoris; nec in ebdomada ſancta, et alia ebdomada immediate ſequenti, nec in diebus aliis poſitis ſub Rubrica. 120. de feriis in maleficiis, et cauſis criminalibus totius anni.

Et quia officiales Poteſtatis, et Capitanei, vel alterius iudicis de maleficiis cognoſcentis interdum ſunt negligentes circa expeditionem proceſſuum maleficiorum, ad hoc, ut ipſi materiam habeant proceſſus ipſorum expediendi: Dicimus, et ordinamus, quòd cum in diebus feriatis in maleficiis, et nullus proceſſus in cauſis maleficiorum, dictis diebus feriatis poſſit fieri. Iudices autem prædicti teneantur, et debeant in dictis diebus feriatis ſemper ſtare in eorum palatiis ad audiendum allegationes fiendas in ipſis cauſis maleficiorum, et intendere circa examinationem, et expeditionem ipſorũ proceſſuum ad pœnam c. lib. den. Et ut etiam omnis ſuſpicio, et malignitas ceſſet: ordinamus quòd poſtquàm libri reſtituti fuerint per Poteſtatem, uel Cap. uel eorum officiales, ſiue alios de maleficiis cognoſcentes in ciuitate Camerini, qui pro tempore fuerint communis Camerini, non poſſint in cauſis maleficiorum aliquem proceſſum facere, nec aliquam accuſam, ſeu denunciationem, vel inquiſitionem recipere, vel facere. & ſi fecerint: non valeat ipſo iure, quod factum fuerit per illos, qui libros reſtituiſſent, poſt ipſorum librorum reſtitutionem factam. Et interim terminus non currat litigantibus vſq; in diem primam iuridicam initii officii ſucceſſoris. Et quæ dicta ſunt de Poteſtate, & Cap. & eorum officialibus, & aliis officialibus de maleficiis cognoſcẽtibus, quòd poſſint, & debeant procedere in cauſis maleficiorum modo prædicto intelligatur ſecùndum iuriſdictionem eis, & cuilibet ipſorum attributam, ſecundùm formam ſtatutorum, & ordinamentorum communis Camerini. Item quilibet Pot. & Cap. & cuilibet eorum iudices & quilibet alius de maleficiis cognoſcens, teneantur, & debeant in fine eorum officii, & regiminis, ſcilicet die, qua libri, & acta aſſignantur, ſeu reaſſignari debent Camerario, uel ſyndicatoribus communis legaliter, & ſine fraude reddere, & aſſignare vnà cum ſuis, ſeu coràm ſe initiatis proceſſibus accuſationum, denunciationum, & inquiſitionum, & alios ſingulos actus criminales pendẽtes factos, vel habitos, ſeu initiatos tempore tàm Poteſtatis, quàm Cap. vel alterius iudicis de maleficiis cognoſcẽtis, reaſſignantis, & exeũtis de officio, quàm tempore ſuorum prædeceſſorum ſibi per ſuos prædeceſſores, vel Camerarium communis aſſignatos, vel datos. Et non reddatur ius in ciuilibus, nec in criminalibus cauſis in ebdomada ſancta. Et quòd dicta ebdomada, & diebus feriatis, vt ſupra, nõ currat tempus ſuper proceſſibus criminalibus duorum menſium.

Quòd Poteſtas, & Capitaneus, & omnes alii iudices de maleficiis in ciuitate Camerini cognoſcentes poſſint procedere per inquiſitionem, denunciationem, & accuſationem contra maleficia comittentes. Rub. 2.

AD hoc, vt maleficia commiſſa, & committenda non remaneant impunita, ſtatuimus, & ordinamus, quòd in omnibus maleficiis commiſſis toto tempore præſentis regiminis, & quæ committerentur ab hodie in antea in ciuitate, comitatu, vel diſtrictu Camerini, per quaſcunq; perſonas cum armis, & ſine armis cum ſanguine, & ſine ſanguine. Poteſtas, & Cap. & eorum iudices, & quilibet alius iudex de maleficiis in ciuitate Camerini cognoſcens ſecundùm eorum iuriſdictionem poſſint, teneantur, & debeant ad inueniendum maleficia, & puniendum procedere per accuſationem, inquiſitionem, & ad denunciationem cuiuslibet perſonæ, & ex ſuo officio, & repertos culpabiles punire, & cõdẽnare poſſint, & debeant ſecundùm formã ſtatutorũ cõis, & populi Camerini. Et ſyndici, & ſubſtituti dictorum ſyndicorum caſtrorum, & villarum comitatus, & diſtrictus ciuitatis Camerini, qui iurauerint ſyndicatus officium exercere, teneantur, & debeant denunciare, & referre ſyndico communis Camerini, omnia, et ſingula maleficia, et delicta, quæ fierent infrà confinia eorum ſyndicatus qui ſyndicus teneatur, & debeat in continenti Dño Poteſtati, vel ſuæ curiæ, vel aliis iudicibus de maleficiis cognoſcentibus, ſimiliter eadem denunciare, & referre. Et idem dicimus, quòd vacante officio D. Poteſtatis teneantur denunciare Domino Capitaneo, & ſuæ curiæ vel aliis iudicibus vt ſupra omnia maleficia, quæ committerentur, & commiſſa eſſent in eorum ſyndicatibus infrà tres dies à tempore commiſſi maleficii. Et ſi aliquis de ipſis ſyndicis, vel ſubſtitutis

ſtitutis comitatenſibus, vel diſtrictualibus contrafecerit in prædictis in occultando, vel in non denunciando maleficium ſyndico communis, vt dictum eſt: cõdemnetur dictus ſyndicus, vel ſubſtitutus eius in xxv. libris den. vt dictũ eſt per Pot. pdictũ, vel alios officiales vt ſupra. Excepto de verbis iniurioſis, & de inſultu ſine armis, & de adulterio & furto, in quibus nõ poſſit aliter inquiri, & procedi, niſi per accuſationẽ tm̃. Et ſi per Poteſtatẽ, vel Cap. vel eorum curiam, vel alium iudicem de maleficiis in ciuitate Camerini cognoſcentem, contra aliquos procederetur per modum denunciationis, inquiſitionis, ſeu accuſationis alicuius maleficii, & noluerint coràm curia D. Poteſtatis, & Cap. vel alterius iudicis in ciuitate Camerini de maleficiis cognoſcentis reſpondere, ſeu ſe excuſare à dictis denunciationibus, inquiſitionibus, & accuſationibus allegando aliquod priuilegium contra communis Camerini iuriſdictionem: quòd ille, ſeu illi, qui tales offenderent, non teneantur ad pœnam, & bannum, nec contra ipſos procedatur per Poteſtatem, & Cap. & curias ipſorum D. Poteſtatis, & Cap. ciuitatis Camerini, quod prædictũ ſtatutum non intelligatur eſſe factum contra fauorem alicuius clerici. Et quòd omnes rectores, qui deinceps erunt in officio Poteſtariæ dictæ ciuitatis Camerini, vel alterius officii autoritatem habentes maleficia cognoſcendi, debeant ſecundùm modum, & formam ſuperius expreſſam cõtra maleficia committẽtes procedere per accuſationem, inquiſitionem, et denunciationem prout ſuperius eſt expreſſum. Et ſi eſſet aliqua vniuerſitas, quæ nõ haberet ſyndicum, ſeu ſubſtitutum ſyndici, et maleficium, quod dicitur eſſe commiſſum, non eſſet denunciatum prout ſuperius dictum eſt: puniatur ipſa vniuerſitas in pœnam prædictam xxv. lib. Et ſufficiat publica fama contra ſyndicum, & vniuerſitatem delictum fuiſſe commiſſum, quod diceretur non fuiſſe, vel eſſe denunciatum. Et ſi vniuerſitas receperit aliquam promiſſionem pro aliquo maleficio, quod diceretur eſſe commiſſum non denunciando: ſoluat, et ſoluere debeat talis recipiens per ſe, vel alium ab offenſore, vel ab alio duplum quantitatis, quam ſoluere deberet talis, qui diceretur maleficium commiſiſſe, ſi pro delicto, quod diceretur eſſe commiſſum, imponeretur pœna pecuniaria. Et ſi pœna perſonalis imponeretur: ſoluat, & ſoluere debeat lib. ccc. den. Et talis promiſſio non valeat, nec teneat. Et dicta exceptio poſſit opponi contra tales promiſſiones, & obligationes, non obſtante, quòd in eis contineatur de defenſione facienda. Et nihilòminus promiſſio, vel obligatio non valeat. & de prædictis poſſit inquiri dũtamen non teneantur denunciare maleficia, quæ non eſſent punibilia ſecundùm formam ſtatutorum, ſeu maleficia ad quæ denuncianda non tenentur ex forma dictorum ſtatutorum.

De citationibus faciẽdis in criminalibus cauſis, & proceſſibus maleficiorũ. Rub. 3.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ciues, comitatenſes, & diſtrictuales, & habitatores ciuitatis Camerini in cauſis, & proceſſibus maleficiorum, vel criminalium quæſtionum contra ciues, comitatenſes, vel diſtrictuales, ſeu habitatores ciuitatis, comitatus, ſeu diſtrictus Camerini citentur, ſeu vocentur quatuor edictis, ſiue citationibus per baiulũ cõis Camerini, vel curiam. Et prima citatio fiat expenſis Cameræ dicti cõis: Alię verò expenſis vocati, quæ fiant, & ſcribãtur modo, & forma infraſcriptis, videlicet, quòd Notarius dictæ cauſæ, & proceſſus ſua manu ſcribat cedulam continentem diem commiſſionis, & ipſam commiſſionem, nomen iudicis committentis, & nomen baiuli cui committitur, & nomen illius, qui requiri, vel citari debetur, nomen etiam notarii ipſam ſcribẽtis, & ſpecialiter, & diſtinctim, & expreſſe continentem locum, et tempus, annum, et mẽſem commiſſi maleficii, vel delicti, et etiam tenorem totius inquiſitionis, vel accuſationis, ſiue denunciationis cũ termino duorum dierum ipſi per iudicem aſſignando ad reſpondendum in ea contento. Et ipſa cedula per ipſum notarium, vel iudicem ipſi baiulo tradita, et ei per iudicem facta commiſſione requiſitionis prædictæ, debeat ipſe baiulus ſecundùm formam ſuæ commiſſionis in ipſa cedula comprehenſam ipſi inquiſito, accuſato, vel denunciato præſentare, et dimittere, ſi fuerit perſonaliter inuentus. aliòquin

ad domũ ipſius,& penès habitantes relinquat. Et ſi in domo ipſius rei nullam perſonam inueniret,tunc facta citatione ad dictam domum accuſati,vel inquiſiti, præſentet,et dimittat dictam cedulam penès propinquiores cõuicinos ſuos,vel ſaltem propinquiorem eccleſiam. quæ citatio, ac cedulæ præſentatio ad domũ, vel propinquiores vicinos, ſiue eccleſiam modo,& forma qua ſupra facienda,fiat per dictum baiulum in præſentia vnius teſtis ad minus de quorum nominibus, & eccleſiæ baiulus faciat mentionem in ſua relatione,& notarius etiam in ſua ſcriptura dictæ relationis. & alio modo facta commiſſio, citatio, vel relatio ipſo iure viribus non ſubſiſtat. Et ſi dicta cedula tranſmiſſa non fuerit modo,& forma prædictis,& alia ſeruata non fuerint, quæ ſupradicta ſunt: excuſatio etiã ſponte facta,& totus proceſſus non valeat,nec teneat ipſo iure.Et præſenti ſtatuto renũciari non poſſit. Et etiam ſi fuetit dicta renũciatio iuramento vallata nullatenus valeat, ſed præſumatur metu facta,& in fraudem, non obſtante quòd dictus accuſatus, inquiſitus, ſiue denunciatus accuſationem,inquiſitionem, vel denunciationem confiteatur, & ſe fuiſſe legitimè citatum, & alia obſeruata, quæ dicta ſunt. Baiulus verò,qui præter formam iam dictam,vel alio modo citauerit,vel relationem fecerit,vel cedulam præſentauerit, condemnetur de facto pro vice qualibet in. c. ſol,den. Et iudex,qui alio modo citationem commiſerit, ſeu fieri fecerit: & notarius, qui prætermiſſa forma prædicta alio modo ſcripſerit,& fecerit, ſeu fieri fecerit,& quilibet eorum pro qualibet vice condemnetur de facto,& ſummariè per arratiocinatores communis in xxv. lib. den. Et nihilòminus ad conſeruandum dictum cõe,et ſpeciales perſonas indemnes de alio maleficio, quàm contineatur in cedula citationis, ad excuſandum arctari non poſſit. & excuſatio, quæ fieret, et totus proceſſus viribus non ſubſiſtat. Et ſi quis confiteretur in ſua excuſatione prædicta aliud maleficium,ſeu aliter,quàm contineatur in cedula, quòd talis confeſſio non faciat indicium, neq; probationem. Forma autem prædicta in damnis datis neceſſariò non vendicet ſibi locum. ℣. Addimus huic ſtatuto, quòd ſi aliquis detineretur in palatio,vel carceribus communis,vel alibi per officiales dicti communis occaſione maleficii, quod diceretur per eum fuiſſe commiſſum, vel alia de cauſa, quòd debeat tranſmitti cedula,& relinqui ſecundùm formam prædictam ad domum dicti detenti,vel apud habitantes in ipſa domo,vel apud propinquiores conuicinos, vel propinquiorem eccleſiam in præſentia vnius teſtis, de quo in ſua relatione baiulus mentionem faciat, vt ſupra. Et alio modo proceſſus factus:non teneat ipſo iure: renunciacione aliqua facta p eum non obſtante. Secunda verò citatio fiat ad ſe excuſandum, & defendendum ab intentatis contentis in prima cedula cum termino duorum dierum. Et ſimiliter cum dimiſſione cedulæ continentis commiſſionem dictæ ſecundæ citationis apud ipſum accuſatum,inquiſitum,vel denunciatum,vel ad domum eius ſolitam,vel propinquiores conuicinos, ſiue propinquiorem eccleſiã modo, & ordine ſupradictis. Et ſi accuſatus, inquiſitus,vel denunciatus ſe abſentaret, vel abſens fuerit, & abſentia fuerit allegata, & probata,& infrà octo dies poſt ſecundam citationem,non veniret ad ſe excuſandum,teneatur,& debeat Poteſtas,& quilibet iudex maleficiorum cognoſcens in ciuitate Camerini qui de maleficio cognouerit,accuſatum,denunciatum vel inquiſitum facere exbanniri, & in bãno poni de ciuitate Camerini, eiuſq; territorio, comitatu, & diſtrictu ſono tubæ præmiſſo per publicum præconem dicti communis; in quo exbannimento,& illi,vel illis,qui exbanniuntur,terminum ſtatuat trium dierum: & ipſum terminum, & bannum notificari faciat,et notum per baiulum ipſi inquiſito,accuſato,vel denunciato perſonaliter,vel domi ſuæ ſolitæ habitationis. Et dicta notificatio fiat per cedulam continentem bannũ: & in præſentia duorum teſtium,vel vnius ad minus cum diſertione, & dimiſſione cedulæ. Et quòd notarius teneatur in relatione facere mentionem de dicta præſentatione. Et dictus terminus incipiat currere à die notificationis, infrà quem venire teneatur, & debeat comparere: infrà quem, ſi non venerit: ſit exbannitus, & pro exbannito habeatur, & pro confeſſo, & conuicto de omnibus, & ſingulis maleficiis,& culpis,exceſ-

ſibus

ſibus,& delictis,de quibus eſſet accuſatus,inquiſitus, vel denunciatus. Et poſtea cōdemnationem delicti, ſeu delictorum faciat ſecundùm formam ſtatutorum, & ordinamētorum communis Camerini. Et dicta condemnatio pariter notificetur ipſi condemnato, vel ad domum ſuæ ſolitæ habitationis, ſiue propinquiores, vel eccleſiam propinquiorem cum dimiſſione cedulæ,& condemnatione modo, & ordine ſupradictis.

Quòd nō currat tempus in appellationibus vltimis xv.diebus Poteſtatis, & Capitanei,vel alterius iudicis de maleſitiis in ciuitate Camerini cognoſcētis. Rub.4.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd in appellationibus interponendis à ſententiis, & proceſſibus D.Cap. vel alterius iudicis de maleficiis in ciuitate Camerini cognoſcentis, ad D. Poteſtatē,vel alium quēcunq; Iud. vltimis xv. diebus regiminis ipſius D.Cap. vel alterius iudicis, qui nunc eſt,et pro tēpore fuerit, non currat tempus xv. dierum, in quibus cauſæ appellationis debēt expediri ipſo iure vſq; ad octo dies poſt introitum noui Cap. vel alterius iudicis de maleficiis in ciuitate Camerini cognoſcentis. Et idem dicimus in appellationibus interponendis à ſententiis,& proceſſibus D.Poteſtatis,vel eius officialium ad D. Cap. & quòd appellationes huiuſmodi interponendæ vltimis xv. diebus Poteſtatis ad Capitaneum, & Cap.ad Poteſtatem,vel alterius iudicis ad alterum de maleficiis cognoſcentem, debeant expediri, & terminari poſſint infrà primos octo dies noui Poteſtatis,& Cap.vel alterius iudicis de maleficiis cognoſcentis.

Quòd non currat tempus in proceſſibus, & quæſtionibus criminalibus, pendentibus exceptionibus. Rub. 5

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd de tempore duorum menſium, quod ſtatutum eſt ad terminandū quæſtiones criminales,deducatur,et non currat tempus ipſo iure,quod curreret propter oppoſitionem, et examinationem exceptionis declinatoriarum vel dilatatoriarum,quæ opponerentur per accuſatum,vel inquiſitum,vel denunciatū,vel eorū procuratorem. Et prædicta non vendicent ſibi locum, quando ipſæ exceptiones repertæ fuerint cauilloſæ, et non veræ in facto, vel non legitimæ in iure. & præſumatur ſi nō fuerint probatæ,vel ſuccubuerit proponens in appellatione,& deducatur etiam totum tempus de ipſis duobus menſibus, quo penderet aliqua appellatio interpoſita ad D. Cap.vel alium iudicem de maleficiis cognoſcentem in dicta ciuitate per ipſum accuſatum, inquiſitum,vel denunciatum ab interlocutoria data per iudicem maleficiorū, vel Pot. in ipſa cauſa accuſationis,inquiſitionis, vel denunciationis occaſione dictarum exceptionum, & etiam omne tempus deducatur, quod curreret propter aliquam aliam appellationem factam per accuſatum,vel inquiſitum, vel denunciatum, in qua ſuccumberet appellans prædictus in totum.

Qualiter procedatur contra forenſes, ſiue habitantes in ciuitate, comitatu, vel diſtrictu Camerini,maleficia committentes: & qualiter citentur. Rub. 6.

QVia forenſes non habitantes in ciuitate,comitatu,vel diſtrictu Camerini, ſi committerent aliquod maleficium, vel damnum in ciuitate, comitatu, vel diſtrictu Camerini,non poſſunt commodè conueniri,ſiue perſonaliter, vel ad domum citari, vel requiri. et ne eorum delicta remaneant impunita, Ideò ſtatuimus, et ordinamus, et per præſens capitulum obſeruari volumus,et mandamus,quòd ſi cōtigerit, quòd aliquis forenſis non habitans,et morans in ciuitate,comitatu, vel diſtrictu Camerini commiſerit aliquod delictum,vel damnum in prædictis locis,vel aliquo ipſorum,de quo fuerit accuſatus,inquiſitus,vel denunciatus,ſiue contra eum per accuſationem, inquiſitionem, vel denunciationem,procederetur coràm Pot. Cap.vel alio quocunq; iudice de maleficiis cognoſcente in ciuitate Camerini debeat citari, ſeu vocari: et in cauſis maleficiorū ſub infraſcripta forma cōtra eum procedi,videlicet,quòd notarius dictæ cauſæ, et proceſſus ſcribat manu ſua cedulam continentem diem commiſſionis, et ipſam commiſſionē, nomen iudicis cōmittentis,et nomen baiuli, cui cōmittitur,et nomen,et locum ipſius forēſis, qui citari,uel requiri debet,et nomen etiam notarii ipſam ſcribentis,et ſpecialiter,et

diſtinctim, et expreſſe etiam continentem locum,annum,et menſem commiſſi maleficii delicti,vel damni,et etiam tenorem totius inquiſitionis,vel accuſationis, ſiue denunciationis cum termino octo dierum ei aſſignando ad reſpondendum. Et ipſa cedula per notarium,vel iudicem baiulo tradita,et per eũdem iudicem ei commiſſione facta, ipſe baiulus ſecundùm formam ſuæ commiſſionis debeat dictam cedulam ipſi forenſi inquiſito, accuſato,vel denunciato perſonaliter inuento præſentare, et dimittere. et ſi non fuerit perſonaliter inuentus, ipſam eãdem cedulam ad portam eccleſiæ. S. Angeli de Camerino affigere,et apponere,et ibidem dimittere, ſiue ad columnam primam traſannæ plateæ S. Angeli prædicti, prout ipſi baiulo,videbitur. Et de præfata citatione, præſentatione,ſiue affixione, & dimiſſione cedulæ ipſe baiulus in ſua relatione mentionem faciat, et notarius cauſæ etiam in ſua ſcriptura dictæ relationis. et alio modo facta commiſſio, citatio,uel relatio,uel tranſmiſſio,et affixio non ualeat, et iuribus non ſubſiſtat. Et ſi dictus forenſis accuſatus,inquiſitus,uel denunciatus infrà dictum terminum non comparuerit: fiat ſecunda citatio etiam inſcriptis cum termino quinq; dierum ad comparendum, et ſe excuſandum, et defendendum per unum ex præconibus communis Camerini in platea S. Angeli,et ſimiliter cum dimiſſione,et affixione dictæ cedulæ continentis commiſſionem ſecundæ citationis ad dictam columnam primam traſannæ, uel portam S. Angeli per ipſum præconem, uel baiulum ibidem affigendæ, et apponendæ, et dimittendæ. Quo termino elapſo,et dicto forenſe non comparente,ponatur in bãno, et exbanniatur dictus forenſis per unum ex præconibus dictæ ciuitatis in platea S. Angeli, et terminus ei aſſignetur trium dierum pro ultimo, et peremptorio termino ad ſe excuſandum. et bannum ipſum,ſiue cedula continens bannum, et terminum dictorum trium dierum ei aſſignatum,ac commiſſionem banni,apponatur per baiulum in dicta columna,uel porta et ibi ſimiliter dimittatur. qui baiulus, et præco relationem faciant de prædictis notario cauſæ,et ipſe notarius in ſcriptura redigat. Et ſi dictus forenſis infrà dictum terminum non cõparuerit,et dictis terminis elapſis:habeatur pro confeſſo,et conuicto,et uero contumace in omnibus,et per omnia,et ut contumax condemnetur, non obſtante ſtatuto, uel ordinamento communis, quod loquitur de cedulis tranſmittendis accuſato, uel denunciato.

De minore x. annis cum dimidio non puniendo maleficia cõmittente. Rub. 7.

ITem ſtatuimus,et ordinamus,quòd ſi contigerit,quòd aliquis minor .x. annorum cum dimidio cõmitteret aliquod maleficium quomodocunq;,et qualitercunq; de ipſo maleficio puniri non poſſit. Et ſi procederetur, uel condemnaretur: ipſa condemnatio, et pceſſus non ualeat ipſo iure. Si uerò fuerit maior. x. annis cũ dimidio,teneatur de quolibet delicto,et contra eum procedi poſſit,et teneat proceſſus, et ſententia quemadmodum facta eſſet contra maiorem. Hoc addito, quòd ſi maior x. annis cum dimidio, minor tamen eſt xiiii. annis, accuſetur, uel contra eum inquireretur pro aliquo maleficio iudex ad inſtantiam accuſatoris,uel ex ſuo officio ſtatuat terminum dicto accuſato præſenti, vel abſenti, notificatione tamen facta ei perſonaliter,uel ad domum habitationis ipſius, trium dierum ad comparendum cum legitimo curatore. et ſi comparuerit cum legitimo curatore ad litem procedatur,ut iuris fuerit. Si verò non comparuerit cum legitimo curatore infrà dictos tres dies, iudex contra ex tunc procedere poſſit, et eum condemnare tanq̃ maiorẽ. et proceſſus,et ſententia occaſione minoris ætatis,uel quia fuerit indefenſus, non ualeat irritari. Contra maiorem uerò xiiii. annorum factus proceſſus,et ſententia lata ualeat,et teneat quemadmodum contra maiorem xxv. annorum: et occaſione minoris ætatis, uel quia non interuenerit conſenſus curatoris, uel quia fuit indefenſus, non poſſit aliqualiter irritari. Et in ſupradictis caſibus condamnetur per Poteſtatem,et Capitaneum,uel alium iudicem in ciuitate Camerini de maleficiis cognoſcentẽ pro modo delicti,et conditione perſonæ.

Infrà quantum tempus poſſit de maleficiis cognoſci. Rub. 8.

Item

ITē ſtatuimus,& ordinamus,quòd D.Poteſtas, et Cap. eorumq; iudices, et officiales, et alii de maleficiis in Ciuitate Camerini cognoſcentes poſſint, teneantur, et debeant intelligere,cognoſcere, et punire,et condēnare ſecundùm formam ſtatutorum dicti cōmunis de omnibus, et ſingulis maleficiis,exceſſibus,et delictis factis, commiſſis, et perpetratis,et quæ cōmitterentur imposterùm per vnum annum ante introitū eorū,et cuiuſq; ipſorum officii,et regiminis: exceptis furtis,rubbariis, homicidiis,adulteriis,ſodomiis, inceſtibus, raptu virginum, monialium ſacrilegio, incendio, et falſitatibus, de quibus poſſit procedi, et puniri per tempus decem annorum ante ingreſsum officii,et non vltrà etiam per viam accuſationis,vel querelæ cuiuſcunq;: dummodò non intelligatur de maleficiis,de quibus punitio facta eſset, vel proceſsum eſset. Saluo ſemper, quòd poſſint, teneantur, et debeant proſequi proceſsus ſuorum in officio prædeceſsorum.

De modo,et forma tenendis, ſi aliquis voluerit accuſare de falſo. Rub. 9.

VT maleficia falſarum accuſationum ſuper falſis teſtibus, & aliis falſitatibus extirpē tur, & radicitus tollantur in totum pœnæ formidine imminente. Volumus, quòd nullus de cœtero poſſit, & debeat aliquos, vel aliquē de productione falſorum teſtium, ſeu quod falſum fecerit, vel dixerit teſtimonium, vel aliam falſitatem commiſerit, ſeu iniuſtam exactionem,aut defraudationem fecerit iniquam,& falſam coràm Poteſtate, vel Cap. ſeu coràm arbitro, vel arbitris etiam in curia Epiſcopi Camerineñ.& aliis officialibus cōis Camerini accuſaret,vel criminaliter querimoniam faceret, niſi prius depoſuerint apud Camerarium cōis Camerini.x.lib. den. Et poſtmodum legitimè ſatisdederit, quòd niſi probauerint legitimè accuſationem, vel inquiſitionem factam per ipſum de ſupradictis delictis,vel cauſis,vel aliqua ipſarum, quòd in prædictis x.lib. den. debeat cōdemnari cōi Camerini. Et in omnibus damnis,expenſis,& intereſse accuſato,inquiſito, vel denunciato credendo ſacramento accuſati, vel conuenienti probatione vnius teſtis aduerſæ partis,quā de prædictis, vel aliquo prædictorum accuſauerit, ſeu de ipſa querimoniā fecerit, vel detulerit. Et ſi Poteſtas, vel Cap. vel alter officialis cōis Camerini eo caſu,quo Cap. poſſit de falſo cognoſcere, qui nunc eſt, vel pro tempore fuerit in prædictis, vel aliquo prædictorum audiuerit prædicta forma non ſeruata: puniatur quilibet audiens, & contrafaciens cōi Camerini in x.lib.den.Et ab ipſo per arratiocinatores Camerini, qui ipſum ſyndicauerit,exigatur,& proceſsus factus per eum prædicta forma nō ſeruata,ſit nullius valoris. Et ſi aliquis ſecundùm dictam formam cōdemnatus fuerit alicui in expenſis,nō poſſit ab huiuſmodi cōdemnatione appellare,nec recurſum ad aliquē iudicem,vel officialem cōis Camerini,vel alium dicta de cauſa habere. Et ſi appellauerit: appellatio ipſo iure ſit nulla,& non valeat,& habeatur,& protinus ſit pro non facta. & iudex, qui ipſam ſententiam condēnatoriam tulerit,vel eius ſucceſſor ſub pœna xxv. lib.den. debeat taxare,& declarare expenſas prædictas,& damna,& intereſſe, & facere ſatisfieri teneatur ipſas expenſas ei cui debebit ſecundùm formam huius condemnationis,& taxationis infrà xv.dies poſtquàm coràm eo petitum fuerit.

Quòd cōmittentes quaſdam falſitates, puniātur certa pœna. Rub. 10.

AD reprimēdum malitiam falſitates committētium. Statuimus,& ordinamus, quòd ſi aliquis fecerit, vel fieri fecerit aliquod inſtrumentum falſum, vel ſcripturā publicā ex quo,vel qua aliquis damnum ſuſtinuerit,quòd ille talis faciens, vel fieri faciens vltrà pœnā in ſtatuto cōtentam pecuniariam,vel perſonalem teneatur reficere omne damnū, quod paſſus fuit ex tali inſtrumento,vel ſcriptura,& donec ſatisfecerit patienti damnū per D.Poteſtatem,vel Cap.vel alium iudicem de maleficiis cognoſcentem continuò in carcere detineatur. Item duximus ſtatuendum, quòd quicunq; accuſauerit, vel denunciauerit aliquem notarium de falſo,vel inquiri fecerit cōtra eum de falſitate, vel eum de falſitate diffamauerit, & talem accuſationem,denunciationem, ſeu inquiſitionem non probauerit infrà xv.dies,quòd Poteſtas,& Cap.vel alter iudex de maleficiis cognoſcens teneatur de facto eum compellere ad ſoluendum x. lib.den.pro quolibet,& qualibet vi-

ce. cuius pœnæ medietas ſit cõis,& alia infamati, vel denunciati vltrà pœnam in ſtatuto contentam, & reſtituere de facto ipſi accuſato omnes expenſas, quas paſſus fuerit. Et quicunq; ſcienter produxerit aliquod inſtrumentum falſum contra aliquem, ſoluat cõi Camerini pœnæ nomine centum lib. den.Et volumus ſtatuentes, quòd quicunq; falſificauerit à x. annis citrà, vel falſificabit, ſiue falſificare fecerit infuturum aliquod inſtrumẽtum,ſiue acta publica manu publici notarii ſcripta in præiudicium alicuius abolẽdo, addendo, vel ſubtrahendo,vel mutando veritatem,vel ſcribendo in rogationibus, ſeu protocolis alterius ſignum,vel literam contra faciendo, vel ſuum nomen loco alterius, vel nomen alterius loco ſui nominis ſcribendo: puniatur in centum lib. den. quã pœnã niſi ſoluerit infrà x. dies eius manus à bracchio dextero debeat totaliter amputari. Quicũq; autem cancellauerit, vel dilaniauerit,vel ſuratus fuerit,vel occultauerit, ſiue cancellari, dilaniari,vel furari,vel occultari fecerit rogationes, vel protocola, vel inſtrumenta alicuius notarii,vel ſcripturas,vel libros cõis Camerini, in pœnam cẽtum lib.den. cõi Camerini debeat cõdemnari, & niſi dictam pœnam ſoluerit,vt dictũ eſt. Poteſtas,vel Cap. ſiue alius iudex in ciuitate Camerini cognoſcens,tali delinquenti manum dexteram faciat amputari. Si verò per vim acceperit dictas ſcripturas, ſeu aliquam ipſarum, puniatur per Poteſtatem,vel Cap. vel alium iudicẽ de maleficiis in ciuitate Camerini cognoſcentem, in centum lib.den.& dictas ſcripturas reſtituere compellatur.

De mutante ſibi nomen in aliqua ſcriptura. Rub. 11.

QVuicunq; mutauerit ſibi nomen in aliqua ſcriptura in damnum alterius ſoluat xxv. lib.den.Et quicunq; fecerit ſe ſcribi in fraudem de alia contrata, vel terzerio,& loco quàm ſit, de qua non eſſet, vel in aliqua non habitaret à x. annis citrà, & tale dictum appareret per ſcripturam, ſoluat nomine pœnæ.x.lib.den. Sed ſi quis mutauerit ſibi nomen in aliquo contractu, vel inſtrumento, ſeu teſtificatione, ſeu vltima voluntate ſiue in faciendo fieri cõtractum, teſtificationem,vel vltimam voluntatem pœnam. cccc. lib. den. debeat ſuſtinere, & cogatur ad reficiendum omne damnum, quod pateretur ille,contra quem dicta falſitas facta eſſet. Et ſi non ſoluerit infrà dictum terminum poſt condemnationem de ſe factam,debeat ſibi manus dextera amputari. Qui verò recuſauerit dare nomen proprium,pronomen,agnomen, & cognomẽ loci, vnde eſt, iudici, vel officiali petenti, puniatur de facto in xx. ſol.den. pro quolibet,& qualibet vice, & credatur ſacramento officialis.

De receptante exbannitos, & cõdemnatos,& dante eis auxilium,vel fauorẽ.Rub. 12

VT non committantur maleficia per exbannitos,& condemnatos cõis Camerini,& vt delicta non tranſeant impunita,duximus ſtatuẽdum, quòd nullum caſtrum, ſeu villa diſtrictus,& comitatus Camerini,nec aliqua ſpecialis perſona de ipſis locis audeat, vel præſumat tenere,vel receptare in ipſo caſtro, vel villa, aut aliqua domo aliquem,vel aliquos exbannitos,& condemnatos pœna vltimi ſupplicii, ſiue propter maleficium, ex quo veniret imponenda pœna corporis afflictiua,ſiue membri alicuius obtruncatio,nec eiſdem,vel alicui ipſorum præſtare, ſeu dare auxilium,& fauorem. Et qui contrafecerit, ſi fuerit caſtrum: condemnetur in pœnam ccc. Florenorũ,ſi villa in cc. Florenorum,debeat condemnari. Et tunc caſtrum, vel villa incidat in pœnam, quando exbannitus, & condemnatus in dicta pœna, vt ſupra ſteterit publicẽ, & palàm in dictis locis per vnum diem, & ſcienter fuerit receptatus per caſtrum,vel villam. Si verò fuerit aliqua perſona ſpecialis ciuitatis,comitatus,vel diſtrictus Camerini, qui ſcienter,& voluntarie receptauerit aliquem exbannitum,& condemnatum,vt ſupra ciuitatis, comitatus,& diſtrictus Camerini,condemnetur in pœnam.c.Flo. pro quolibet receptante, & qualibet vice. Et eo caſu dicatur, & intelligatur voluntariè receptaſſe, ſi per ſpatium xxiiii. horarum ipſe receptans non indicauerit,vel denunciauerit præfatum bannitum,vel bannitos,ſi plures fuerint, ſyndico,vel curiæ Camerini. Et dicta receptatio non fuerit momentanea, & vltrà horas tres vnà etiam cum cibo, & potu. Et ſit licitum in caſibus prædictis cuilibet

accuſare,& denunciare. Et accuſator,vel denunciator habeat quartam partem banni. Et Poteſtas,& Capitaneus,& quilibet iudex de maleficiis(vt ſupra) cognoſcens teneatur inquirere de prædictis. Et ſi contigerit,quòd aliquis, ſeu aliqui exbanniti, & condẽnati,vt ſupra,dicti cõis ſtaret in comitatu,vel diſtrictu Camerini per vnum diem publicè,& palàm occaſione committendi aliquod delictum,& committerent aliquod maleficium in occidendo aliquem, vel aliquos, in comburendo domum,vel caſſinam, vel bladum, ſeu aliquam vineam incidendo,vel rumpendo, vel deuaſtando aliquod molendinum,aut bladum deuaſtando,uel furtum aliquod committendo, uel aliquod aliud maleficium in aliquo caſtro,uilla,ſeu loco committendo de diſtrictu, & iuriſdictione ciuitatis prædictæ, uel contra aliquam ſpecialem perſonam, & homines ipſius loci,in quo dictum maleficium committeretur, uel damnum daretur: non caperent tales malectores, uel malefactorem exbannitos, & condemnatos prædictos, nec curiæ Camerini perſonaliter,& cum effectu præſentarent: Si fuerit caſtrum condemnetur in medietate pœnæ, & banni,quod teneretur ſoluere malefactor in pecunia numerata. Si uerò fuerit uilla in quarta parte pœnæ,& bãni debeat cõdẽnari. Et idẽ dicimus de emendatione damni dati. Et quòad ſolutionem dictæ pœnæ non cogantur abſentes à dicto caſtro, uel uilla, nec conſanguinei,& attinẽtes uſq; in ſecundùm gradum ſecundùm ius canonicum computandum, quòd ſi proximiores conſanguinei dicti exbanniti malefactoris prædicti uſq; in tertiam generationem,qui habitarent in dicto caſtro, uel uilla, ubi dictum maleficium committeretur,uel damnum daretur, ſi ipſum malefactorem exbannitum, & condemnatum prædictum relaxari feciſſent, teneantur ſoluere quadruplum eius, quod ſolueret aliquis de dicto caſtro,uel uilla, qui plus ſolueret pro dicto maleficio, uel emendatione damni. Saluo, & reſeruato, quòd ſi homines dictorum caſtrorum,& uillarũ, in quo, ſeu quibus tales exbanniti,& condemnati darent operam ſolicite pro capiendo dictos exbãnitos,et condemnatos eleuando rumorem poſt ipſos uociferando pigliate, pigliate, uel pulſando campanam alicuius eccleſiæ dictorum caſtrorum, & uillarum ad arma,uel notificãdo dominis Poteſtati, uel Cap.Camerini,ſiue alteri iudici de maleficiis cognoſcẽti in dicta ciuitate ad notum ipſorum exbannitorum,& condemnatorum, quòd tunc eo caſu non teneantur ad aliquam pœnam,nec ad emendationem damni. Et ſi in capiendo aut uolendo capere dictos exbannitos acciderit, quòd uolens, ſeu uolentes capere percuterent,aut occiderent dictos exbannitos,& condemnatos, uel aliquem ipſorum, non teneantur ad pœnam. Volumus tamen, quòd ad pœnam receptationis alicuius exbanniti,& condemnati nullum denuo maleficium cõmittentes pater,auus,auia,uir,& uxor, filius, & frater,ſoror,& nepos carnalis minimè teneantur. Addimus huic ſtatuto,quòd ſi aliquis caperet aliquem exbannitum,& condemnatum(ut ſupra) communis Camerini pœna perſonali,quòd ab inde impoſterùm poſſit, & eidem liceat portare arma offenſibilia, & defenſibilia abſq; aliqua pœna.Et hoc uendicet ſibi locum in præteritis,præſentibus, & futuris.

De capiendo malefactores, & maleficia committentes in ciuitate Camerini,uel diſtrictu Camerini,& præmio capientis. Rub. 13.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,ad hoc ut maleficia propter fugam malefactorũ qui delinquerent in ciuitate,comitatu,ul diſtrictu Camerini,& non capiuntur, non remaneãt impunita. quòd non contingeret aliquod maleficium,homicidium, rubbariam,rapinã, incendium, & percuſſiones, vulnera ſine ſanguine, ſeu cum ſanguinis effuſione fieri, & perpetrari,quòd liceat vnicuiq; impunè omnes, & ſingulos,prædicta maleficia committentes, capere,& curiæ Camerini præſentare: & habeant, & habere debeant à cõi ipſi capientes,& præſentantes malefactores prædictos quartam partem banni,& pœnæ, quã ſoluere teneretur talis malefactor. Et ſi non caperet, quòd non teneatur ad aliquam pęnam,ſtatuto,& conſuetudine in contrarium obſeruatis non obſtante. Et ſi accideret aliquod homicidium committi in ciuitate,& burgis Camerini, aut in aliquo caſtro murato,

to,

to, comitatu, & diſtrictu Camerini, videlicet infrà muros ciuitatis,& burgorum,et caſtrorum,quòd omnes,et ſinguli cuſtodes, qui cuſtodiunt ianuas ciuitatis Camerini, teneantur,& debeant dare operam,vt tales homicidæ capiantur, & curiæ Camerini præſententur claudendo portas ciuitatis, ſeu burgorum, aut caſtrorum, vbi tale homicidiũ committeretur. quòd ſi non fecerint, aut neglexerint, vel omiſerint: cõdamnetur quilibet cuſtos ciuitatis, aut burgorum,aut caſtrorum, vbi tale homicidium cõmitteretur in x. lib.den. pro quolibet,et qualibet vice, quibus etiam capientibus,aut volentibus capere dictos homicidas,liceat abſq; aliqua pęna offendere,et percutere dictos homicidas cum ſanguine, et ſine ſanguine dummodò eos non occidant.

Quòd non patiatur aliquem capi, vel extrahi extrà diſtrictum Camerini cõtra noſtrorum priuilegiorum tenorem,imò defendatur. Rub. 14.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd ad honorem omnipotentis Dei, & ad conſeruandum antiquum ſtatutum in honorem libertatis, priuilegioruin, et iuriſdictionis ciuitatis Camerini,ac hominum eiuſdem, et eius diſtrictus, quòd non capiatur, nec capi poſſit,et detineri aliquis aliqua occaſione, niſi caperetur per ipſos D. Rectores, et officiales cõis Camerini, detractis exbannitis dicti cõis, et aliis de quibus ſit mentio in proximo capitulo, quos capere vnicuiq; liceat ſine pęna,et banno pro iure cognitionis,et cuiuslibet cauſæ,et quæſtionis ciuilis, et criminalis cognoſcendæ,finiendę, et terminandę per ipſos D.Rectores in ciuitate,comitatu,et diſtrictu Camerini ſcđm formã,et tenorẽ priuilegiorũ eorũ ad ſtatũ cõis Camerini.et qui aliter caperẽt, extrahi de ipſa ciuitate,comitatu,et diſtrictu nõ permittatẽ, nec poſſit extrahi de ipſa ciuitate,comitatu,et diſtrictu,ſed oĩo defendatẽ, et quilibet defendat, et eũ defendere debeat,et teneatur,et iuuare pro poſſe. et prædicta rectores,et officiales obſeruent,et obſeruari faciant præciſe vinculo iuramenti: et ſi eſſent negligentes: perdant,et perdere debeãt,et ſoluat quilibet ipſorum de eorum ſalariis.c.lib. den.et qualibet vice,in quibus condemnentur per arratiocinatores cõis Camerini, capitulo aliquo non obſtante, nec reformatione concilii. et de hoc non poſſit abſolutio aliqua peti à concilio, vel parlamento. Et ſi perita,vel data eſſet: non teneat,nec valeat vllo modo, ſed ipſo iure ſit nulla,et nullius valoris. Et hoc capitulum ſit præciſum. Et Poteſtas,et Cap. et alii officiales obſeruent, et faciant obſeruari prædicta ad hoc vt priuilegia,iura,et honores ciuitatis,et hominum Camerini non pereant, ſed de die in diem manuteneãtur, et potius adiuuentur.

De faciente,et expendente falſam monetam. Rub.15.

SI quis faceret, vel ſcienter, aut fraudulenter falſam monetam expẽdiderit vſq; in quãtitatem.x.ſol.den. ſoluat pro banno cõi xxv.lib.den.et ſi expẽdiderit ab inde ſupra L. lib.den.debeat condemnari, quã pęnam ſi non ſoluerit infrà x. dies poſt condemnationem,ei manus dextera debeat amputari. Et ſi quis fecerit, uel fieri fecerit falſam monetam, comburatur,ita,quòd moriatur. Si uerò totonderit, uel limauerit, uel aliquo alio quocunq; modo, vel artificio doloſè diminuerit, ſi fuerit aurea in c. Flore. pro qualibet moneta, ſi argentea in L. Florenis de facto puniatur.

De pęna falſorum teſtium, et inducentium eos falſos teſtes. Rub. 16.

ITem ſi teſtes falſum reddiderint teſtimonium, & pretium, ant aliquod aliud pro falſo teſtimonio reddendo receperit,aut quocunq; modo pecuniã, ſiue aliud recipiendo pro ipſo reddendo,falſum depoſuerit teſtimonium in palatio populi,uel cõis,nel alio loco,et probatum fuerir, Poteſtas,uel Cap. c. lib.nomine pęnæ pro cõi Camerini ei tollere teneatur. & ipſe falſum deponens per loca ſolita fuſtigetur. Ille autem,qui falſum,uel falſos teſtes induxerit ſcienter, vel precium dederit,ſiue promiſerit pro dicto teſtimonio falſo ferendo,in dictam pęnã.c. lib. den.per Poteſtatem,uel Cap. uel alium iudicem de maleficiis in ciuitate Cameriui cognoſcentem condemnetur.Et ultrà dictam penam fuſtigetur, & bulla cõis Camerini bulletur. Volumus inſuper,quòd ſi quis de falſo, uel occaſione falſitatis condemnatus fuerit,ad teſtificandum nullatenus admittatur, & eius teſtificatio

ſtificatio non debeat valere. Et ſi quis teſtis fuerit corruptus pecunia cc. lib. den. pœnæ nomine teneatur,& in quolibet dictorum caſuum, ſi non ſoluerit infrà x. dies,fuſtigetur per totam ciuitatem.Quicunq; verò baiulus ſcienter fecerit falſam citationem,ſeu relationem. & etiam quicunq; fieri fecerit falſam citationem,vel relationem, puniatur quilibet prædictorum in L. lib.den.Et quòd nullus baiulus cedulam mittat per aliũ,ſed ipſe perſonaliter portet ad domum habitationis citandi,vel vbi habitare cõſueuerit, vel det perſonaliter ipſi citando. Et qui contrafecerit,vel portare,ſiue citare recuſauerit: puniatur in x. lib.den.auferendorum ſibi de facto per iudicem cauſæ in pecunia numerata pro quolibet,& qualibet vice. Et ſufficiat pro probatione quoad dictam pœnam x. lib.den. teſtimonium illius, qui portari fecerit dictam cedulam. Et nihilòminus poſſit de facto accuſari.

De faciente, & fieri faciente falſum inſtrumentum, & de pœnis ipſorum non probantium accuſationem. Rub. 17.

NOtarius, qui fecerit ſcienter, vel ſcripſerit falſum inſtrumentum. ccc.lib.den.ſoluere debeat.& Poteſtas,vel Cap.ſiue alius iudex de maleficiis cognoſcens in ciuitate Camerini ab eo dictam pœnam exigere teneatur. Sed ſi eam notarius non ſoluerit infrà x.dies poſt condemnationem,manum dexteram ſibi faciat amputari. Et tamen tàm tabellionatu,quàm quolibet alio officio perpetuo priuetur. Et omnes eius ſcripturæ, & cõtractus ei auferantur, & deponantur apud bonum, & fidum notarium. Qui notarius depoſitarius poſſit dicta protocola exemplare,& in publicam formam redigere.Et quod dictum eſt de notario falſo,quòd omni honore priuetur: idem intelligatur de quolibet de falſo condemnato,vel condemnando, qui officio publico ſit priuatus. Ille autem, qui fieri fecerit falſum inſtrumentum, vel compoſitionem falſi inſtrumenti ſcienter in . cc . lib. den.pro condemnatione ſoluere teneatur ſine diminutione, vel remedio aliquo: quam ſi non ſoluerit (vt dictum eſt) Poteſtas,vel Capitaneus,ſiue alius iudex de maleficiis cognoſcens in ciuitate Camerini,eo caſu manum ei dexteram faciat amputari. Et intelligatur falſum inſtrumentum fuiſſe fabricatum, quando fuerit in iudicio productum, vel coràm arbitro,vel arbitratore,ita quòd de his poſſit cognoſci,procedi, & puniri vſq; ad x.annos poſt productionẽ prædictã. Si aliquis aũt fieri fecerit alicui notario aliquod inſtrumẽtũ,quod reperireť eſſe falſum, & illud inſtrumẽtũ eſſe factũ ſine cõſciẽtia notarii, ille,qui dictũ inſtrumẽtũ fieri,vel cõponi fecerit præter pœnã,& vltrà pęnã,quã deberet ſoluere,& pati occaſione ſuę falſitatis,& pro ſua falſitate ſecundùm formam ſtatutorum teneatur,& debeat pati,& ſoluere eandem pœnam, quam pati,& ſoluere deberet notarius,qui falſum ſcienter,vel ſtudioſè fecerit inſtrumentum. Si autem aliquis aliàs fuerit cõdemnatus de aliqua falſitate,vel teſtificatione falſa, ſeu inductione falſitatis,& iterum commiſerit falſitatem in duplum condemnetur. Prætereà volumus, quòd quicunq; accuſauerit de aliquo inſtrumento de falſo,& non probauerit tale inſtrumentũ eſſe falſum ſoluat pro vice qualibet nomine pœnæ c.lib. den.Si verò oppoſuerit in iudicio exceptiones de ſimulatione cõtractus,vel inſtrumenti,& eam non probauerit: puniatur pro qualibet vice in xxv.lib. den.Et quatenus aliqua iniuria dicta de cauſa notario ſit irrogata. xxv.lib.den.ſoluere teneatur,quã de facto Poteſtas,& Cap. ſiue alius iudex de maleficiis in ciuitate Camerini cognoſcẽs ei facere ſoluere teneatur ſub pœna c. lib.den.de ſuo ſalario auferendorum.Et impræmiſſis caſibus,& quolibet præmiſſorum vltrà dictas pœnas tàm faciens,quàm fieri faciens inſtrumentum falſum teneatur ad damnum, expenſas, & intereſſe partis.

De faciente fieri falſam accuſationem,denunciationem,vel inquiſitionẽ. Rub. 18

AD euitandas,& reprimendas falſitates, quæ ſæpeſæpius committuntur,& ad obuiãdum maleficiis. Statuimus,& ordinamus,quòd ſi quis ſciẽter fecerit,vel fieri fecerit falſam,vel calũnioſam accuſationem de aliquo, vel aliquibus, vel denunciationem, vel inquiſitionem porrexerit,vel aliquem denunciauerit, ſoluat mediã pœnam, quam pati, & ſuſtinere

& ſuſtinere deberet talis accuſatus, denũciatus, vel inquiſitus, ſi commiſiſset maleficium de quo eſſet accuſatus, vel denunciatus. Et qui fieri fecerit aliquod prædictorũ: debeat ſoluere, pati, & ſuſtinere eandem pœnam, dummodò non intelligantur prædicta in ſyndicis, & aliis, qui teneãtur ex ſuo officio denunciare, niſi appareret de euidenti calumnia dictorum ſyndicorum, ſtatuto aliquo, vel reformatione non obſtante incõtrarium. dũmodò non intelligatur, nec præſumatur falſus accuſator, & denuntiator eo ipſo, quòd non probet accuſationem, vel denunciationem. Volumus tamen, quòd accuſator alius, quàm ſyndicus teneatur reficere expenſas accuſato, ſi accuſatio probata non fuerit. Et idem intelligatur, & fiat in omnibus accuſationibus criminalibus, de quibus accuſatus abſolueretur defectu probationis.

De committente, & faciente fraudem in officio. Rub. 19.

SI aliquis habuerit aliquod officium, & inuentus fuerit defraudare de auere communis Camerini, vel eius caſtrorum, & villarum, vel fraudem faceret, vel feciſſe, & probatum fuerit, ſeu inuentus fuerit defraudare, & aliquam falſitatem in dicto officio commiſiſſe. Poteſtas, vel Capitaneus, vel alius quilibet officialis de maleficiis in ciuitate Camerini cognoſcens teneantur eum, vel eos vltrà id, quòd occaſione ſui officii furtiue abſtulerit, auferre ei pœnæ nomine. L. lib. den. & inſuper illum ſuo officio priuare debeant, & alium ſubſtituere loco ſui.

De committente falſitatem in arte. Rub. 20.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quod quicunq; de aliqua arte commiſerit fraudem, ſeu falſitatem in arte ſua in faciendo, vel fieri faciendo, vel in omittendo, quod facere deberet, vel dando vnam rem pro alia, vel minus legitimè ſcienter dãdo, vel alio modo falſitatem cõmittẽdo, puniatur pro quolibet, & qualibet vice in.xxv.lib. den. & minus arbitrio iudicis conſiderata qualitate delicti, & conditione perſonæ: dummodò non præiudicet præſens ſtatutum aliis ſtatutis ſpecialibus ſuper quibus ſpecialiter eſt prouiſum.

De committente baractarias. Rub. 21.

ITem ſi quis attentauerit Poteſtati, vel Cap. vel alicui eorum, vel alicui ex eorum officialibus, vel alicui officiali cõis Camerini, vel alicui familiari alicuius ex prædictis forẽ ſi, vel ciui aliquid promittere, ſiue dare vltrà ſalarium ſibi conceſſum occaſione corruptelæ, ſiue baractariæ ſoluat. L. lib. den. Et ſi dictam pœnam ſoluere nõ poterit, Poteſtas, vel Capitaneus, ſiue alius iudex de maleficiis cognoſcens in ciuitate Camerini faciat eum fuſtigari per ciuitatem publicè. Et ſi capi non poterit: exbanniatur, & condemnetur in pœna ſuperius annotata. Et cum dicatur, quòd aliqui cozzones, ſeu tramezatores ſuggerunt, & ſuadent Poteſtati, vel Capitaneo, vel ſuis officialibus, & familiaribus, ſiue aliis officialibus communis Camerini forenſibus, et etiam ciuitatis ad faciendum, & committendum, vel vt faciant, & committãt fraudes, & baractarias, & res illicitas, & inhoneſtas in eorum, & de eorum officiis, & propterea aliquid, ſeu aliquam rem dant, ſeu faciunt, vel dare, vel facere permittunt in dedecus, & dãnum cõis Camerini, & aliarum perſonarum ad obuiandum prædictis. Ordinamus, quòd quicunq; prædicta, vel aliquod prædictorum, uel talia, uel ſimilia deinceps fecerit, uel commiſerit: et etiam Poteſtas, et Capitaneus, & eorum officiales, et familiares, et alii quicunq; officiales forenſes, vel ciues, qui ad petitionem, vel ſuggeſtionem prædictorum cozzonum, vel tramezatorum, vel aliorum, vel aliter, vel alio modo baractariam, guadagnariam illicitam, fraudem, uel dolum commiſerint in eorum officio cauſa officii: quilibet eorum condemnetur, & condemnari debeat, videlicet, ipſi Poteſtas, et Capitaneus, et alii officiales prædicti per eorum ſyndicos, et ſyndicatores in cc.lib. den. pro quolibet, et qualibet uice debeant cõdemnari. Et dicti cozzones, & tramezatores, & alii prædicta, uel ſimilia cõmittentes, per Poteſtatem, & Cap. & alios officiales dicti communis pro quolibet, & qualibet uice debeant condemnari ad petitionem cuiuſcunq; in.c.lib. den. ex officio ſyndicorum Poteſtatis, & Cap. Et ad plenã probationem prædictorum ſufficiat probatio unius

teſtis

teſtis fidedigni de viſu: & duorum teſtium fidedignorum de publica voce, & fama, uel ad plenam probationem quatuor teſtium fidedignorum de publica voce, & fama: non obſtante aliquo in ſpeciali, vel generali incontrarium loquente: dummodò ciues committentes prædicta puniantur per Poteſtatem, vel Capitaneum, ſiue alios iudices de maleficiis cognoſcentes in ciuitate Camerini. Et dicti officiales per arratiocinatores communis Camerini puniantur.

De quibuſdam prohibitis in teſtes induci: & vbi examinentur mulieres in teſtes inductæ. Rub. 22.

NEmo poſſit inducere ſuos homines in teſtes in aliqua cauſa contra aliquem in curia ciuitatis Camerini, vel alibi cum aliquo Camerinẽſi, nec ſuos famulos, vel famulas. Et qui contrafecerit: teſtimonium illius, vel illorum non valeat. Et nemo poſſit teſtificari ſuper eo ex quo aliqua vtilitas ad eum pertineret. Prætereà volumus, quòd nulla vniuerſitas alicuius caſtri, vel villæ, vel alicuius collegii ciuitatis, comitatus, vel diſtrictus Camerini poſſit, nec debeat inducere in teſtes homines illius ciuitatis, comitatus, vniuerſitatis, vel collegii, quæ haberet cauſam, vel quæſtionem cum cõmuni Camerini, vel cum aliqua alia perſona, vel cum alia vniuerſitate, vel collegio: nec ipſi teſtes admittantur pro ipſa vniuerſitate, vel collegio: nec admitti debeant vllo modo. Et etiam hoc intelligatur, & locum habeat, ſi aliqua ſpecialis perſona cauſam haberet cum communi Camerini, vel cum alio: & illa cauſa ſpectaret ad vtilitatem vniuerſitatis, vel collegii, de qua vult producere teſtes, & de ipſa vniuerſitate, vel collegio Camerini, ad quam vtilitas cauſæ poſſet ſpectare. Et nullus debeat, nec poſſit produci in teſtem, nec admitti valeat ullo modo: Excepto, quòd ſi commune Camerini haberet aliquam cauſam cũ aliqua uniuerſitate, vel collegio, vel ſpeciali perſona, poſſit inducere teſtes de ciuitate, comitatu, & diſtrictu eiuſdem, uel aliunde. Et quia non uidetur licitum, nec honeſtũ, quòd mulieres accedant ad palatium Poteſtatis Cap. Auditoris uel Iudicis appellationis, vel alterius cuiuſcunq; iudicis teſtimonii perhibendi cauſa: principaliter duximus ordinandum, quòd nulla mulier cuiuſcunq; conditionis exiſtat pro aliqua teſtificatione facienda in cauſa criminali, uel ciuili ad palatium, ſiue domos communis Camerini, ſiue ad bãchum iuris, ſiue hoſpitium D. Poteſtatis Cap. Auditoris, ſiue iudicis appellationis, vel alicuius alterius officialis uenire, uel ire nullatenus compellãtur. Sed quando ipſa mulier produceretur in teſtem, ipſa mulier uenire debeat ad eccleſiam parochialem, vnde dicta mulier fuerit: ſi fuerit de ciuitate, & burgo Camerini, uel ire ad domum ipſius mulieris ſi iudici uidebitur. aliàs ad eccleſiã Sanctæ Mariæ maioris, uel ſancti Angeli in platea. Et Poteſtas, & Capitaneus, & eorum iudices, auditores, & officiales communis prædicti teneantur mittere notarium ſuum ad petitionem cuiuslibet ad aliquam dictarum eccleſiarum, ut requiſiti fuerint ad faciendum iurare ipſam mulierem, & ſuum teſtimoniumrecipiendum in aliqua ipſarum eccleſiarum iurare, uel ante ipſam eccleſiam iurare debeat, & ſuũ teſtimonium facere præſente notario Poteſtatis uel Capitanei, vel alio notario, cui cõmiſſa fuerit receptio teſtium quæſtionis, ſuper qua in teſtem ipſa mulier produceretur: dummodò iuramentum, quod præſtabit, & faciet mulier producta in teſtem ſuper aliqua quæſtione, inquiſitione, denunciatione, & accuſatione, ſeu alio quocũq; modo coràm aliquo dictorum notariorum ualeat, & teneat, & habeat iuris perpetuam firmitatem, ác ſi præſentia iudicis ipſius quæſtionis, vel curiæ, & proceſſus præſtaretur, dicti iudicis abſentia non obſtante, nec proceſſus dictæ quæſtionis, uel cauſæ poſſit aliqualiter uitiari ex eo, quòd ipſa mulier in eccleſia iurauerit, uel in alio loco prædictorũ, uel ſuam teſtificationem habuerit, et iuramentum præſtiterit iudice non præſente. Et intelligatur notarius de uoluntate iudicis, mandato, et commiſſione eius accedere ad dictas teſtificationes faciendas, & recipiendas. eo ipſo quòd notarius inter acta cauſæ aſſeruerit ſe dicta cauſa acceſſiſſe de uoluntate, & mandato iudicis cauſæ, & quæſtionis, quãuis alia cõmiſſio non appareret. Si autem teſtis fuerit infirmus, ita quòd ad eccleſiam ueni-

re non poſſit, de qua infirmitate ſtetur ſacramento dicti infirmi, ei deferendo per notarium dictæ cauſæ, quòd tunc notarius vadat ad dictum infirmum,& valeat ſacramentũ ac ſi receptum eſſet in palatio,vel eccleſiis ſupradictis,vel ad banchum iuris.Et idem dicimus in mulieribus cuiuſcunq; conditionis exiſtant, quando ipſę ſe excuſarent, vel accuſarentur ſuper aliqua accuſatione,inquiſitione, vel denunciatione, quæ fieret contra ipſas,non obſtante aliquo iure in contrarium loquente.

De teſte non veniente ad teſtificandum in cauſa quomodo contra eum procedatur. Rub. 23

SI teſtis ſemel, & ſecũdò citatus fuerit,vt veniat ad perhibẽdũ teſtimoniũ veritatis ſuper aliquo maleficio,vel delicto,aut ad defenſam ſuper maleficio non venerit in prima, & ſecunda citatione infrà terminum ſibi aſſignãdum ex parte iudicis, qui de cauſa cognoſcit, auferat ſibi ſine aliqua inquiſitione,& accuſatione, & proceſſu dictus iudex xx.ſol.den. de facto, quos uenire faciat in cõmuni: & nihilòminus cogat eum ad teſtimonium veritatis perhibendum captis pignoribus,& mulctis indictis, et aliis remediis iuris. Si verò fuerit in cauſa ciuili citatus (vt ſupradictum eſt) & non venerit, ſibi xx. ſol.den auferãtur modo prædicto. Et nihilòminus cogat eum ad teſtimonium veritatis perhibendum. Exceptis quòd in maleficiis, & damnis datis, in quibus imponitur pœna L.lib.den.vel ab inde infrà debeat pœnæ nomine(vt ſupra dictum eſt) de facto accipere.x. ſol. den.

Infrà quantum tempus poſſint teſtes de falſo redargui. Rub. 24.

ITem ſi aliquis voluerit accuſare teſtes productos,& examinatos in aliqua cauſa de falſa teſtificatione, poſſit, & debeat ipſos accuſare infrà octo dies à die publicationis teſtium,& poſtea nullo modo poſſit durante ipſa inſtantia, ſuper qua ipſi teſtes examinati ſunt. Et quòd cauſa principalis,et eius proceſſus,et diffinitio propter accuſationem, vel inquiſitionem, quæ fieret contra teſtes, non differatur,quin infrà terminum debitũ terminetur. poſſit tamen Poteſtas,et Cap. vel alius iudex de maleficiis in ciuitate Camerini cognoſcens procedere finita dicta inſtantia per inquiſitionem, et accuſationem ſecundùm formam ſtatutorum loquentium de falſo.

De confinandis,et de modo,et ordine procedendi contra eos. Rub.25.

POteſtas,et Cap.ſiue Iudex appellationis,vel alius iudex de maleficiis in ciuitate Camerini cognoſcens, poſſit de voluntate Magnificorum D.Priorum cõis Cametini,et Capitaneorum artium, uel maioris partis eorum ponere, et mittete ad confirmandum omnes illos, qui commiſerint aliquod maleficium,uel fecerit rixam, ſeu miſchiam extrà diſtrictum,uel comitatum Camerini,et ibi eos ad eorum uolũtatem facere commorari. Et quicunq; non uenerit,et non ſteterit ad confinia,uel terrafinas,ſicut præceptũ eis fuerit, pro quolibet die,et qualibet uice in x.lib.den.condãnetur. Saluo,quòd remaneat in prouidentia Poteſtatis, uel Cap. ſiue iudicis appellationis,uel alterius iudicis de maleficiis cognoſcentis,et dictorum Mag. D.Priorum,et Capitaneorum artium ponere homines ad confinia, uel terrafinas longè,et propè ſecundùm delictũ cõmiſſum, uel cõmittẽdum: habito ſemper reſpectu ad perſonam committentem maleficium, et ad maleficiũ commiſſum,et qui ſit,uel non,qui ad confinia,uel ad terrafinas debeat condẽnari.

Contra quos maletactores poſſit procedi ad tormenta: et de modo ſeruando in appellatione. Rub. 26.

ITem dicimus, et ordinamus, quòd nullus de ciuitate,comitatu, et diſtrictu Camerini ponatur intormentis per Poteſtatem Camerini,uel alios officiales,et iudices de maleficiis cognoſcentes,et ſuos officiales, et familiares ſine licentia, et uoluntate iudicis appellationis populi ciuitatis Camerini, et præſentia ipſius, ne aliqua uiolentia alicui fiat, uel iniuria, per quam cogatur aliquid dicete,uel confiteri. Et ſi conceſſio aliqua appareret contra huiuſmodi capituli conſtitutionem eſſe factam: non ualeat ipſo iure. Et nihilòminus Poteſtas,uel alius Iudex de maleficiis cognoſcens, et eorum officiales, et quili-

bet

bet de ipſorum,vel alterius eorum familia, qui contrafecerit, & qui contrafaceret: condamnetur per dictum iudicem appellationis in.c.lib.den. ad petitionem cuiuslibet petẽtis.Et ſi Iud.appell. fuerit negligens in prædictis: condãnetur ipſe Iudex per arrationatores, ſeu ſyndicatores communis in dicta quantitate. Si contingerit, quòd Poteſtas, vel alius officialis,vel iudex de maleficiis cognoſcens aliqua occaſione pœnæ vellet aliquem in tormentis ponere, primò, & principaliter inditia habeat, videlicet vnum inditium per dictum vnius teſtis legitimè deponentis per ſenſum corporeum, cum duobus teſtib⁹ de publica voce,& fama, omni exceptione maioribus,vel alia maiora inditia ſufficientia ad torturam habeantur. de quibus inditiis detur copia reo cum termino competenti ad purgandum, quę ipſi iudici appellationis ab habente intereſſe oſtendantur.Et ipſis præcedentibus,vt dictũ eſt, dictus iudex appellationis det licentiam dictum reum tormentandi, vt veritas eruatur. de qua licentia fiat mentio apud acta curiæ per notarium criminalium,& ne intormentando excedat modum, debeat intereſſe dictus appellationũ iudex perſonaliter cum notario criminalium, qui ſcribere debeat negationem, vel confeſſionem, & ſtetur,& credatur ſcripturæ dicti notarii. Addimus huic ſtatuto,quòd ſi aliquis excuſando ſe ſuper aliquo maleficio,de quo accuſatus,denunciatus,vel inquiſitus, eſſet, negaret ſe commiſiſſe, vel feciſſe. Et poſtea inueniretur aliquam confeſſionẽ feciſſe, primæ negationi contrariam ſine licentia dicti iudicis appellationis, tunc dicta cõfeſſio ſit nulla,& non valeat ipſo iure. Et dictus iudex appellationis teneatur condemnatum exgrauare ad petitionem cuiuslibet petentis. Et ſi de inditiis inter Poteſtatem, & eius Iudices,vel alium iudicem de maleficiis cognoſcentem ex vna ,& dictum D.Iudicẽ appellationis ex altera eſſet contentio,ita quòd per vnum inditium cum publica fama, & plura vellet aliquem tormentare, & dictus appellationum iudex diceret talem inditium non eſſe ſufficiens, tunc recurratur ad ſuperiorem ciuitatis Camerini, cuius dicto ſtetur, ſi ille, contra quem inquiritur,aut qui accuſatus,vel denunciatus fuiſset, non debeat per illa inditia tormentari. Et ſi aliter prædicti Poteſtas,vel eius officiales,& alii iudices de maleficiis cognoſcentes proceſſerint contra aliquem accuſatum, ſeu cõtra quẽ inquiritur,vel proceditur ſuper prædicto facto: Proceſsus habitus nullam habeat roboris firmitatem: Et nihilòminus Poteſtas, uel alius iudex in ciuitate Cam. de maleficiis cognoſcẽs perdat,& ſoluere debeat L. lib.den.& quilibet eorum officialis xxv. lib. den. & in his applicañ. communi Camerini poſſit, & debeat condemnari per ſyndicatores communis tempore eorum ſyndicatus infrà tempus debitum poſt factam querelam, & de hoc ſyndicatores teneantur,& debeant inquirere,& condẽnare contra ipſum D.Prætorem,& eius iudices,& alios iudices de maleficiis cognoſcentes ad petitionem cuiuslibet petentis. Et quòd Poteſtas, uel alius officialis de maleficiis cognoſcens nullum de ciuitate,comitatu,vel diſtrictu Camerini, contra quem proceditur, detineat, vel detinere faciat in palatio, vel ad carceres reduci,& poni poſtquàm dederit, vel dare voluerit cum effectu bonos fideiuſsores de repreſentando perſonam, vel condemnationẽ ſoluendo. Et ſi Poteſtas,vel alius iudex de maleficiis cognoſcens ſatiſdationem idoneã noluerit,vel non receperit ab accuſato,vel ab eo, cõtra quem inquiritur, vel detineĩ, vel detineri faceret, tũc dictus Poteſtas,vel iudex prædictus,& quilibet eorum in lib. L. denariorum per ſyndicatores tempore eorum ſyndicatus communi Camerini, cõdamnetur,& procedere debeant ad petitionem detenti,& cuiuslibet petentis. Et dictus iudex appellationum teneatur detentum nihilòminus relaxari facere ad petitionẽ cuiuslibet petentis. Saluis aliis probationibus contra eos, qui maleficium commiſerint, in quibus ſecundùm formam ſtatutorum pronunciet condemnando maleficium committentem ſecundùm pœnam in ſtatutis poſitam. Addimus huic ſtatuto,quòd ſi Poteſtas,vel alius iudex de maleficiis cognoſcens, vt ſupra, tormentaret, vel tormentari faceret aliquem ſine præſentia,& conſenſu dicti iudicis appellationum,& per Poteſtatem, ſiue alium iudicem,vt ſupra, de maleficiis cognoſcentem diceretur,quòd ille non fuerit tormẽtatus

& non fuerit confeſsus occaſione tormentorum,quæ cõfeſsus coràm eo fuerit,quòd tor-
mentatus poſſit probare per publicam vocem,& famam,vel clamorem ab ipſo tormen-
tato factam : & recepta tali probatione per dictum iudicem appellationis,debeat Pote-
ſtatem,vel alium iudicem,qui tormentauit,vel tormentare fecit: idem iudex appellatio
nis condemnare ſecundùm formam præſentis ſtatuti ad petitionem tormentati , vel al-
terius pro eo.Et ſi dictus iudex appellationis in prædictis negligens fuerit : eadem pœna
per ſyndicatores communis Cametini tempore ſui ſyndicatus condẽnari debeat ad pe-
titionem dicti tormentati, vel alterius pro eo.& confeſſio facta per eum non valeat . Et
quòd quilibet notarius ciuitatis Cametini debeat recipere,& ſcribere appellationẽ pro
illis,qui indigeret ad eorum petitionem,aliòquin notarius,qui recuſaret,condamnetur
in pœnam x. lib.den . ¶ Addimus huic ſtatuto,quòd dictus iudex appellationis ad pe-
titionem cuiuslibet petentis debeat mittere notarium ad curiam Poteſtatis,vel alterius
iudicis de maleficiis cognoſcentis ad appellationes,& proteſtationes fiẽdas pro illis qui
indigent,tàm ad requiſitionem, & petitionem illorũ, qui nomine alterius peteret,quàm
principalis perſonæ indigentis, coràm D.Poteſtate,vel alio iudice de maleficiis cogno-
ſcente,& dictas appellationes facere,& ſcribere etiã abſq; aliquo præmio . ¶ Addimus
etiam huic ſtatuto,quòd cum per Poteſtatem,vel eius curiam, vel alium iudicem de ma
leficiis cognoſcẽtem petitur à dicto iudice appellationis licentia,ſeu conſenſus dari tor-
mentandi aliquam perſonam ciuitatis, comitatus,vel diſtrictus Camerini , vel aliunde,
antequàm det licentiam,ſeu conſenſum citari faciat,& vocari illã perſonam contra quã
petitur,vt audiat, & recipiat defenſiones illius, contra quẽ petitur, ſi quas habet & pro-
ponere vult, non obſtante termino dato per dictum D.Poteſtatem , vel alium iudicem,
vt ſupra de maleficiis cognoſcentem : Et aliter dederit, ſeu præſtiterit : non teneat licen
tia,nec confeſſio facta ab eo . Et ſi iudex appellationis contrafecerit : condamnetur in.c.
lib.den.pro qualibet vice. & teneatur illum,contra quem licentiam dederit,conſeruare
indemnẽ de ſuo, in quibus per arrationatores , ſeu ſyndicatores communis Camerini
condemnetur . Et quando diuerſa ſunt capitula accuſationis,vel inquiſitionis in ſcriptu
ra licentiæ exponatur diſtinctè ſuper quo, vel quibus capitulis accuſationis,uel inquiſi-
tionis datur licentia, dummodò ſola publica vox,& fama non faciat inditium . ¶ Addi-
mus huic ſtatuto , quòd licentia petita debeat dari , vel denegari infrà decem dies à die
petitæ licentiæ. Et ſi ille,contra quem licentia data fuerit , uel conceſſa , non venerit in
termino dando pro prima citatione ad confitendum,vel perſonaliter exponendũ ſe tor-
turæ : habeatur pro confeſſo. Et ſi dictus iudex,à quo peteretur licentia,ipſam licentiam
non daret,uel denegaret infrà dictum terminum x. dierum condãnetur in duplum illius
quantitatis,in qua debuiſset condemnari ille,contra quem peteretur licentia, ſi conceſ-
ſa fuiſſet. Et nihilòminus habeatur licentia petita pro denegata . Et dictus D. Iudex ap-
pellationis habeat denegare , vel concedere dictã licentiam per ſuam pronunciam in
ſcriptis,& omnes alias ſententias appellationum criminalium in ſcriptis dare ad banchũ
iuris,vbi iudicialiter reſederit ad ius reddendum. & idem dicimus debere fieri in omni-
bus,& per omnia per Poteſtatem, ſeu alium iudicem de maleficiis cognoſcentem ſuper
licentiis,pronunciationibus, et ſententiis per eum ferẽdis in dictis cauſis Criminalibus.
Quæ ſententiæ dari debeant per dictũ D.Poteſtatem,ſeu alium iudicem,vt ſupra ad bã-
chum iuris,vbi iudicialiter reſederit, uel reſidere ſolitus eſt.Et ſi in prædictis, uel aliquo
pręd ictorum per prædictos D.Pot. Iudicem,& alios,vt ſupra,officiales de maleficiis co-
gnoſcẽtes fuerit contrafactum : puniantur tempore eorum ſyndicatus per arratiocinato
res communis in.c.lib.den.pro quolibet,et qualibet vice. Volumus, quòd nõ poſſit quis
torqueri,niſi pro maleficiis atrocibus, vtputa , percuſſionibus cum armis vetitis cũ ſan-
guinis effuſione,membri debilitate,uel amputatione,homicidio, rubbaria,uel ſimilibus
grauioribus , quorum condẽnationes eſsent corporales , uel pœna ipſorum excederet
ſummam C L. librarum.

Quia

Quia Poteſtas & Capitaneus, nec alius quicunq; iudex de maleficiis in ciuitate Camerini cognoſcēs nemine detineat datis fideiuſſoribus exceptis aliquibus. Rub. 27.

POteſtas, vel Cap. nec alius quicunq; iudex de maleficiis cognoſcens in ciuitate Cam. nec aliquis eorū, vel alterius eorum familia non poſſit aliquem cogere, nec detinere vel detineri facere in palatio, vel carcere cōis, vel Populi, niſi pro maleficio, cuius occaſione debet aliquis tormentari, vel eſſet pœna corporalis. ſed fideiuſſores accipere debeat ſi dare voluerit, et dederit de repræſentando perſonam, et de iudicatum ſoluendo, alioquin detineatur. & ſi fideiuſſores non repręſentauerint eū, pro quo fideiubebunt, infrà terminum eis dandum per Poteſtatem, vel Cap. vel iudicem maleficiorum de cauſa cogniturum, quòd fideiuſſor teneatur ad pœnam, quam deberet ſoluere principalis delinquens. Et poſſit per Poteſtatem, vel Cap. ſiue alium iudicem de maleficiis in ciuitate Camerini cognoſcentem, condemnari. Et ſi Poteſtas, vel Cap. ſiue alius iudex de maleficiis (vt ſupra) cognoſcens, vel aliquis de eorum familia fecerit contra prædicta: quilibet contrafaciens de ſuo debeat ſoluere c. lib. den.

De auxilio, & fauore dando violentiam paſſis. Rub. 28

AD hoc, vt vnuſquiſq; habeat materiam honeſtè viuendi, & alios non lędendo, quæ ſunt præcepta legis. ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi aliquis, qui non eſſet de iuriſdictione Camerini, offenderet aliquem, qui eſſet de ciuitate, & burgis, comitatu, vel diſtrictu Camerini, vel aliquem de ſua familia in perſona, et rebus iniuriando, vel percutiendo, vel res ſuas auferendo per vim, vel ſine iuris cognitione, puniatur in duplū eius, quod puniri deberet ciuis offendens alium ciuem. Et Poteſtas, vel Cap. uel eorum officiales, ſiue cuiuſq; ipſorum iudices, vel alii de maleficiis in ciuitate Camerini cognoſcentes, ſi querimoniam inde receperint, teneantur tali offenſo dare auxilium, conſilium & fauorem ſuper præmiſſis. Et ipſum, & res ſuas defendere, & in poſſeſſione rerum ablatarum per vim ſecundùm iuris diſpoſitionem ipſum reponere, & repoſitum defendere ac tueri, & iniuriam, & damnum eidem illatum in ſuis rebus faciat plenius emendari. Et ſi Poteſtas, vel Cap. ſiue iudex maleficiorum in ciuitate Camerini fuerit negligens: ſoluat de ſuo ſalario. cc. lib. den. Et quòd camerarius cōis debeat retinere de ſuo ſalario pro cōi. Et hoc locum habeat, & habere debeat, & obſeruetur, & executioni mandetur, nullo alio ſtatuto, vel ordinamento præcedente, vel ſequente, & capitulo aliquo in contrarium loquente, non obſtante. Et per Poteſtatem, & Cap. vel alios iudices mal. (vt ſupra) præſentes, vel futuros ſub dicta pœna debeāt obſeruari. Et ſi aliquis de iuriſdictione cōis eſſet cum offenſore prædicto, & opem, & auxilium, vel conſilium ei dederit: ſoluat de ſuo dimidiam partem, quam ſoluere teneretur talis offenſor, quam ſi non ſoluerint infrà. x. dies, per ciuitatem publicè debeat fuſtigari. Si ille, qui erit cū prædicto offenſore, non haberet libram in ciuitate, vel burgis, vel comitatu, vel diſtrictu Camerini, vel eſſet forenſis, & dederit offenſori auxilium, vel conſilium, vt dictum eſt. Poteſtas, vel Cap. ſiue alius iudex mal. vt ſupra, ei ambutare faciat pedem dexterum. Saluo, & reſeruato, quòd ſi idem offenſor vel pater eius fuerit natus in ciuitate, vel comitatu, vel diſtrictu Camerini, non obſtante, quòd non habeat libram, vt dictum eſt, pœnam pedis euadat: dummodò ſoluat pœnam pecuniariam ſuperius in præſenti ſtatuto annotatam.

De arbitrio non petendo pro maleficiis puniendis. Rub. 29.

POteſtas, vel Cap. vel alter eorum, ſiue alius de maleficiis cognoſcens, vt ſupra, ſiue alius de familia eorum, vel alterius eorum, ſeu aliquis pro eis, vel aliquo eorū, vel aliquo de eorum familia, vel alterius eorum non petat, nec peti faciat, nec recipiat aliquod arbitrium, ſeu arbitria, ſiue licentiam, ſiue materiam, ſiue aliquam viam, ſiue aliquē modum puniendi aliquam perſonam, vel aliquod maleficium, vel aliqua alia maleficia ad ſuam voluntatem, vel arbitrium, uel vltrà, uel præter formam ſtatutorum, & ordinamentorum cōis Camerini. Sed ipſe Poteſtas, & Cap. & eorum, & cuiuslibet eorum familiares, & officiales, & quicunq; alii iudices maleficiorum, ut ſupra, maleficia puniant, & ius

cuilibet faciant, & ad ipſa punienda procedant ſecundùm formam ſtatutorum,& ordinamentorum cõis Camerini. Saluo, quòd hoc non præiudicet illis caſibus, in quibus arbitrium puniendi per aliquod ſtatutum,uel ordinamentum conceditur,uel etiam pro exercitu guerræ, uel cuſtodiæ caſtrorum, pro quibus peti, & concedi poſſit. Et ſi Poteſtas,uel Cap. uel aliquis alter de eorum familia,uel aliquis pro eis, uel altero eorum attentauerit petere aliquod arbitrium ad maleficia punienda ad ſuam uoluntatem. Exceptis determinatis per ſtatuta, puniatur pro uice qualibet,& ſoluere teneatur communi Camerini pœnæ nomine.cc. lib.den. in quibus ſyndicus Camerini,qui habet ſyndicare Poteſtatem,uel capitaneum,ſiue iudicem maleficiorum,teneatur condemnare cõi Camerini. Et ſi aliquod daretur arbitrium vltrà dictam formam,non ualeat. Et cõdemnatio,quæ ex arbitrio fieret, non ualeat ullo modo.

Quòd cõdemnatio non ualeat uitiari,niſi certis de cauſis. Rub. 30.

NVlla cõdẽnatio,quæ fieret de cetero in criminali cauſa, valeat uitiari: ex eo, quòd condemnatus non fuerit citatus ad audiendum ſententiam: nec ex eo quòd condemnatus,uel accuſatus ſit filius familias, uel minor, & pater non conſenſerit: nec ex eo quòd accuſator,uel teſtes dicerentur excõmunicati, uel eſſent. Et ſi aliquis accuſatus, denunciatus, uel inquiſitus per ſe, uel alium opponeret aliquam exceptionem excõmunicationis contra accuſatorem,ſuam uel ſuorum iniuriam proſequentem,uel teſtes: talis oppoſitio,& exceptio nullatenus admittatur. Sed ea ſpreta nihilòminus Poteſtas, & Capitaneus,& eorum iudices,& alii de maleficiis cognoſcẽtes in ciuitate Camerini procedant in cauſa. & ualeat proceſſus, & ſententia, quæ daretur: ac ſi dicta oppoſitio, et exceptiones non fuiſſent oppoſitæ.Et opponens ſoluat xxv. lib. den. in qua per iudicẽ, coràm quo dicta exceptio opponeretur,condemnetur. Nec ex eo, quòd officiales communis Camerini dicerentur,ſiue eſſent excõmunicati,ſiue eſſent negligentes in prædictis,uel aliquo prædictorum,uel contrafecerint: pœna ſimili tempore ſyndicatus puniãtur. Sed his non obſtantibus, condemnatio executioni debeat mandari: dummodò forma tradita à ſtatuto ſit in omnibus,et per omnia obſeruata.

Quòd nulli liceat in cauſa criminali, uel ciuili opponere certas exceptiones. Rub. 31.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd in cauſis criminalibus, uel ciuilibus, ſeu aliis quibuſcunq; nulli ſit licitum opponere,ſeu opponi facere contra perſonam accuſatoris, offenſi, teſtium,ſeu denunciatoris,ſuam,uel ſuorum iniuriam perſequentis, et ſuam, uel ſuorum ius petentis: et etiam contra perſonam procuratorum,cum ut plurimũ per malitiam opponatur,uel exceptio datii, uel datiuæ non ſolutæ in cauſa criminali. Et ſi oppoſitæ fuerint: ſint ipſo iure nullæ ipſæ exceptiones, & oppoſitiones, et habeantur, ac ſi oppoſitæ non fuiſſent. Et iudices, coràm quibus opponerentur, ipſam, uel ipſas,uel aliquam ipſarum admittere non debeant. Sed potius reicere, et procedere, et procedi facere in cauſa,ipſis exceptionibus non obſtantibus. Sed hoc ſtatutum non præiudicet ſtatuto poſito in beneficiis de allegantibus priuilegium,uel conſuetudinem cauſa nõ ſoluendi datiuas. Sed illud inuiolabiliter obſeruetur,capitulo aliquo non obſtante.

De ſententiis,et proceſſibus maleficiorum non annullandis. Rub. 32.

CVM interdum eueniat, quòd Poteſtas,et Capitaneus,et iudex maleficiorum communis Camerini in fine eorum officii uolẽtes gratiam facere aliquibus perſonis,ſententias, et proceſſus annullant,cuius occaſione commune Camerini defraudatur: et delinquentes pœnam euadunt. ordinamento aureo ſtatuimus,et ordinamus,quòd Poteſtas,et Capitaneus, et quilibet alius de maleficiis cognoſcens in ciuitate Camerini, et eorum iudices,vel alter eorum nõ poſſit,nec debeat intelligere,uel audire aliquem, qui perierit,uel diceret in futurum quocunq; modo nomine ſuo, uel alterius aliquem proceſſum,condemnationem, exbannimentum, uel ſententiam factam, uel factas, ſeu qui, uel quæ fierent in futurum contra aliquem per quoſcunq; officiales communis Camerini de

ni de aliquo maleficio, ſeu occaſione alicuius maleficii, quod diceretur eſſe commiſſum iniquam, vel nullam, iniquum, vel nullum. nec ſuper his recognoſcere poſſit per ſe, nec per iudicem aliquem delegatum poſtquàm dicta ſententia tranſierit in rem iudicatam: dummodò ſit ſeruata forma ſtatuti dicti communis in dictis proceſſibus, & ſententiis. Et ſi cognoſceret: cognitio ſit nulla ipſo iure: & puniantur D. Poteſtas, & Cap. & alii iudices maleficiorum Camerini, vel eorum iudices, qui cognouerint, vel in aliquo derogauerint, in.cc.lib.den.dādis de ſuo ſalario: de quibus expreſſe ſyndicentur per ſyndicatores. Et contra eos inquiratur per ſyndicatores. Et prædicta locũ habeant, poſtquàm ſententia lata fuerit, & in rem iudicatam tranſiuit, nec etiam pronunciare poſſint ipſi, vel alter eorum, ſeu aliquis eorum officialis aliquam ſententiam, quæ lata eſſet de aliquibus maleficiis, non eſſe exequendam. Et non obſtantibus ſupradictis, quod dici poſſit de nullitate, & iniquitate ſententiæ ſub eadem pœna. Senteſr; vt latæ ſunt in homicidiis, furtis, & robariis debeant, & teneantur executioni mandare. Et prædicta vendicent ſibi locum, quando dicta ſententia eſſet confirmata per ſententiã Iudicis cauſæ appellationis. Et in petitione ipſius appellationis fuit intentata iniquitas, & nullitas. Sed ſi per iudicem appellationis non pronunciaretur, & per eundem ſtaret ſuper ipſa cauſa appellationis, adeò quòd tempora ſtatuta per formam ſtatutorum eſſenr tranſcurſa, tunc nihilòminus poſſit agi, & excipi de nullitate, & iniquitate: & interim non exequatur. Et ſi Iudex appellationis non pronunciauerit, ſeu ſententiauerit infrà tempora ſtatutorum, & ordinamentorum cōis Camerini: condemnetur per ſyndicatores cōis de ſuo ſalario in.c.lib. den. & dãnũ patienti debeat reſtaurare.

Quòd non detur exbannitis licentia veniendi Camerinum, niſi in certis caſibus. Rub. 33.

DIcimus etiam ſtatuentes, quòd alicui exbannito, vel exbannitis, & condemnatis cōis Camerini, vel relegatis pro aliquo maleficio, vel homicidio per ſententiã, nõ poſſit, nec debeat per Poteſtatem, vel Capitaneum, vel alium officialem communis Camerini, vel aliam aliquam perſonam cuiuſcunq; conditionis exiſtat, dari, vel concedi aliqua licentia, vel ſecuritas Camerinum redeundi, vel ſtandi cauſa, & occaſione alicuius accuſationis, denunciationis, vel inquiſitionis, quæ contra talem exbannitum, vel relegatũ vel condemnatum communis Camerini fieret, vel facta eſſet pro aliquo maleficio: niſi hoc modo, videlicet, quòd ſi exbannitus; vel relegatus, & condemnatus accuſaretur, denunciaretur, vel inquireretur de aliquo maleficio, de quo, vel pro quo probato, vel ſi probaretur infligenda, vel ſubſequenda eſſet pœna corporalis, quòd in eo caſu poſſit dari licentia exbannito, & condemnato redeundi, vel veniendi ad ſe excuſandum, & defendendum per Poteſtatem, vel Capitaneum, vel alium iudicem maleficiorum ſi voluerit: dũtamen ipſi exbannito, vel relegato, & condemnato redeunte Camerinum, ſtatim ipſa die ſe debeat coràm officiali cognoſcente de maleficio prædicto præſentare: & quòd ſtatim per dictum officialem debeat poni, & mitti fieri in carcere communis Camerini. de quo carcere extrahi non poſſit, nec debeat per cuſtodes carcerum, vel alios, ſeu alium, donec de ipſo maleficio abſolutio facta non fuerit, vel condemnationem non ſoluerit, vel executio condemnationis facta fuerit: niſi eum mittendo de carcere ad palatium, vel ad banchum iuris ſub fida cuſtodia ad officialem cognoſcẽtem de maleficio ad petitionem talis officialis: & eum reducendo ad carceres, & tenendo vt ſupra dictũ eſt. Si autem accuſaretur, denunciaretur, vel inquireretur de maleficio, vel pro maleficio: quo probato imponenda, vel ſubſequenda eſſet pœna pecuniaria tantùm: in eo caſu nullo modo poſſint axbanniti, condemnati, vel relegati Camerinum redire, nec eis licentiam poſſit per aliquem officialem commuis Camerini, vel per aliquam aliam perſonam cuiuſcunq; conditionis exiſtat, concedi redeundi, vel veniendi Camerinum: ſed in eo caſu poſſint exbanniti, & condemnati excuſare ſe per procuratorẽ, & in eo caſu admittatur ad excuſationem, reſponſionem, & defenſionem, & ad omnia alia, quæ

m facere

facere poſſet ipſe accuſatus,denunciatus, vel inquiſitus, ſi perſonaliter intereſſet. ſatiſdante idoneè ipſo procuratore de iudicio ſiſti,& iudicatum ſoluendo. Si tamē talis accuſatus,vel inquiſitus,vel alii pro eo diceret, quòd nō poſſit ſatiſdare, & vellet perſonaliter cōparere: tunc detur licentia per Poteſtatem, vel Cap. vel alium iudicem maleficiorum cōis Camerini,& non per aliquem alium comparendi ſeruata forma ſtatuti. Et ipſo comparente ſtatim mittatur ad carceres cōis Camerini, de quibus non poſſit relaxari: donec fuerit abſolutus,vel condemnatus: & niſi condemnationem ſoluerit: niſi eū mittendo de carcere ad palatium,& de palatio ad carcerem, & de palatio ad banchum iuris ſub fida cuſtodia ad officialem cognoſcentem de maleficio, vel ad petitionem talis officialis,& eum ducendo ad carcerem,& eum tenendo, vt ſupra dictum eſt. Si autē D. Poteſtas,vel Cap.ſiue aliquis alius officialis alicui exbannito,& condemnato,vel relegato aliter,vel alio modo licentiam dederit, ſeu commiſerit,vel conſenſerit, vel fecerit in prædictis,vel aliquo prædictorum,vel ſi dicti cuſtodes carcerum talem exbannitum, & condemnatum,vel relegatum de carcere contra dictam formam relaxauerit, vel extraxerit,vel eundo per ciuitatem miſerit: in.c.lib.den. condemnentur pro qualibet vice, & quolibet. Et eo caſu,quando dicta licentia fuerit data ſecundùm formam ſtatutorum præſentium,non poſſit offendi infrà dictum tempus dictæ licentiæ: nec vigore alicuius præcedentis condemnationis. Et ſi offenderetur: condemnetur offendens in pœnis in ſtatuto contentis, ac ſi offenderet noſtrum terrigenam non exbannitum. Et ſi aliquis exbannitus,& condemnatus habuerit licentiam contra formam prædictam: quòd dicta licentia non valeat,nec teneat ipſo iure. Et talis exbannitus, & condemnatus ſic veniēs ad ciuitatem,comitatum,vel diſtrictum eius, poſſit impunè offendi, ac ſi dictam licentiam non haberet.

Quòd maleficia, & damna data inter familiares, & conſanguineos à certo gradu poſſint reuocari. Rub. 34.

ITem ſtatuimus, & ordinamus,quòd maleficia,& iniuriæ,& damna data commiſſa per familiares in familiares, vel per conſanguineos in conſanguineos vſq; in ſecundùm gradum ſecundùm ius canonicum computandum (excepto quàm in homicidio) poſſit per ipſos recipientes maleficia, iniurias, & damna data reuocari ſemper ante ſententiam. Qua reuocatione facta, & probato de conſanguinitate, quando inter conſanguineos,& de familiaritate,& quòd fuerunt familiares,& domeſtici tēpore dictorum maleficiorum commiſſorum, iniuriarum,& dānorum datorum quando inter familiares,& domeſticos: Iudex, coràm quo procederetur quocunq; modo, & quacunq; forma, incontinenti facta dicta reuocatione,& probatione pronunciare debeat non eſſe procedēdum contra ipſos malefactores,vel damnum dantes. Et ſi contrarium fecerit: ſit nullum ipſo iure. Et non ſit opus appellare. Et nihilòminus Poteſtas,& officialis,qui de hoc cognoſceret, condemnetur per arratiocinatores communis in lib.L. den. Et ſi dicti officiales,vel aliquis eorum cogerent,vel inducerent aliquem ad iurandum de non reuocādo ipſam accuſationem,vel inquiſitionem: vel etiam ſi ipſi accuſatores, vel denunciatores eorum motu iurarent,vel alio modo ſe ad pœnam obligarent de non reuocando, quòd nihilòminus facta dicta reuocatione,& probatione, dicti officiales pronunciare teneātur,& debeant non eſſe procedendum contra prædictos,vt ſupra dictum eſt. Et quòd ad pœnam aliquam non teneantur: non obſtante iuramento prædicto: quod ſi præſtitum fuerit: præſumatur doloſum,& metu extortum. Et præſens ſtaturum locum habeat etiā ſi procederetur per viam inquiſitionis, accuſationis,vel denunciationis.

De abolitione in certis caſibus. Rub. 35.

QVia multi quandoq; per iracundiam,quandoq; per errorem ad accuſandum prorumpunt. Statuimus, & ordinamus,& firmamus, quòd accuſatori abolitionem petenti,vel licentiam deſiſtendi ab accuſatione per eum facta alicuius maleficii,vel dāni dati,abolitio ipſa vſq; ad ſententiam concedatur per iudicem. Et ipſa abolitione petita,

ſuper

ſuper accuſatione ulterius procedi non poſſit: Sed quicquid ſuper ipſa accuſatione, uel proceſſu fieret: non ualeat ullo modo: dummodò petens ſoluat communi .x. ſol. den. quę ſolutio appareat per apodiſſam Camerarij, uel alterius executoris conſtituti.in qua contineatur dies, & annus ſolutionis, quæ regiſtretur in actis proceſſus per officialem dicti proceſſus pœna priuationis officii. Exceptis hæreſi,ſodomia, inceſtu, homicidio, raptu uirginum, & monialium,falſitate,incendio, doloſo latrocinio,ſacrilegio,furto,& delicto commiſſo in perſonis officialium communis, & uulneribus atrocibus, in quibus abolitio nullatenus admittatur.

De pace facta ſuper maleficiis. Rub. 36.

ITem ſtatuimus, & ordinamus,quòd ſi ſuper aliquo maleficio commiſſo pax, ſeu cõcordia facta fuerit uſq; ad ſentẽtiam poſt primã citationem, uel ante ſuper accuſatione,denunciatiõe,uel inquiſitione nõ poſſit Poteſtas,nec curia, uel alius officialis de maleficio cognoſcens,aliquem,uel aliquos cõdemnare,niſi in tertia parte banni. Et ſi contrafecerit: non ualeat,nec teneat ipſo iure. exceptis homicidiariis,blaſphematoribus,falſariis, ſodomitis,& frangentibus proſtimam, uel ludentibus ad azardum.ſuper quibus pax fieri non poſſit & ſi facta fuerit, non ualeat, nec teneat ipſo iure.& inſtrumentum pacis nõ faciat aliquam probationem,nec indicium,niſi aliter de maleficio conſtet. & inſtrumentum pacis, ſiue alia legitima probatio facta de ipſa per duos teſtes fide dignos, ſiue pacificatores communis,ſiue alios admittatur uſq; ad ſententiam Poteſtatis,uel Capitañ. ſiue alterius iudicis communis ferendam ſuper appellationibus interponendis. Et pax admittatur in damnis datis uſq; ad.xv.dies poſt latam ſententiam, dummodò facta eſſet quandocunq; ante ſententiam. Et in omnibus iniuriis,vel maleficiis,vel impedimento, vel oppoſitione factis officiali valeat,& ſufficiat pax habita à baiulo,vel officiali.

De inſtrumento pacis admittendo. Rub. 37.

STatuimns,& ordinamus, quòd ſi notarius non admitteret inſtrumẽtum pacis,vel aliã legitimam probationẽ per duos teſtes fide dignos, vel aſſignatum,vel productum,ſiue productã corãm eo ſuper aliquo maleficio,vel dãno dato:condemnatio,quæ inde fieret,quantum ad duas partes non valeat,nec teneat ipſo iure. Et ſi notarius non admitteret,ſeu reciperet: puniatur in. x.lib. den.in quibus condemnetur ab arratiocinatoribus communis. Et hoc locũ habeat in his, in quibus inſtrumentum pacis, vel alia legitima probatio valere debeat.Et ſi Cap.vel alius iudex maleficiorum communis Camerini nõ abſoluerit condemnatum iſta occaſione: poſſit condemnatus petere ab ipſo Cap. vel alio iudice de maleficiis cognoſcente,illud plus, in quo fuerit condemnatus, & abſolutus tempore reddendæ rationis.

Quòd confitentibus maleficia remittatur quinta pars banni. Rub. 38.

ITẽ ſtatuimus,& ordinamus,quòd ad euitandum periuria, ſi contra aliquem procederetur, qualitercũq; de maleficio,vel dãno dato,& ipſe,contra quẽ procederetur,ſpõte confeſſus fuerit in prima excuſatione maleficium,vel damnum datum, de quo procederetur,ꝙ eidem remittatur quinta pars banni, quod ſoluere teneretur pro ipſo maleficio vel damno dato,quod confeſſus extiterit.

De inſtrumento pacis introducendo uſq; ad ſententiam Poteſtatis,& Cap.& alterius cuiuſq; iudicis maleficiorum Camerini. Rub 39.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd ſi ſuper aliquo maleficio, vel damno dato inſtrumentum pacis factum fuerit, vel aliter corãm teſtibus fuerit facta pax, ille, cuius intererit poſſit,& debeat ipſum, vel ipſam probationem legitimam facere, & introducere uſq; ad ſententiam appellationis Cap.ſiue alterius iudicis ciuitatis Camerini de appellationibus cognoſcentis.deinde admitti nõ debeat. Idem dicimus uſq; ad ſententias appellationis Poteſtatis & alterius cuiuſcunq; iudicis de maleficiis cognoſcentis. ☞ Addimus huic ſtatuto, quòd quoad diminutionẽ pœnæ, niſi forſan quando eſſet caſus, in quo deliberaretẽ legitimè, quòd exbanniti, & condemnati communis habentes pacem admit-

tantur, & rebanniantur pro minori quantitate, quàm ſint condemnati. quod inſtrumentum pacis ſuper aliquo maleficio per aliquos factum non admittatur, niſi factum reperiretur per principales perſonas, vel eorum procuratorem ſpecialiter conſtitutum ad dictam pacem faciendam, vel patrem pro filio minore xiiii. annis. quòd inſtrumentum demoſtraretur Poteſtati, vel eius iudici, ſiue alteri de maleficio cognoſcenti, vel notario ſi infra terminnm ſtatuti cõditum eſt. Hoc reſeruato, quòd pax in damnis datis, & maleficiis, pœna quorum non excederet ſummam xxv. lib. den. poſſit recipi per patrem pro filio, & per filiũ pro patre, & per uirum pro uxore, & per coniunctas perſonas uſq; in tertium gradũ conſanguinitatis ſm ius canonicum computandum, niſi fortè debens recipere dictam pacẽ eſſet abſens à ciuitate, comitatu, & diſtrictu Camerini quo caſu poſſit per prædictos etiam vltrà dictam ſummam recipi. Et de abſentia ſtetur ſacramento recipientis, et in contumacibus pax admittatur per quẽcunq; producta. ¶ Item Addimus huic ſtatuto, & duobus proximis præcedentibus poſitis ſub Rub. 37. & 38. quòd vltrà prædicta beneficia, quicunq; condemnatus occaſione cuiuſcunq; maleficii, ſeu dãni dati ſoluerit condemnationem de eo factam infrà. x. dies à dia latæ ſententiæ per dictum Poteſtatem vel Cap. ſiue alium iudicem de maleficiis cognoſcentem in ciuitate Camerini remittatur ei tertia pars condemnationis contra ipſum latæ. Et idem beneficium remiſſionis tertiæ partis obtinere volumus, ſi quis porrexerit preces communi, vel alteri ſuperiori pro gratia obtinenda infrà. x. dies computandos à die latæ ſentẽtiæ.

De ſalario dando pro inſtrumento pacis. Rub. 40

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd pro inſtrumento pacis notarius à. x. lib. infrà. v. ſol. dẽ. ab inde ſupra uſq; in quãtitatẽ L. lib. x. ſol. dẽ. ab inde ſupra uſq; in cc. lib. xx. ſol. & ab inde ſupra recipiat 40. ſol. ad plus. Et reſtituere teneatur dictum inſtrumẽtum pacis pro quantitate, ut ſuperius dictum eſt, infrà xv. dies à die, quo petitum fuerit per ipſum, cuius intereſt, facta prius depoſitione ſalarii. quod ſi non fecerit, vel non reſtituerit infrà dictum tempus, vel recipiendo maiorem quantitatem, quàm (ut ſupra dictum eſt) pro quolibet, & qualibet vice puniatur in x. lib. den. Et nihilòminus teneaᵭ ipſum reſtituere inſtrumentum, et illud plus, quod acceperit.

De cogendo pupillum ad ratificandum pacem factam per tutorem. Rub. 41.

STatuimus, & ordinamus, quòd cum aliquis tutor alicuius pupilli fecerit pacem alicui vel aliquibus de iniuria aliqua, vel offenſa facta pupillo, vel eius conſanguineo, ſiue conſanguineis, ac etiam tutorio nomine ipſius pupilli promiſerit aliquẽ, vel aliquos non offendere, nec offendi facere per ſe, vel alium, ſeu alios ſub certa pœna. Et idem tutor pacem ſimilem promiſerit, & receperit ſub dicta pœna de non offendendo, vel offendi faciendo pupillum occaſione alicuius iniuriæ factæ per eum, vel aliquem eius conſanguineum alicui, vel aliquibus ſatis conſonum rationi uidetur: quòd talis pupillus adueniente pubertate debeat ratificare, & approbare legitimè & cum corporali iuramento promiſſionem per tutorem factam, quòd ipſe tutor dicti pupilli de ipſa iniuria facta, vel offenſa ſibi, vel eius conſanguineo pacem alicui, ſeu aliquibus non offendere ſeu offendi facere aliquem, ſeu aliquos per ſe, vel aliũ, ſeu alios ſub certa pœna, ut ſupra dictum eſt. Et quòd talis pupillus vnus vel plures cogantur per dominum Poſteſtatẽ vel Capitaneum, ſiue alium iudicem de maleficiis cognoſcentem in ciuitate Camerini adueniente pubertate legitimè cum corporali iuramento ratificare, & approbare promiſſionem factã per tutorem. Et quòd ipſa promiſſio tutoris & pœnæ adiectio habeatur pro legitimè approbata, & cõfirmata ipſo iure, & facto. Et teneatur ipſe maior factus ad pœnã per tutorem promiſſam: ſaluo, quòd in homicidio pax facta per tutorem, vel curatorem non ualeat, nec teneat ipſo iure. Nec etiam per minorẽ quatuordecim annis in maſculo, et duodecim in fœmina. Et prædicta Poteſtas, et Capitaneus, et quilibet alius iudex de maleficiis in ciuitate prædicta cognoſcens, teneatur facere obſeruari ad petitionem cuiuslibet petentis ſub uinculo iuramenti, et. C. lib. den. pœna de eorum ſalario et cætera.

De pœna

De pœna non cuſtodientium infraſcriptas feſtiuitates. Rub. 42.

ITem ſtatuimus,et ordinamus ad hoc,vt Deus dignetur cuſtodire ciuitatem Camerini eius comitatum, et diſtrictum à tempeſtatibus,et grandine, quæ euenire conſueuerunt,maximè quia homines non conſueuerunt cuſtodire Sanctum diem Dominicum,et feſta Sanctorum. quòd quilibet habitans in ciuitate,comitatu, et diſtrictu Camerini teneatur,et debeat cuſtodire infràſcriptas feſtiuitates,et dies,videlicet, ſanctum diem Dominicum, Natiuitatis Domini cum tribus diebus ſequentibus,Circumciſionis Domini, Epiphaniæ, Paſchatis Reſurrectionis Dñi cum duobus ſequentibus, Aſcenſionis Domini, feſtum Pentecoſtes, Corporis Chriſti, feſtiuitates Beatæ Mariæ, videlicet, Purificationẽ, Annſiciationem, Aſſumptionem,Natiuitatem,et Conceptionem,nec non Annũciatæ, feſtiuitates duodecim Apoſtolorum,et Euangeliſtarum,et quatuor doctorum eccleſiæ, feſtum S. Antonij, feſtum Sancti Sebaſtiani,feſtum S.Auſouini, feſtum Inuentionis corporis S. Venantij de menſe Martii,vt ſupra, Sanctæ Crucis, feſtum.S. Porphyrii, feſtum S.Venantii cum die ſequenti, feſtum Natiuitatis. S. Ioannis Baptiſtæ, feſtum S. Laurentii,feſtum.S.Catherinæ,feſtum S. Luciæ.S. Mariæ Magdalenæ, & S.Nicolai. Et qui contrafecerit: puniatur pro qualibet vice, & qualibet feſtiuitate, qua contrafecerit in xl.ſol. den.& de facto condemnetur. Et contra prædictos delinquentes poſſit D. officialis procedere ſummarie, ſine ſtrepitu,& figura iudicii per accuſationem,inquiſitionẽ & denunciationem. Et quilibet poſſit contrafacientes accuſare, & denunciare. Et ſtetur ſacramẽto accuſatoris cũ vno teſte,aut relationi officialis,vel vnius de familia ipſius Et ſuper inquiſitione ſufficiat dictum vnius teſtis. & D. officialis non poſſit alicui licentiam dare de prædictis. & ſi contrafecerit: non valeat. & qualibet vice, qua dederit dictã licentiã, puniatᷣ in x.lib.den. & dictus officialis poſſit, teneatur, & debeat obſeruare, et obſeruari facere oĩa & ſingula ſtatuta, ſiue ordinamenta facta de prædictis,vel aliquo prædictorum,& in prædictis diebus feriatis poſſit procedere,& prædictam pœnam contrafacientibus auferre de facto ſine ſcriptura aliqua, & proceſſu. Et laborare dicãtur omnes, qui ſeminauerint diebus feſtiuis prædictis. Exceptis meſſium,et vindemiarum temporibus, quibus cuilibet liceat ventilare,apportare bladum,ſiue granum,fabam, et alias ſegetes, et muſtũ: ſed nõ in diebus Dominicis. Addimus huic ſtatuto, quòd nulli liceat retinere in eccleſiis,vel propè ianuas eccleſiarum per quinq; pedes aliquam mercantiã, vel aliam rem cauſa vendendi,vel mercandi pœna.c.ſol.den.quæ de facto auferatur.Similiter etiam volumus, quòd Hebræis non liceat in ebdomada Sancta aperire ſtationes et tribus diebus Paſchatis Reſurrectionis, nec in vigilia, et feſto Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, nec alio die immediate ſequenti pœna xx. ſol.den.pro quolibet,et vice qualibet de facto auferenda. et nihilòminus claudere compellantur.

De ſomegiante, vel trahente in quibuſdam feſtiuitatibus. Rub. 43.

ITem, quòd nulli liceat in Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, nec tribus diebus ſequẽtibus,in Circũciſione Domini, in Epiphania Domini, in die veneris ſancti, in Paſchate reſurrectionis cum duobus ſequentibus, in Aſcenſione Domini, in feſto Pẽtecoſtes, in feſto corporis Chriſti, in feſto purificationis, Annunciationis, Aſſumptionis,& Natiuitatis beatæ Mariæ,nec in feſto alicuius apoſtoli, nec in feſto Sãcti Venantii,& eius corporis inuẽtionis, Sancti Anſouini, Sancti Dominici, nec in feſto omnium ſanctorum per ciuitatẽ, vel burgos ſomegiare,vel trabẽ conducere, vel deferri facere, vel deferre. Saluo quòd nõ intelligatur de paleis, fœno,herba,& pane. Et qui cõtrafecerit,& qui ſalmas conduxerit: pro qualibet beſtia, & ſalma puniatur in v. ſol. den.& pro qualbet trabe vel trauo puniatur de facto in x. ſol.den. Et Poteſtas,& Capitaneus,& eorũ officiales & quilibet alii iudices de maleficiis cognoſcentes, ex officio teneãᷣ inquirere publicè, & ſecretè, & de facto auferẽ.à repertis culpabilibus capitulo, inquiſitione,vel aliquo alio non obſtante, dũmodò capitulum non habeat locum in his, qui conducerent tempore æſtatis bladum,& herbas, & fœnũ pro beſtiis, & tempore vindemiæ muſtũ.Et ſi quis

repertus fuerit facere contra prædicta diebus dominicis: comburetur ei baſtū in platea ſancti Angeli vltrà dictam pœnam. Sed molendinarii portantes granum, bladum, vel farinam non grauētur de prædictis, nec diebus dominicis tantum.

De non vendendo vinum in die veneris ſancti, nec in die præcedenti. Rub. 44.

ITem, ne in die veneris ſancti, vel in nocte ipſius diei antecedentis nulli perſonæ liceat vēdere vinum, vel aliquam tabernam aperire cauſa dictum vinum vendendi vſq; ad horam nonam dicti diei veneris ſancti ſub pœna. C. ſol. den. Quæ pœna ſibi de facto auferatur. Et accedens ad potandum ſoluat .xx. ſol. den. pro qualibet vice. Et quilibet aperiēs ante horam nonæ ad dictam pœnam ſoluendam de facto etiam compellatur. Et cuilibet liceat accuſare.

Quòd offendens puniatur ſecundùm formam ſtatuti, niſi offenſus declinaſſet iuriſdictionem communis. Rub 45.

PRæſenti ſtatuto firmamus, & duximus ſtatuēdū, quòd quicunq; ciuis, vel comitatēſis, vel diſtrictualis Camerini cuiuſcunq; conditionis exiſtat, ſi fuerit offenſus ab aliquo in perſona, vel rebus, quòd talis offenſor puniatur ſecundùm formam ſtatutorum, & ordinamentorum communis Camerini, niſi talis offenſus reperiretur, quòd in cauſa criminali declinaſſet iuriſdictionem Camerini. Si uerò reperiretur talis declinaſſe iuriſdictionem in cauſa ciuili, non reddatur ſibi ius in ciuili cauſa tantùm. Exceptis ſacerdotibus, religioſis, & clericis in habitu clericali euntibus, vel incedētibus.

Quòd vbi in maleficiis non eſt pœna determinata, procedatur de ſimilibus ad ſimilia. Rub. 46.

DEinceps pœna, & pœnę maleficiorum, quæ committerentur, de quibus pœna, vel pœnæ non reperirētur determinatæ per formam ſtatutorum, & ordinamentorum, ſeu reformationum communis Camerini per dominos Poteſtatem, & Capitaneum, & alios iudices de maleficiis cognoſcentes communis Camerini, & eorum iudices imponatur pœna, & procedi poſſit de ſimilibus ad ſimilia. Et ubi ſimile proprie non haberetꝑcedat, & pœna auferatur ſm̄ illud, quod magis reperiretur ſimile, & magis aſſimilare, vel cohęrere, vel appropinquare: aliquo ſtatuto, vel ordinamento, vel reformatione in contrarium loquente nō obſtante. Et quòd aſſimilatio fieri debeat deliberatione, & conſenſu Dominorū Poteſtatis, & Capitanei, vel alterius iudicis de maleficiis cognoſcētis. Et aliter facta non ualeat.

Quòd gradus conſanguinitatis, & affinitatis ſemper computetur ſecundùm ius canonicum. Rub. 47.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ubicunq; ſtatuto ciuitatis Camerini, vel aliquo eorum fit mentio de gradibus conſanguinitatis, vel affinitatis, ſemper intelligatur, & debeat cōputari ſecundùm ius canonicum, capitulo aliquo non obſtante.

Quòd Poteſtas, & Capitanei, & alii iudices ciuitatis Camerini non ſint iudices iniuriarum ſibi, vel ſuæ familiæ illatarum. Rub. 48.

CVm non ſit conueniens, nec iuſtum, quòd quis ſit iudex iniuriæ ſibi factæ. Statuimus & ordinamus, quòd ſi aliqua iniuria fieret per aliquem cōtra Poteſtatem, vel aliquē de iudicibus, militibus, notariis, vel aliis ſuis officialibus, vel familiaribus. Idem Poteſtas vel aliquis de ſuis iudicibus, vel aliis officialibus, illum dicta occaſione non ualeant, nec debeant punire, nec grauare, ſed Capitaneus debeat illum punire de maleficio, quòd cōmiſerit ſecundum formam ſtatutorum, & ordinamentorum Communis, & populi Camerini. & ſi fieret contra Capitaneū, vel aliquem de ſuis officialibus, vel familiaribus: Capitaneus non debeat punire, nec grauare occaſione prædicta. Sed Poteſtas, vel alius de maleficiis cognoſcens in ciuitate prædicta debeat illū delinquentē contra Capitaneū vel ſuos officiales, vel familiares punire de iniuria, vel maleficio, quod, vel quam cōmiſerit ſecundum formam ſtatutorum, & ordinamentorum communis, & populi Camerini. Et idem dicimus, ſi iniuria, vel maleficium illatū, vel commiſſum eſſet contra aliū officialem,

officialem, ſiue ſuos familiares, milites, vel notarios. quòd in eo caſu non poſſit ipſe officialis cognoſcere,& punire de tali iniuria ſibi, vel alicui ex ſua familia, vel notarius illata. ſed de dicta iniuria, vel maleficio alius iudex, vel officialis Camerini debeat cognoſcere & punire. Et nihilòminus Poteſtas, & Capitaneus, vel alius iudex contrafaciens; uice qualibet in C.lib.den.debeat puniri,& condemnari communi Camerini. Et ſi Poteſtas vel aliquis ex ſuis officialibus, vel familia occideret, vel percuteret aliquẽ camerinẽſem præter formam ei conceſſam per ſtatutum, Capitaneus, vel alius iudex de maleficiis cognoſcens teneatur in continẽti ad petitionẽ offenſi, vel conſanguinei procedere contra offenſorem,& eum punire ſecundùm formam ſtatutorum, & ordinamentorum communis, & populi Camerini. Et ſi Capitaneus, ſiue alius iudex in ciuitate Camerini, vel aliquis ex ſuis officialibus occideret, vel percuteret aliquem camerinenſem vltrà formam eis cõceſſam per ſtatutum ſuperius: Poteſtas, & quilibet de maleficiis cognoſcens teneatur ad petitionem offenſi, vel ſuorum conſanguineorum in continenti procedere cõtra offenſores,& eos punire ſecundùm formã ſtatutorum, et ordinamẽtorum communis Camerini. Et nihilòminus ſi non condemnauerit ipſum: ſyndicatores contra eum poſſint de maleficio cognoſcere, & contra eos procedere, & ipſos punire ſecundùm formam ſtatutorum, & ordinamentorum cõis Camerini. Et condemnatio, quæ fieret præter dictã formam, non valeat, nec teneat ipſo iure.

De pœna imponenda forenſi offendenti forenſem. Rnb. 49.

VT ſciatur, quæ pœna ſit imponenda, quando forenſis offenderet forenſem in ciuitate Camerini, comitatu, vel diſtrictu. Statuimus, quòd ſi aliquis forenſis offenderet aliquem forenſem in ciuitate, vel diſtrictu Camerini, puniatur,& condemnetur communi Camerini in ea pœna, qua puniretur aliquis camerinenſis offendens camerinenſem ſecundùm formam ſtatutorum, aliquo alio capitulo non obſtante.

De vitio Sodomitico. Rub. 50.

AD laudem,& gloriam,& honorem omnipotentis Dei, ac totius ineffabilis, & indiuiduæ trinitatis Patris, & Filii & Spiritus ſancti, & glorioſiſſimæ matris ſuæ virginis glorioſæ: & ad hoc vt beatiſſimus, & glorioſiſſimus Venantius Martyr aduocatus, protector,& defenſor, & Anſouinus ſimiliter defenſor ciuitatis Camerini,& populi Camerini pro ipſo deuotiſſimè ſupplicando facilius, & acceptabilius intercedant, & ſupplicẽt apud prædictos pro animarum ſalute,& peccatorum remiſſione, & gubernatione populi prælibati. Et quia frequens iſtud abominabile, deteſtabile, imò nefandiſſimũ ſcelus, quod vulgari ſermone vitium ſodomiticum contra naturã appellatur pullulat. Propter quod ſacro Sancta tenet mater eccleſia iram Dei in illos ſodomitas tanquàm in diffidẽtiæ filios deſcendiſſe quinq; videlicet, ciuitates in abyſſi profundum diuino igne ſubmergendo,& in aquam putridam, in qua plumbum natat,& pluma demergitur in profundũ ad condignam ultionem, & pœnam conſimilem ſupradicti ſceleris, propter cuius ſceleris abominationem in humanitatem omnipotens ferè deſiit incarnati: cuiuſq; ſceleris horrida vox, atq; peſtilens vſq; ad thronum altiſſimi clamitat inceſſanter: ptopter quod etiam terram in ſe ipſam diuiſam, more Datan,& Abiron, quos ipſa terra viuos abſorbuit. dignum eſſet authores tanti ſceletis abſorberi. Et quia certiſſime, ac infallibiliter per ſupradictam ſacroſanctam eccleſiam, quæ mater eſt omnium fidelium, & magiſtra creditur, & tenetur, & quòd nouit Deus mutare ſententiam, ſi peccator nouit mutare propoſitum. Et omnia iura clamant, quòd egreſſus vitii, virtutum operatur ingreſſum. Iccircò ad hoc, vt prædicta ciuitas, eiuſq; comitatus, & diſtrictus, nec non deuotus Camerinẽſis populus ſupradictus propter prædicta peccata, & ſcelera tàm nefandiſſima nõ incurrat, imò euitet,& effugiat deſolationem, confuſionem, ac dirutionem, atq; periculum de die in diem quaſi continuò de recenti, ſenſibiliter, et palpabiliter, oculata fide videntur, et referuntur. ad quorum præmiſſorum euidentiſſimum argumentum ad memoriam reduci poteſt diuinum iudicium nuper emergens in locis non valde remotis, vt

accedat, quod Poetice legitur, Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum. Et illud, Nam tua res agitur paries cum proximus ardet. In primis nanq; ad abolendum, et inquã. tum Deus permiſerit. et humana fragilitas aderit, vel paſſa fuerit radicitus extirpandũ de dicta ciuitate, et eius comitatu, et diſtrictu tantæ abominationis, et immanitatis ſcelera, et delicta. Statuerunt, quòd omnes tàm mares, quàm fœminæ, vel mulieres committentes dictum maleficium, et peccatum, tàm agentes, quàm patientes: & omnes, & ſinguli dantes conſilium, vel fauorem, vel lenocinium, vel tractatum committẽtibus dictum maleficium, & peccatum: aut domum, vel locum ob dictam cauſam præſtiterit, vel commodauerit: aut committentes dictum peccatum, vel tale maleficium ſcienter receptauerit, quoad ipſas perſonas principales agentes, & patientes pęnis legalibus ſubiacere volumus. quo verò ad reliquos præſtantes conſilium, auxilium, vel fauorem, locum, uel ſcienter receptantes: puniantur pro quolibet, & qualibet uice in pęna. cc. lib. den. & ſi non ſoluerit dictam pęnam: mittatur in carceribus, & ibi detineatur, donec, & quouſq; ipſam integrè, et cum effectu ſoluerit camerario communis, vel alteri ad pecunias communis recipiendas deputato. Et nihilòminus domus, vel locus vbi talia committerẽtur, ſciente Dño rei, funditus deſtruatur, et deuaſtetur totaliter inquantum poſſibile fuerit. et quod dictum eſt ſupra de agentibus, et patientibus dictum vitium ſceleratum, maleficium, et peccatum. intelligatur, et locum habeat pœna ſuperius declarata in maioribus xiiij. annis. minores verò dictum ſcelus, peccatum, et maleficium voluntarie agentes, et patientes minus puniantur, et corrigantur arbitrio iudicis cognoſcentis. Et non habeat locum, nec pœna diminuatur in caſibus ſupradictis, vel aliquo prædictorum, pax remiſſio, vel aliqua reuocatio, nec aliqua de cauſa poſſit minui pœna prædicta, niſi per confeſſionem ſponte factam, ex qua remittatur quinta pars pęnæ pecuniariæ. Et quod dictum eſt, quòd præſtantes in dicto ſcelere opem, conſilium, et fauorem: puniantur dicta pęna, vt ſupra non trahatur in exemplum in aliis maleficiis. ſed ex eo dũtaxat ius ſumatur in caſibus ſupra expreſſis. Et præſens D. Poteſtas, et impoſterùm ſucceſſores eius, vel alii iudices ciuitatis Camerini legi faciant de verbo ad verbum, et vulgarizari præſens ordinamentum ad minus ſemel in menſe in conſilio generali per quendam ſuum notarium. et præſens D. Cap. et eius impoſterùm ſucceſſores idem fieri faciat in conſilio populi pęna L. lib. den. pro quolibet ipſorum, quas L. lib. den. camerarius communis, qui nunc eſt, et pro tempore erit, de eorum ſalario conſeruare debeat, et eis non ſoluere, niſi prædicta plenius obſeruauerint. Sed ex tunc ſit applicata dicto communi ſine aliqua cõdenatione, uel petitione ipſo facto. Et ſi Camerarius dicti communis fuerit negligens in prædictis: perdat de ſuo ſalario. x. lib. den. ipſo facto. Et legantur in dictis conſiliis (vt ſupradictum eſt) omnia, et ſingula ordinamenta infraſcripta, et quodlibet ipſorum ad dictam pęnam. ¶ Addimus huic ſtatuto, quòd ſi quis requiſierit, vel attentauerit aliquẽ puerum actu, ſigno, uel uerbo expreſſo, non tamen perueniẽs ad factum: puniatur in. cc. lib. den. Si quis uerò attentauerit, uel requiſierit cum inſtantia, importunitate, et inſtigatione, et ad effectum non peruenerit: condemnetur in. c. lib. den. et carceribus mancipetur per unum menſem. ſed ſi quis ceperit aliquem puerum, et traxerit de loco ad locum dicta de cauſa, et non ſtetit per eum, quin perueniat ad factum: puniatur ea pęna, qua puniretur delinquens in tali delicto.

Quomodo, et qualiter in dictis ſcelcratis criminibus, et maleficiis procedatur. Rub. 51.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd de dicto ſcelerato crimine, maleficio, et peccato, et de omnibus, et ſingulis contentis in dicto capitulo, et ordinamento. prædicti Poteſtas, et Cap. vel alius de maleficiis cognoſcens communis Camerini, et quilibet ipſorum et eorum, et cuiuslibet eorum iudices, tàm qui nunc ſunt, quàm qui pro tempore fuerint poſſint, et debeant cognoſcere, et procedere, tàm per accuſationem, quàm per inquiſitionem, et denunciationem eorum, et cuiuſq; ipſorum officio. et repertos culpabiles de prædictis

prædictis, vel aliquo prædictorum punire, et condemnare in pœnis ſuperius in proximo ordinamento declaratis. et proceſſus, qui fieret de prædictis, debeat finiri, et terminari infrà vnum mẽſem à die porrectionis accuſationis, vel formationis inquiſitionis, vel denunciationis. Et ſi prædicti D. Poteſtas, et Cap. uel aliquis ipſorum, vel eorum iudices, ſiue alii de maleficiis cognoſcentes, qui cognoſcerent de prædictis, negligentes, vel negligens fuerit in prædictis, vel aliquo prædictorum: perdant, ſiue perdat de ſalario ſuo L. lib. den. quas camerarius dicti communis, qui nunc eſt, et pro tempore fuerit, de corũ et cuiuſq; ipſorum ſalario retinere teneatur: et ſint ex tunc ipſo facto applicatæ dicto cõi Camerini ſine aliqua condemnatione, vel petitione, vt ſuperius eſt expreſſum. Et ſi prædictus camerarius fuerit negligens in prædictis, uel aliquo prædictorum: perdat de ſuo ſalario x. lib. den. Et omnes, et ſinguli proceſſus, qui fierent de omnibus, et ſingulis maleficiis prædictis, et aliis contentis in præcedenti, et ſubſequenti ordinamento, vel aliquo ipſorum poſſint fieri in palatio communis, vel populi ciuitatis Camerini, et in quocunq; alio loco, in quo ipſi habitarent, videlicet Dominus Poteſtas, et Capitaneus, vel alter ipſorum, ſiue iudex criminalium. Et dicti proceſſus ſcribi debeant per notarium maleficiorum palatii dicti D. Poteſtatis uel alterius iudicis, ut ſupra, dum procederetur per dictum D. Poteſtatem, uel aliquem ſuum iudicem, ſiue alium iudicem criminalium, ut ſupra. Et contra huiuſmodi proceſſum non poſſit, nec debeat opponi exceptio iuris, & ſtatuti ſolennitate dimiſſa, dummodò coſtet de maleficio ſecundũm formam proximi infraſcripti ordinamenti, & ſeruata fuerit forma præſentium ordinamentorum in procedendo, & condemnando.

Qualiter citatus, & exbannitus habeatur pro confeſſo: & quòd poſſit de dicto crimine die feriato, & non feriato cognoſci. Rub. 52.

VT proceſſus prædicti citius, & celerius expediantur. Statuimus, & ordinamus, quòd illi, contra quos procederetur de dictis maleficiis, vel aliquo ipſorum contentis in primo, & ſecundo ſtatuto ſupra proximè poſito: & in oĩbus aliis ſtatutis ſubſequentibus & quolibet ipſorum uſq; ad ſtatutum poſitum ſub Rub. de homicidiariis excluſiue, exceptis de contentis in ſtatuto poſito infrà ſub Rub. quòd nullus minor. xv. annis bibat in tabernis, bis debeant citari, ſi in prima citatione non comparuerit. Et poſt ſecũdam citationem expectetur per duos dies. Et ſi citatus non comparuerit infrà dictum terminũ: ponatur in banno dictæ pœnæ, & aliarum pœnarum contentarum in ſubſequẽtibus ſtatutis, & quolibet ipſorum ut ſupra dictum eſt. In quo banno eidem terminus aſſignetur duorum dierum ad comparendum. Et ſi infrà dictum terminum non comparuerit ad ſe excuſandũ: habeatur pro confeſſo, & conuicto, & tãquàm confeſſus, & conuictus poſſit, & debeat condemnari. Et ſuper prædictis, & de prædictis proceſſibus poſſit procedi diebus feriatis, & non feriatis.

Quæ probationes, ſiue præſumptiones, & indicia ſufficiant in dictis ſceleratis criminibus. Rub. 53.

ITem quia dictum peccatum, & maleficium cõmittitur occultè, & committi conſueuit & de ipſo faciliter plena probatio haberi nõ poteſt. Statuerunt, & ordinauerunt, quòd ad probandum dictum peccatum, & maleficiũ ſufficiat probatio unius teſtis de uiſu bonæ famæ, & omni exceptione maioris. Et ſi probaretur per unum teſtem de ueritate, & probaretur per quatuor teſtes de publica voce, & fama, vel alia legitima indicia, vel præſumptiones, quòd dicti Dominus Poteſtas, & Capitaneus, vel alter ipſorum, & quilibet de maleficiis cognoſcens poſſint, & debeant tales, contra quos ſit probatum, cogere ad confitendum, & ad inueniendum veritatem de prædictis per tormenta dummodò primò pronunciet teſtes pro apertis, lectis, & publicatis: & det terminum ad accipiendum copiam, & reprobandum dictos teſtes.

Quòd quolibet menſe de dictis ſceleratis criminibus inquiratur. Rub. 54

ITem, ne dictum peccatum, & maleficium veniat quaſi in conſuetudinem, & peſſimã

corruptelā: & ad hoc, ne dictū maleficiū valeat cōmitti, ſed melius poſſit extirpari. Statuerunt, & ordinauerunt, quòd dicti Domini Poteſtas, & Capitaneus, & quilibet alius de maleficiis cognoſcens, & quilibet ipſorum tàm præſentes, quàm qui pro tempore fuerint, teneantur, & debeant ad minus quolibet menſe facere generalem inquiſitionem contra omnes & ſingulos committentes dicta maleficia, ſeu ſcelera cōtra omnes dantes ſeu præſtantes auxilium, conſilium, opem, & fauorem, dando domum, locum, vel lenocinium, vel tractatum, vel cōmittentem aliquod de prædictis prohibitis, & contentis in ſupradicto primo capitulo, & ordinamento. Et ob dictam cauſam mittere notarium ſuum in qualibet contrata dictæ ciuitatis, & maximè ubi ſunt ſcolares, aut morantur: & teſtes recipere tàm maſculos, quàm fœminas de qualibet contrata ad minus xx. teſtes: & ab eiſdem querere de infamatis, & culpabilibus de dictis peccatis, & maleficiis, & quolibet ipſorū. Et repertos culpabiles punire, & condemnare, ut supra dictum eſt, ad pœnā cc. lib. den. prædictis Dominis Poteſtati, & Capitaneo, & cuilibet ipſorum, & cuilibet alteri de maleficiis cognoſcenti, quando prædicta omiſerint facere, vel aliquod prædictorum de ſuo ſalario auferēdorum, & retinendorum per camerarium dicti communis Et dicto communi de facto ſine aliqua diminutione, condemnatione, vel petitione applicandam. Et teneantur, & debeant prædicti Domini Poteſtas, & Capitaneus, & quilibet ipſorū, & alii de maleficiis cognoſcentes, ad dictam pœnam modo, & forma ſuperius declaratis in fine eorum, & cuiuslibet ipſorum officii oſtendere per acta dictas inquiſitiones fore factas, & teſtes fore receptos, ut ſuperius eſt expreſſum. Et ſi camerarius dicti communis fuerit negligēs in prædictis: perdat de ſuo ſalario lx. lib. den. ipſo facto Et prædicta debeant expreſſe legi, & vulgarizari, & diuulgari in generali parlamento per notarium reformationum dicti communis in iuramēto ipſorum dominorum Poteſtatis & Capitanei, ſiue alterius cuiuſq; iudicis maleficiorū, qui pro tempore erunt, & tempore eorum, & cuiuslibet eorum aduentus in platea Eccleſiæ Sanctæ Mariæ maioris. Et ſi notarius reformationum dicti communis fuerit negligens in prædictis, vel aliquo prædictorum: perdat de ſuo ſalario. x. lib. den. ipſo facto.

Quòd rogetur Dominus Camerinenſis Epiſcopus, & eius Vicarius, quòd puniat clericos de dicto crimine pollutos. Rub. 55.

ITem cum præſertim clerici à dicto ſcelerato crimine abſtinere debeant, & ne etiam ipſi, quod peius eſſet, de eo infamentur, & dictum maleficium committant. Statuimus, & ordinamus, quòd Dominus Poteſtas, & Capitaneus, & quilibet alius iudex maleficiorum, qui pro tempore fuerit, infrà xv. dies introitus eorum, & cuiuslibet eorum regiminis teneantur congregare, & congregari facere ſcilicet Dominus Poteſtas conſilium generale, & ſpeciale. & Dominus Capitaneus conſilium capitaneorum artium dictæ ciuitatis Camerini & cum ipſis conſiliis, & conſiliariis, & capitaneis artium ire ad Dominum Epiſcopū Camerinenſem, vel eius Vicarium, & cum inſtantia rogare eos, vel alterum eorum, quòd faciat congregare omnes, & ſingulos clericos, & presbyteros ciuitatis Camerini corā eis vel altero eorū, & ipſos efficaciter monere, quòd de dicto uitio, maleficio & peccato, ſi maculati eſſent, debeant abſtinere, & penitus emendare. Et quòd contra committentes dictum maleficium, ſcelerarū uitium, & peccatum, & inuentos culpabiles condemnare ad aquam triſtitiæ, & panē doloris. Et hoc dicti rectores, & iudices, & quilibet ipſorum facere teneantur ad pœnam ſuperius declaratam contra eos.

De arbitrio rectorum, & iudicum in expellendo de dicta ciuitate infamatos de dicto crimine. Rub. 56.

ITem quòd de dicto crimine, & abominabili uitio, maleficio, & peccato in dicta ciuitate, comitatu, & diſtrictu ſint aliqui nōmodicum infamati. Statuerunt, et ordinauerūt quòd prædicti Domini Poteſtas, & Capitaneus et alii iudices maleficiorū tàm præſentes quàm qui pro tempore erunt, et quilibet ipſorum contra tales publicè infamatos de dicto ſcelerato crimine, et peccato habeāt plenum arbitrium in expellendo ipſos de dicta

ciuitate,comitatu,et diſtrictu eiuſdẽ: et in cõfinãdo eos prout eis,et cuilibet ipſorũ uidebitur conuenire. Et ut prædicta plenius obſeruentur: poſſint ipſi D. Poteſtas,Capitaneus et quilibet ipſorum, et alterius iudicis de maleficiis cognoſcentis pœnas,et banna impo nere,ut eis et cuilibet ipſorum uidebitur expedire. Et de his ſimiliter rogetur Epiſcopus vel eius Vicarius ut idem faciat de presbyteris,et clericis,ut in proximo præcedenti capi tulo,et ordinamento plenius eſt expreſſum. Et prædicta locum habeant in diffamatis pu blicis de dictis ſceleribus ab vno anno citra.

De præmio dando Rectoribus,vel officialibus punientibus dictum crimen,vitium, et peccatum. Rub. 57.

AD Hoc,vt prædicta domini Poteſtas, et Captaneus tàm præſentes, quàm futuri, et quilibet ipſorum, et alterius cuiuſcũq; iudicis de maleficiis cognoſcẽtis ſint promptiores,et fauorabiliores ad dictum peccatum ſodomiticum, et abominabile vitium, et maleficium cõtra naturam inueniendum,& puniendum. ſtatuimus,et ordinamus,quòd ſupradicti D. Poteſtas Cap.et quilibet ipſorum,et quilibet alter officialis maleficiorum habeant,et habere debeant de pecunia, et auere dicti communis pro qualibet perſona, quam legitimè condemnauerit: et de ipſa executionem cum effectu fecerit pœnæ, vel pœnarum declaratarum in dicto primo ſtatuto, vel ordinamento. L. lib. den. Et intelligatur facta etiam executio cum effectu quoad conſequendum, et habendum dictas. L. lib. den. ſi condemnatus de dictis criminibus, et peccatis contentis in dicto primo capitulo,vel aliquo eorum fuerit effectualiter punitus ſecũdum formam in eo traditam: et do mus,vel locus fuerit deſtructus in caſu quo debet,et poteſt fieri, etiam ſi talis condemnatus ut ſupra condemnationem pecuniariam ſoluere retardauerit.

De pœna iurãtium, et blaſphemãtium, vel maledicentium Deum, et beatam Virginẽ Mariam eius matrem,vel aliquem Sanctorum. Rub. 58.

ITem quia homines temeritate, aut malitia ducti audent Deum blaſphemare,et beatiſſimam Virginem Mariam matrem eius, et ſanctos. quod peccatum blaſphemiæ quia preponderat omnibus aliis peccatis. ſtatuerunt,et ordinauerunt, quòd nulla perſona de beat blaſphemare Deum,et beatiſſimam Mariam eius matrem, vel aliquem ſanctorum, vel aliquid turpe dicere de eis,vel aliquo ipſorum,ſcilicet ad onta de Iddio, vel de Santa Maria,et delli ſanti et della Chieſa de Dio,vel delli ſanti,et de his ſimilia, vel etiam iura re per membra aliqua pudibunda,vel turpia omnipotentis Dei,vel Ieſu Chriſti Spiritus Sancti,Sãctæ Trinitatis,vel Virginis Mariæ,vel alicuius ex ſanctis Dei vt dicendo per lo culo, per la potta, et his ſimilia, vel tantundem importantia. ſi quidem blaſphemauerit Deum,et beatam Virginem, vel ſanctam Trinitatem,et Spiritumſanctum,vel iurauerit per membra pudibunda Dei, et beatæ Virginis Videlicet dicendo ad onta de Iddio, di Santa Maria,al diſpetto de Iddo,vel di Sãta Maria,per la potta,per lo culo,et his ſimilia vel aliud turpe contra Deum omnipotentem Ieſum Chriſtum, et eius matrem Mariam Virginem dixerit, vel iurauerit per corpus, vel ſanguinem omnipotentis Dei, vel Domini noſtri Ieſu Chriſti,vel Vriginis Mariæ vel uiſcera,oculos,vel alia membra nõ pudibunda: puniatur pro qualibet prima uice in xxv. ducatorum pœna. Pro ſecunda uerò uice, et poſt primam condemnationem in pœna duorum ictuum funis puniatur ultrà dictam pœnam pecuniariam. Pro tertia uerò uice,ſi fuit bis condemnatus,lingua penitus perforetur ultrà dictam pœnam pecuniariam. Quo uerò ad ſanctos,præſertim beatiſſimum martyrem Venantium huius ciuitatis noſtræ Camerini protectorem, et aduocatum,et defenſorem: et beatiſſimũ Anſouinum,quos præcipue debemus honorare. ſi quis eos blaſphemauerit,maledixerit,vel iurauerit per membra aliqua eorũ pudibunda,ſiue aliquid turpe dixerit: condemnetur in medietate pœnæ pecuniariæ tãtum pro qualibet uice per Poteſtatem, Capitaneum, vel alium iudicem de maleficiis cognoſcentem. Et cuilibet ſit licitum accuſare,vel dẽunciare,nec ad talionis, nec etiam ad extraordinariã pœnam ſubſcribere teneatur,et teneatur ſecretus,et habeat accuſator, vel denunciator

quartã partẽ pœnæ. Quam pœnã ſi infrà x. dies non ſoluerit: publicè fuſtigeť eo caſu quo pœna pecuniaria tantùm uenit imponenda. Et nomen accuſatoris, vel denunciatoris tẽneatur ſecretum. Et ſit et eſſe debeat ipſe accuſator, vel denunciator de dicta ciuitate, vel burgis Camerini, vel eius comitatu, et diſtrictu, et homo bonæ conditionis, et famæ. Et quòd prædicti Dominus Poteſtas, et Capitaneus, et quilibet eorum, et quilibet etiam alter iudex maleficiorum, et eorum, et cuiuſq; ipſorum in dictis officiis Poteſtariæ, Capitaniatus, et iudicatus maleficiorum imposterùm ſucceſſores poſſint, et debeant de prædictis omnibus, et ſingulis, et quolibet eorum inquirere, et procedere per accuſationem, vel denunciationem: dummodò pœna præſtiti iuramenti non admittatur in teſtimoniũ talem denunciarorem, vel accuſatorem. Et ſi quis accuſauerit, denunciauerit publicè alicui officiali communis, vel villæ, vel ſyndico alicuius caſtri aliquem de aliqua blaſphemia, et non probauerit ſaltim per vnum teſtem de auditu: condemnetur eadem pœna, qua condemnari deberet talis blaſphemans. Et ſi quis fuerit præſens dictæ blaſphematiòni, vel aliquibus de prædictis turpibus, vel ſimilibus: debeat denunciare dictos omnes Poteſtati, vel Capitaneo, vel eorum alteri, ſiue alii de maleficiis cognoſcenti, vel eorum ſucceſſoribus infrà ſecundam diem. Et ſi non denunciaret: condemnetur in C. ſol. den. pro quolibet, et qualibet vice. Et ſtatuerunt, et ordinauerũt, quòd cuilibet ſit licitum tempore, et loco dicentes contra prædicta vel aliquod prædictorum percutere, vel verberare ſine ſanguinis effuſione ſine aliqua pœna, vel banno, ſcilicet blaſphemantes huiuſmodi: dũmodò blaſphemantes ipſe percuſſor debeat denunciare dictis Dominis Poteſtati, et Capitaneo, vel alteri ipſorum, ſiue alii officiali maleficiorum infrà ſecundã diem. Et ad probationem prædictorum, et cuiuslibet eorum ſufficiat vnus teſtis bonæ famæ, et conditionis, et omni exceptione maior cum duobus teſtibus fidedignis de publica uoce et fama. et Dominus Poteſtas, et Capitaneus, et quilibet eorum, et alii de maleficiis cognoſcentes ſuo arbitrio eligant et eligere debeant decem bonos, et legales homines de qualibet contrata de artificibus dictæ ciuitatis, vel burgorũ, qui ſint denunciatores ſecreti de prædictis, et quolibet prædictorũ. Et idẽ facere teneãtur, et debeant eorũ et cuiuslibet eorũ ſucceſſores à principio eorũ, et cuiuslibet eorũ officii pœna xxv. lib. dẽ. pro quolibet dictorũ rectorũ, vel iudicũ, qui fuerint negligentes in prædictis, vel aliquo prædictorum ad pœnam præſtiti iuramenti, in quibus tempore officii ſyndicatus eorum, et cuiuslibet ipſorum per arratiocinatores cõis debeant condemnari de ſalario delinquẽtis. Et camerarius dicti cõis dictam pęnam de eorum, & cuiuslibet eorum ſalario penès ſe debeat conſeruare, donec in fine eorum, et cuiuslibet eorum officii ipſi rectores fuerint abſoluti, vel etiam condemnati ad pęnam x. lib. den. de ſuo ſalario ipſius camerarii retinendarum, et dicto cõi applicandarum ipſo facto. ☞ Addimus huic ſtatuto, quòd quicũq; blasphemauerit beatum Venantium ſpecialem aduocatum, defenſorem, et protectorẽ huius ciuitatis, nec non B. Anſouinũ confeſſorẽ ſimiliter defenſorẽ: puniať in pęna decẽ et octo ſcutorum auri pro qualibet vice, et quolibet blasphemante, maledicente, vel turpe aliquid contra aliquem ipſorum ſanctorum, quos præcipue decet in noſtra ciuitate honorari dicente, per Poteſtatem Capitaneum, vel alium iudicem de maleficiis cognoſcentem. et quòd in omnibus, et ſingulis blasphemantibus, vel maledicentibus in feſto Natiuitatis Dñi, Paſchatis reſurrectionis D. N. Ieſu Chriſti pœnæ duplicentur.

Quòd nullus derideat, vel turpia dicat contra pœnitentiam agentes. Rub. 59.

ITem, quia in dicta ciuitate poſſent quidam ſtulti, et turpia loquentes contra agentes pœnitentiam maximè iſto tribulationis tempore. ſtatuimus, et ordinamus, quòd præſentes D. Poteſtas, et Cap. et alii iudices maleficiorum, qui pro tẽpore erunt, et quilibet ipſorum poſſit procedere contra prædictos ſic loquentes, vel deridentes pœnitentiam agentes, et turpia loquentes, iuris ſolẽnitate ſeruatis, et non ſeruatis, diebus feriatis, et non feriatis, de iure, vel de facto, quocunq; modo voluerit, et placebit ipſis vel alicui ipſorum, et eos punire vſq; in quantitatem xl. ſol.

Quòd

Quòd nullus minor xv. annis bibat in taberna. Rub. 60.

ITem, quia minores ex vſu,et ex conuictu formãtur: et vtentes tabernis omnibus màlis moribus informãtur,et vitiis, et maximè iuuenes, ſtatuerunt,et ordinauerũt, quòd nullus de dicta ciuitate, vel burgis eiuſdem ciuitatis minor xv. annis aſſociare debeat, vel ire ad aliquam tabernam poſitam in dicta ciuitate,vel burgis, vel propè ipſam tabernam per tres domos ad bibendum,vel comedẽdum vinum,vel comeſtionem de tabernis. et quòd nullus tabernarius, vel perſona debeat dare, vel dari facere bibere, vel comedere in taberna ipſi minori, vel aſſociãtibus, vel euntibus cum dicto minore in dictã tabernam,vel propè ipſam tabernam per tres domos. Et qui contrafecerit in prædictis, vel aliquo prædictorum: ſoluat pro banno dicto cõi pro quolibet,& qualibet vice x.ſol. den. Et quòd vnus ex notariis dictorum.Magnific.D.Poteſtatis,vel Cap.vel alterius iudicis maleficiorum, et cuiuslibet ipſorum, qui nunc ſunt,et pro tempore erunt, teneantur, et debeant pro prædictis,et quolibet prædictorum adminus ſemel in die ire ad perſcrutandum per dictam ciuitatem,et burgos: et credatur relationi ipſorum notariorum vel alterius eorum, qui ad perſcrutandum iuerint,vel duorum de familia ipſorum D.Poteſtatis,vel alterius iudicis vt ſupra. Et nihilòminus ſi aliquis ex ſociis dictorum D. vel alterius eorum ad ſcrutandum iuerit pro prædictis, ſimiliter ipſius relationi credatur, et pro plena relatione habeantur relationes prædictæ,et quælibet earum. Et quòd dicti D. Poteſtas, et Cap.et alii iudices vt ſupra,et quilibet ipſorum,qui ſunt,et pro tempore fuerint,et eorum,et cuiuslibet eorum iudices poſſint, et debeant de prædictis, et quolibet prædictorum inquirere,et procedere per accuſationem,vel denunciationem,vel inquiſitionem, iuris ordine ſeruato,vel non ſeruato, die feriato,et non feriato: et inuẽtos culpabiles de prædictis,vel aliquo prædictorum in dictam pœnam teneantur,et debeant cõdemnare. Et ille intelligatur eſſe minor xv. annis,quẽ dicti D.Poteſtas,et Cap.et alii iudices vt ſupra,vel aliquis ipſorum,vel alterius eorum iudices cognoſcẽtes quæſtionem, pronunciauerint eſſe minorem ex aſpectu. quæ pronunciatio habeatur pro plena probatione. Et cuilibet ſit licitum accuſare,vel denunciare de prædictis, vel quolibet prædictorum. et denunciator teneatur in ſecreto. Et prædicti D. Poteſtas,et Cap. et cæteri iudices (vt ſupradictum eſt) vinculo iuramenti ad pœnam xxv. lib. den. pro quolibet ipſorum,in quibus debeant condemnari per arratiocinatores dicti cõis tempore eorum ſyndicatus de ſalario contrafacientis plenius debeant obſeruare,et obſeruari facere oĩa, et ſingula ſupraſcripta, et quodlibet ipſorum. Et quòd eorum, et cuiuslibet eorũ rector, vel officialis arbitrio eligere,et eligi facere poſſint, et debeant ipſi rectores, et quilibet ipſorum,et alii futuri rectores,et iudices vt ſupra,et quilibet ipſorum per quoſcunq; voluerint de facto ſuper prædictis,ſex cuſtodes ſecretos de qualibet contrata, qui ſint boni homines,et bonæ famæ: et eorum,et cuiuslibet eorum relationi credatur cum vno teſte, bonæ famæ,et conditionis. et electores, et electi teneantur in ſecreto. Et prædicti præſentes rectores,et alii iudices vt ſupra,et quilibet ipſorum,et alii futuri, qui pro tempore fuerint,in principio eorum, et cuiuslibet eorum officii,eorum,et cuiuslibet eorum ſacramento,et ad dictam pœnam prædicta omnia,et ſingula obſeruent, et plenius faciant obſeruari. Et talis cuſtos denuncians habeat quartam partem dicti banni. quorum cuſtodum officium duret quantum officium rectoris, qui eos eliget, vel eligi faciet: dũmodò nõ intelligatur de aliquibus officialibus,vel familiaribus ipſorum Dñorum, vel alterius eorum de habendo dictam quartam partem dicti banni.

Quòd iuuenes diſſoluti corrigantur, et caſtigentur ad petitionem propinquorum. Rub. 61.

ITem quia in dicta ciuitate,comitatu,et diſtrictu reperiuntur plurimi iuuenes,et ſecũdùm iuris diſpoſitionem iuueniles calores in quantum poſſumus, et valemus coarctare,et refrenare tenemur. Ideo ſtatuimus, et ordinamus, quòd prædicti D. Poteſtas, et Cap.et quilibet alius de maleficiis cognoſcens, teneantur,et debeant ad petitionem ma

P tris

tris ſuæ, ſi patrem non habet, vel proximiorum, vel propinquiorum eorum vſq; in ſecū-dúm gradum excluſiue procedete, et facere contra ipſos diſſolutos homines, ſicut petitum fuerit per prædictos, vel aliquem prædictorum. et eos cogere realiter, et perſonaliter, ſicut ipſe, vel aliquis ipſorum petierit pro vtilitate, et correctione ipſorum iuuenum. Et quòd à proceſſibus factis per prædictos Dños, vel aliquem ipſorum contra ipſos diſſolutos iuuenes ad petitionem prædictorum vel alterius eorum non liceat appellare, nec quomodolibet reclamare. Et præſens ordinamentum banniatur ſingulis menſibus ſemel in platea S. Angeli, et S. Mariæ maioris in die feriato mandato dictorum Dñorum vinculo iuramenti. Et ſi Poteſtas, vel Cap. vel alii officiales in prædictis fuerint negligétes: puniantur, et condemnentur de facto in L. lib. den. tempore eorum ſyndicatus.

De comedentibus carnes in diebus vetitis: et qualiter puniantur. Rub. *62.*

COmedentes carnes temporibus, et diebus infraſcriptis, videlicet, in diebus quatrageſimalibus, quatuor temporibus, vigiliis Apoſtolorum, et aliorum ſanctorum, quibus eſt vigilia ab eccleſia ordinata: condemnentur, & condemnari debeant pro primo delicto, ſeu pro prima condemnatione, & prima vice in xxv. lib. den. & pro ſecunda in L. lib. pro tertia in C. lib. den. ſi verò ſoluere noluerit, vel non potuerit infrà decem dies poſt condemnationem de eo factam fuſtigetur per totam ciuitatem, & burgos. Secundam pœnam L. lib. & C. lib. den. ſoluere non potuerit infrà dictum tempus manus dextera à bracchio amputetur. Et macellatores, & pullaroli, vel alii dictis temporibus, vel diebus vetitis vendere non poſſint. Et qui contrafecerit; puniatur pœna ſimili. Saluo, quòd prædicta non intelligantur etiam in īfirmis, & mulieribus infantulis, & quæ partū emiſerunt, quibus mulieribus non expediat licentiam impetrare. Et qui habent licentiam à medico in ciuitate Camerini conducto ſufficiat ſine licentia Domini Epiſcopi Camerinenſis.

De homicidio, & homicidia committentibus, & facientibus fieri. Rub. *63.*

HOmicidium ſi quis doloſè, præordinatè, appenſatè, aut ſtudioſè fecerit, vel fieri fecerit, & in fortiam curiæ peruenerit, legali pœna puniatur, ita quòd inde penitus moriatur, & anima à corpore diuidatur, & ſeparetur. Si autem in fortiam curiæ non venerit; citetur, & exbanniatur perpetuò in dicta pœna: & eius bona omnia cameræ cōi Camerini confiſcentur, & incorporentur: & incorporata, & confiſcata pro communi prædicto conſeruentur, vel vendantur prout camerario cōis magis videbitur expedire. Si autem plures de vno, & eodem homicidio culpabiles proponantur, tunc iudex maleficiorum curiæ Camerini proximiores conſanguineos occiſi, & accuſatorem, ſi quis interuenerit, coràm ſe faciat euocari, & diligenter, attenteq; ab eis per iuramentum de qualitate culpæ cuiuslibet ipſorum, & vtrum ſint culpabiles in faciendo, aut præcipi mādando, vel fieri faciendo, aut aſſociando, vel alio auxilio, ſeu fauore per eos, vel maiorē partem ipſorum præſtito, eligi faciat exculpabilibus non faciendo vnum principalem auctorem, qui ſolus pœna legitima, & confiſcationis puniatur: & vnum alium eligi faciāt per eoſdem demandantibus, ſiue fieri facientibus, ſiqui in mandando interuenerint. Et ſi dicti accuſatores, & proximiores, & conſanguinei non reperientur, vel non eligerentur, ipſe iudex dictos principales in faciendo, & fieri faciendo, facta inueſtigatione, vt ſibi videtur, poſſit eligere: qui duo tantùm poſſint dictis pœnis puniri, & non plures pro eodem homicidio. Et ſi nullus reperiatur fieri faciens, ſiue mandans, tunc vnus ſolus pœna, quæ ſuperius dicitur feriatur. Alii verò culpabiles, qui pro principalibus auctoribus non fuerint electi, tanquàm auctores, & fautores ſiue in faciendo, ſiue in fieri faciendo culpabiles fuerint, ſic puniantur, & de auxilio, & fauore. Si autem principalem homicidam aſſociauit tempore homicidii, & illum, qui occidebatur, percuſſit, vel tenuit, vel ita impediuit, quòd ſe nequiuit defendere obſtante ſua detentione, vel impedimento, ſicut principalis auctor puniatur. Si verò principalem homicidam aſſociauit ſcienter ad homicidium tempore homicidii, & non percuſſionē, nec aliud operatus eſt, in ccc. Flo.

auri puniatur. Et ſi dicto tẽpore aſſociauit homicidam quempiam,& ,ne caperetur, defendit: ſimili pœna puniatur. Et qui non aſſociauit principalem homicidam ad homicidium tempore homicidii, ſed ipſum poſt homicidium commiſſum defendit, ita quòd capi nõ potuit, aut in domo, vel loco alio ſcienter occultauerit, ita quòd ab officialibus, vel eorum famulis proſequentibus, & inueniri, & capi non potuit: pœna cc. Florenorum auri puniatur. Qui verò fuerit de tractantibus, vel ordinantibus, ſiue conſulentibus, quòd homicidium fieret, non tamen principalis fieri faciens, ſiue mandans, pœna cc. Florenorũ auri puniatur. Patricida verò, & hi qui patricidarum nomine, ſeu pœna à lege comprehenduntur, ſcienter, appenſatè, & præordinatè illud ſcelus perpetrantes pœnis legalibus, uel aliis ſimilibus, dummodò in ſupplicii atrocitate conueniant & adæquẽtur, Poteſtatis, ſiue maleficiorum iudicis arbitrio puniantur. Qui uerò abſq; alia culpa, caſu, qui præuideri nõ potuit, nec debuit, vel ad defenſionem ſibi permiſſam, vel iure permittente cum moderamine inculpatæ tutelæ occidit, nulla pęna penitus puniatur. Qui verò homicidium non dolo, nec licitè, ſed cum aliqua culpa ex improuiſo commiſerit, inſpecta qualitate perſonæ, & facti, & circunſtatiis debitis, pęna pecuniaria vſq; in.cc. Floren. auri Poteſtatis arbitrio, vel alterius iudicis de maleficio cognoſcẽtis, & ſuæ curiæ puniatur. Et de qualitate dictarum pœnarum pecuniariarum hæredes occiſi debeant habere tertiam partem pro recompenſatione eorum iniuriæ. Et nihilòminus ſi quis accuſatus, vel denunciatus fuerit de aliquo homicidio, & legitimè probatum fuerit ipſum homicidium feciſſe: condemnetur vt ſupra. de ciuitate, comitatu, & diſtrictu expellatur, & ad eam redire non poſſit, niſi concordauerit ſe cum filiis, & hæredibus mortui, vel cum proximioribus conſanguineis, ſi filii, & hæredes non eſſent, & nõ obtenta prius remiſſione à Summo Pontifice, ſeu ab eo autoritatem habente. Et ſi rediret ad ciuitatem, comitatum, vel diſtrictum Camerini ãtequàm ſe cõcordaret cum filiis & hæredibus defuncti, vel cum proximioribus conſanguineis, ſi filii, & hæredes non eſſent, & non obtenta dicta remiſſione vt ſupra, capite puniatur. Et ſi aliquis offenderit, percuſſerit, vel occiderit eum: non teneatur ad pœnam aliquam. de qua condemnatio non poſſit fieri aliquo modo. Et hoc intelligatur, & intelligi volumus, ſi homicidiũ fuerit voluntarium, & ſtudiosè, & appenſatè commiſſum. Et in prædictis beneficium confeſſionis, & pacis admittatur. ¶ Item ad hoc, vt euitentur pericula, quæ occurrere poſſent, ordinauerũt, quòd ſi eueniret, quòd aliqua perſona ſuccedere poſſet, ſeu deberet alicui, qui occiſus eſſet, ex teſtamento, vel ab inteſtato: & illa perſona macchinata eſſet in perſona illius occiſi, ſiue facto, ſiue ope, & conſilio, vel ordinatione, quòd illa talis perſona aliquo de prædictis modis offendens ab hæreditate illius occiſi omnino ſit aliena, & excluſa: & ipſam hæreditatem, & omne legatum, vel fideicõmiſſum amittat ipſo facto, & ſit priuatus. & dicta hæreditas, vel legatum deueniat in proximiores conſanguineos occiſi, exceptis filiis, & nepotibus, & aliis deſcendentibus ex perſona dicti macchinantis, & prædicta committentis, vel aliquod prædictorum, qui non poſſint ſuccedere vllo modo. Et pax, quæ fieret per tutorem nomine alicuius pupilli, ſeu ad commodum alicuius pupilli, qui fuiſſet, vel eſſet hæres, vel proximior conſanguineus occiſi, non valeat, nec teneat ipſo iure. Et contra prædicta non poſſit proponi, ſeu arrengari; nec per notarium ſcribi, niſi eſſet in concordia omnes propinquiores conſanguinei ipſius occiſi vſq; in tertium gradum. Et ſi contrafecerit; ipſa propoſitio, arrẽgatio, & reformatio nõ valeat, nec teneat ipſo iure. Et nihilòminus proponens, arrengans, & reformans, & ſcribens ſint priuati eorum officio ipſo facto. Et per arratiocinatores cõis, ſi Poteſtas, vel Cap. ſeu alius officialis dicti cõis fuerit negligens: in c. lib. den. pro quolibet condemnetur: conſiliarius, uel notarius ſcribens in xxv lib. den. pro quolibet, & vice qualibet. Et Magnifici D. Priores, qui fecerint talem præpoſitam contra ipſam formam in Decem Scutis auri pro quolibet condemnetur per Poteſtatem, vel Capitaneum, vel alium iudicem de maleficiis cognoſcentem.

De pœna venenantium aliquem, vel aliquos. Rub. 64.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, vt cupientes obuiare maleficiis, & eis remediis opportunis occurrere, quòd ſi aliquis, vel aliqua dederit alicui venenum, riſagallum, ſiue argẽtum viuum comedere, vel bibere, vel in aurem, vel in aures, vel in os alicui immiſerit vel ſibi venenoſam potationem, ſiue comeſtionem dederit, ſi ille, cui datur, vel immiſſum fuerit aliquod prædictorum, moriretur, ſi fuerit maſculus, qui dederit, vel immiſerit, capite puniatur: ſi mulier igne cremetur, ita quòd penitus moriatur. Et ſi offenſus non moriretur: puniatur offenſor in cccc. lib. den. quas ſi non ſoluerit infrà terminũ ſibi datum, dicto modo puniatur. Idem dicimus de eo, qui doloſè vendiderit, vel alio modo conceſſerit venenum malum, ex quo alius ſit mortuus, quòd eadem pœna plecti debeat. Et ſi ignoranter vendiderit, uel conceſſerit: & inde aliquis necatus fuerit: pœna homicidii non doloſè, ſed tantùm culpabiliter commiſſi puniatur. Et ſiquis uenenum præbuerit cauſa necandi, licet mors ſecuta non fuerit: pœna legali puniatur. Si autem aliquis aliquod prædictorum uoluntariè ſumpſerit, uel diceretur ſumpſiſſe, & de eo innocentem infamauerit: ſimili pœna puniatur.

De duplicatione pœnarum in infraſcriptis locis. Rub. 65.

ITem ſtatuerunt, & ordinauerunt hac edicta, & ſalubri lege, quia plærũq; perſona, locus, tempus, qualitas, conditio, & euentus aggrauant delicta, & maleficia, & ne facilitas ueniæ tribuat incentiuum delinquendi prætextu pęnæ prædictorum committentium maleficia, ſed potius ualeant augumentari: & committentes præualeant cauere, & præcaueant impoſterùm ab illicitis, & inhoneſtis. quòd omnium maleficiorum, quæ committentur impoſterùm, uel perpetrabunt de cæteto per quaſcunq; perſonas de ciuitate comitatu, & diſtrictu Camerini, pęnæ contentæ in ſtatutis communis, & populi Camerini, de quibus in dictis ſtatutis fit mentio, duplicentur, & duplicari debeant hoc modo uidelicet, ſi maleficia committerentur, & fierent tempore noctis. & nox intelligi debeat quando pulſatur campana de ſero ad eccleſiã S. Mariæ maioris ciuitatis Camerini poſt laudes uſq; ad campanæ diei ſonum, quæ pulſatur in dicta eccleſia ad aurorã diei excluſiue: Necnon ſi dicta maleficia committerentur, & perpetrarentut coràm Poteſtate, uel Cap. ſeu coràm aliquibus officialibus eorum, ſiue aliis quibuſcunq; iuriſdictionẽ, & cauſarum cognitionem habentibus, dum reddunt ius, uel aliter iuriſdictionem exercent in dicta ciuitate, comitatu, & diſtrictu, uel inſultus, uel maleficia fierent ad domum propriam, uel conductam, uel ſoliræ habitationis offenſi, ad agrum, uineam, uel poſſeſſionẽ aliã propriam, vel conductam in ciuitate, & burgis, vel extrà in eccleſiis intus, & extrà ciuitatem Camerini: in locis religioſis, hoſpitalibus infrà ciuitatem, & burgos, & in cimiteriis, reclauſtris eccleſiarum. & intelligatur inſultus etiam ſi adminauerint, vel ſi ponerent manus ad aliquod genus armorum. Et in feſto S. Venantii, & S. Anſouini, in vigilia dictarum feſtiuitatum, & in vno die poſt feſtum. in palatio D. Poteſtatis, & Cap. & aliorum iudicum cauſarum cognitionem habentium. in palatio D. Priorum dictæ ciuitatis, & populi. Et in platea S. Venãtii à muro dictæ eccleſiæ vſq; ad triginta paſſus extrà verſus ſtratam publicam, ſiue vſq; ad tres petras vulgariter nuncupatas. in platea S. Dominici ab eccleſia vſq; ad macellum incluſiue. in platea S. Mariæ maioris incipiendo à ſpiculo cimiterii dictæ eccleſiæ, vbi eſt depicta imago beatæ virginis per totam dictam plateam, vſq; ad plateam S. Angeli cum tota dicta platea eundo per viam rectam Arenghum vulgariter nuncupatum, cum platea paleæ, & Raſengha cõis. Item à platea S. Angeli, vſq; ad angulum domus Petripauli Hieronymi Gulielmi eundo per viam rectam S. Agathæ, & ante palatium vulgariter detto dalli Occhi, vbi nunc reſident M.D. Priores dictæ ciuitatis, & populi Camerini. Et à via palatii dictorũ D. Priorũ, vſq; ad introitum ſtratæ magnæ excluſiuæ, quæ tendit verſus eccleſiam S. Auguſtini. Item in omnibus maleficiis quæ committerentur per forenſem contra ciues, comitatenſes, & diſtrictuales Camerini, & per laycos contra clericos, vel religioſas perſonas, conſuetudine aliqua

liqua incontrarium apparente non obſtante. Et idem dicimus de maleficiis, quæ com mitterentur per comitatenſes, vel diſtrictuales contra ciues Camerini.

De inſultu cum armis uetitis. Rub. 66.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi quis fecerit inſultum cum armis uetitis, uel alia maleficia, vel verba iniurioſa commiſerit, vel dixerit contra aliquem in eccleſia S. Mariæ maioris de Camerino, vel in platea ipſius eccleſiæ, vel S. Angeli, vel S. Venantii, vel S. Dominici prout ſupra lateratæ ſunt, vel ad domum habitationis poſitæ infrà ciuitatē, ſeu ad agrum, vineam, vel ad aliam poſſeſſionem propriam, vel conductam in ciuitate, vel extrà, in eccleſia S. Venantii & locis religioſis, & hoſpitalibus, in ciuitate, & burgis comitatus, & diſtrictus (Et intelligatur inſultus etiam ſi adminauerit, vel poſuerit manus ad aliquod genus armorum, vel coràm Poteſtate, vel Cap. vel aliis officialibus cōis, vel palatiis ipſorum Poteſtatis, & Cap. & aliorum officialium) ſi in palatio M.D. Priorū ſoluat pro pœna cōi x. lib. den. In aliis verò locis infrà ciuitatem, comitatum, & diſtrictum ſoluat dimidiam partem dictæ pœnæ. Arma vetita ſunt iſta, cultellus acutus, mazza ferrata, ſiue metallata, ſpata ferri, baliſta, lancea ferrata, mannaria, baſtoni groſſi, falcaſtrum, ſecuris aſtata de ligno, ſtimulare, ſiue baculus ferratus, clauis ferri cum baſtono, lapis, ſiue forma lateris, plumbatora plumbea, ſiue ferrea, archubuſiū, & ſchioppū, & alia arma ſimilia. Et ſi fecerit inſultum in aliquo dictorum locorum ſine armis: dimidiam dictæ pœnæ ſoluere teneatur. Et inſultus intelligatur, ſi iuerit contra aliquem irato animo, uel tetigerit cum irato animo.

De percuſſionibus factis cum armis vetitis. Rub. 67.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi quis percuſſerit aliquem cum cultello, uel enſe, vel falcaſtro, lancea, mannaria, vel ſecuri, ſagitta, quadrello, claua plumbea ferrata, vel metallata, vel correggiata, vel in qua eſſet baculus, vel cum lapide, uel forma lateris, uel plumbatora plumbea, uel ferrea, uel aliis armis netitis in proximo præcedenti capitulo contentis, uel his ſimilibus in collo, ſiue gula, uel à collo ſuperius, ſi vulnus fecerit, vel ſanguis exiuerit in. c. lib. den. condemnetur cōi Camerini pro qualibet uice, & qualibet percuſſione. Si verò vultum, vel faciem difformem reddiderit cū cicatrice perpetuò remanſura ī. cc. lib. den. pro qualibet vice, & qualibet percuſſione cōdemnetur. Si verò ſanguis non exiuerit, vel vulnus non fecerit: in L. lib. den. pro vice qualibet condemnetur. Si verò cum dictis armis percuſſerit in pectore, flanco, ventre, vel in ſpatulis, vel renibus: ſi ſanguis exiuerit, & vulnus fecerit: in c. lib. den. pro vice qualibet condēnetur. Si ſanguis non exiuerit: in L. lib. den. Si verò in alia parte corporis cum dictis armis, vel his ſimilibus percuſſerit cum ſanguine: in L. lib. den. pro vice qualibet condemnetur. ſi ſine ſanguine in. xxv. lib. den. Si verò cum aliquo alio genere armornm aliquis percuſſerit aliquem modo aliquo: ſi cū ſanguine, & uulnere in collo, & à collo ſuperius: in c. lib. den. pro qualibet uice, & quolibet condemnetur. Si nerò percuſſerit in facie cū dictis armis cum cicatrice perpetuò remanſura: in cc. lib. den. puniatur pro uice qualibet, & qualibet percuſſione. Si craneum fregerit qualitercunq; in cc. lib. den. communi Camerini condemnetur. Si uerò à collo infrà in flanco, uentre, pectore, ſpatulis, uel renibus: ſi ſanguis exiuerit, & uulnus fecerit: puniatur in c. lib. den. et ſi ſanguis non exiuerit: medietatem dictæ pœnæ ſoluere teneatur. Si verò percuſſio cum dictis armis in aliis partibus corporis cum ſanguinis effuſione, & vulnere in xxv. lib. den. condemnetur. Si ſine ſanguine percuſſerit: medietatem dictæ pœnæ ſoluere teneatur. Et ſi aliquis condemnatus de prædictis in. L. lib. den. & à L. lib. den. ſuprà, & condemnationem de eo factam non ſoluerit cum effectu camerario communis, uel non ſupplicauerit, & præces porrexerit infrà x. dies à die latæ ſententiæ, ad ſoluendum ultrà pœnas debitas, quartū plus ſoluere teneatur, & penitus compellatur. Addentes huic ſtatuto, quòd ſi quis deferens archubuſium, uel ſchioppum, aliquem inſultauerit cum eis, uel aliquo eorum: puniatur in L. lib. den. ſi autem dictum archubuſium, uel ſchioppum exonerauerit, euacuauerit,

uerit,uel ſcarcauerit,& non percuſſerit : in cccc.lib.den. puniatur. Si uerò deſerrauerit, & percuſſerit, & mors non fuerit ſecuta in cccccc.lib. den. puniatur. Sed ſi mors ſecuta fuerit : pœna ultimi ſupplicii puniatur.

De percutiente aliquem non doloſè. Rub, 68.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd ſi quis percuſſerit aliquem non doloſè, ſed cũ culpa : puniatur in medietate pœnæ, qua puniri deberet de dicto delicto ſecundùm formam ſtatutorum.

De eo qui impinſerit aliquem,uel cæperit per capillos,uel cum pugno percuſſerit, uel calcem dederit,uel his ſimilibus. Rub. 69.

ITem ſtatuimus,& ordinamus, quòd ſi quis iniurioſè cæperit aliquem per capillos, uel per gulã : cõdemnetur pro qualibet uice in xxv. lib. den. Si uerò cæperit iniurioſè per pannos, uel impinſerit,uel tirauerit, ſiue traxerit : condemnetur in x. lib. den. pro qualibet uice. Si uerò cum pugno, palma, cubito, genu, uel calce aliquem percuſſerit in facie, ſi cum ſanguine : condemnetur pro qualibet percuſſione in.L.lib.den. Si ſine ſanguine : condemnetur in xxv.lib.den.pro qualibet percuſſione. Si uerò cum aliquo prædictorum percuſſerit in capite in uentre, pectore,flanco,uel renibus, ſi cum ſanguine : condẽnetur pro qualibet percuſſione in xxv.lib.den. Si ſine ſanguine in xii. lib.den.pro qualibet percuſſione condemnetur. Si autem percuſſerit cum aliquo prædictorum in aliis partibus corporis,ſi cum ſanguine : in xv.lib.den.condemnetur pro qualibet percuſſione: ſi ſine ſanguine in medietate dictæ pœnæ debeat condemnari. Et ſi quis cæperit aliquem per teſticulos, & traxerit,uel tirauerit : condemnetur pro qualibet uice in xxv. lib.den. Et ſi cum aliquo prædictorum aliquis percuſſerit aliquem in teſticulis: condemnetur pro qualibet uice in L. lib. den. Si autem barbam cæperit, uel expilauerit : in L. lib. den. condemnetur.

De proijciente lapidem,& non percutiente. Rub. 70.

STatuimus,& ordinamus,quòd ſi quis proiecerit contra aliquem iniurioſè aliquẽ lapidem, laterem,tegulam,gippam terræ,uel aliquam aliam quamcunq; rem,& non percuſſerit : puniatur pro qualibet uice in c.ſol.den.

De proijciente lapidem,uel aliam turpitudinem, uel rem opprobrioſam in domũ alterius. Rub. 71.

QVicunq; proiecerit lapidem,uel rem aptam ad nocendum, uel turpitudinem in domo,uel ſuper domum alterius,uel ad oſtium in qua quis habitaret : puniatur pro quolibet lapide,uel alia re pro qualibet uice, ſi fuerit de die in c. ſol.den. Si uerò fuerit de nocte in.x.lib.den. Et ſi ex proiectione aliquem offenderet in perſona : puniatur, ac ſi offenderet cum armis. Si uerò poſuerit ad domum alicuius feces,ſtercora, uel deſignauerit rem aliquam opprobrioſam,uel cedulam poſuerit turpia,uel ignominioſa continentem, uel alia ſimilia, ſi de die in L.lib.den. ſi de nocte in c.lib.den. debeat condemnari. Si uerò poſuerit ad domum alicuius cornua, ſi de die condemnetur pro qualibet uice in.c.lib.den.ſi uerò de nocte in cc. lib. den. pro qualibet condemnetur.

De percutiente aliquem ad uindictam. Rub. 72.

ITem quicunq; fuerit percuſſus ab aliquo in perſona : & poſtea ille percuſſus percuſſerit uel offenderit,uel percuti fecerit ex interuallo ad uindictã patrẽ,uel filiũ illius, qui percuſſiſſet eum,uel fratrem carnalẽ,uel conſobrinum, nepotem carnalem, uel conſobrinũ illius, qui eum percuſſiſſet, tàm ex parte patris, quàm ex parte matris ſoluat, & ſoluere teneatur duplicem pœnam, quam ſoluere teneretur, ſi ad uindictam non percuſſiſſet, quã pœnam,ſi non ſoluerit infrà x.dies poſt condemnationem fiendam,ſi uenerit in fortiam curiæ dictæ ciuitatis, ſeu communis,ſibi manus dextera debeat amputari. Et ſi nõ peruenerit in fortiam dictæ curiæ cõis : exbanniatur,& cõdemnetur in pœnis prædictis. Et ſi quis deinceps offenderet aliquem camerinenſem ſubiectum iuriſdictioni communis Camerini cauſa uindictæ faciendæ cum aliquo genere armorum : ſi alium quàm illũ

qui

qui prius offendiſſet, occiderit: capite puniatur. Et ſi aliter offenderet cauſa uindictæ cũ aliquo genere armorum cum ſanguinis effuſione: eius manus dextera debeat amputari. Et ſi aliter offenderit: duplici pœna puniatur, qua puniri deberet, ſi non offenderet ad uindictam. Si uerò principalem offendentem offenderet: ſubiaceat occiſor, uel offenſor alijs poenis in ſtatuto contentis.

De offendente aliquem in re offenſi, uel ab eo poſſeſſa, uel aliquem de ſua familia. Rub. 73.

ITem quia domus unicuiq; tutiſſimum debet eſſe refugium: ordinamus, & penitus obſeruari uolumus, quòd quicunq; in domo habitationis alicuius, uel in camera ſiue ſtatione, in qua ſtaret ad ſuam artem exercendã, uel in domo, uel in uinea, uel alia quacũq; re propria alicuius, uel ab eo poſſeſſa, aliquem doloſè occiderit, uel filium uel uxorem, uel matrem, uel alium coniunctum, uſq; in tertium gradum ſecundùm ius canonicum computandum domini. habitationis, uel poſſeſſoris, in eadem familia exiſtẽtis cum eo, capite puniatur. Et ſi eundem, uel aliquem de prædictis perſonis percuſſerit cum armis, ita quòd de percuſſione ſanguis exiuerit: duplicetur pœna ſecundùm formam ſtatutorũ prædictorum. Et ſi aliter offenderit, uel delictum aliud, uel iniuriam fecerit in perſona cum armis, uel ſine: puniatur pœna dupli. Et ſi dicta maleficia eſſent commiſſa per Dominum domus, uel aliquem de ſua familia in domo propria, in qua habitaret laborator, uel conductor in comitatu, uidelicet, in perſona laboratorum conductorum ſuorum: dictæ pœnæ non habeant locum: ſed habeant locum pœnæ, quæ dantur: ſi dicta maleficia in alijs locis non priuilegiatis eſſent cõmiſſa, & etiam ſaluo, quòd prædicta non uendicent ſibi locum in cohabitantibus in eadẽ domo, & in conſortibus eiuſdem domus, uel rei: ſi maleficia prædicta fuerint commiſſa in domo communis habitationis, & in re ab eis cõmuniter poſſeſſa. Et ſi famulus percuteret dominum, uel aliquem de ſua familia in domo habitationis, uel in re domini, ſiue famuli eius: locum habeant pęnæ prædictæ. Sed non intelligantur, quòd locum habeant pœnæ huius capituli, ſi famuli, uel famulæ inter ſe offenderent.

De frangente membrum, uel coſtam, uel mordente, ſiue morſicante. Rub. 74.

ITem quicunq; fregerit alicui membrum aliquod, uel coſtam corporis, uel pectoris, uel aliud: ſi cum ſanguine, in c.lib.den. puniatur: ſi ſine ſanguine, puniatur in L. lib. den. pro qualibet uice. Et quicunq; momorderit, ſeu morſicauerit aliquam perſonam, & ex morſu ſanguis exiuerit: puniatur in x. lib.den.pro qualibet uice à collo inferius: ſed ſi à collo ſuperius, in xxv.lib.den.condemnetur.

De debilitante manum, pedem, uel aliud membrum alicui. Rub. 75.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd quicunq; debilitauerit alicui manum, pedem, uel aliud membrum in totũ, uel in partem: puniatur in cc.lib.den. Et ſi dictas cc. lib. den. non ſoluerit infrà x.dies poſt condemnationem: extrunchetur ei ſimile membrum. Ille uerò, qui precio, uel preciis, uel alia re recepta aliquod membrum alicui truncauerit: ſibi ſimile membrum membro extruncato debeat detruncari. Et illud pro pecunia redimi nõ ualeat ullo modo. Volumus, quòd quicũq; amputauerit alicui naſum, uel manũ à bracchio, uel pedem in totũ à crure, ſeu gãba, ſeu genu: uel deſtruxerit, ſeu obcecauerit alicui oculum, aut mutilauerit, ſeu amputauerit labrum, ſeu barbam, uel uirilia: puniatur in ccc. lib.den. Si uerò aurem in totum uel in partem inciſerit: in c.lib.den.cõi condemnetur. Et ſi non ſoluerit infrà x.dies: ſimile membrum debeat detruncari, & amputari. Si autem debilitauerit aliquem digitum pedis, uel manus: in c. lib. den. debeat condemnari.

De latitante, auxiliante, vel retinente aliquem malefactorem in domo, vel alibi. Rub. 76.

ITem ſi quis receperit vel latitauerit, vel ſubſidium, vel auxilium aliquod præſtiterit alicui malefactori: vel ipſum defenderet, vel ſcienter in domo exiſtente domino, uel poſ

ſeſſore retinuerit, uel alibi in ciuitate,uel burgis,uel comitatu, uel diſtrictu Camerini, uel ſcienter aſſociauerit ad offendendum, uel fieri fecerit aliquod maleficium: teneatur ſuſtinere,& ſoluere medietatem pœnæ, & banni communi, quam ipſe malefactor ſuſtinere,& ſoluere teneretur ex forma alicuius ſtatuti,vel reformationis.

De receptante latrones,fures, ruffianos, ſiue lenones, vel lenam,& alios malefactores, & inſanos. Rub. 77.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd nemo audeat, vel præſumat hoſpitari, uel receptare aliquem latronem, furem, & ruffianum,lenonem,vel lenam,uel aliquem, qui ſit malæ famæ,nec inſanos ſcienter. Contra verò facientibus Poteſtas,& Cap.vel alter iudex de maleficijs cognoſcens in ciuitate Camerini auferant pro qualibet vice pœnæ nomine xxv.lib. den. & quilibet accuſare poſſit.

De bannitis, & condemnatis ad mortem naturalē impunè offendendis. Rub. 78.

QVàuis plura fuerint condita ſtatuta contra bannitos, & condemnatos ad mortē naturalem, præſertim homicidas,& ipſorum receptatores pro eis puniendis: & ad obuiandum, ne homicidia, & alia enormia, deteſtabiliaq; facinora perpetrētur: multa fuerint adhibita remedia, tn̄ cū indies ita hoīum malitia excreuerit, vt plura homicidia, pluraq; ſcelera quotidie, & paſſim ꝑpetrent, & ipſa delicta, & ſcelera cōmittētes receptatores habeāt:quod ex eo ꝓuenire dinoſci videt̄,qa nō ca vltione,& ſeueritate,quā criminū atrocitas exigit: puniri poſſunt.Ideò cupiētes huic morbo cōgruā adhibere medelā cū exceſſibus terminū imponere, & delictis occurrere ſolcat rigor iuſtitiæ ſæuiētis. ſtatuimus,quòd vltrà pœnas in ſupradictis ſtatutis cōtentas, vnicuiq; liceat bānitos, & ad mortem naturalem legitimè condemnatos in ciuitate, comitatu, vel diſtrictu Camerini exiſtentes impunè offendere, & etiam non legitimè exbannitum,vel nulliter, ſi nullitas non erit patens. Et ſi interfector hoc ignorauit, & nullitas erit patens: teneatur de homicidio culpoſo,& non doloſo occidens, qui non diligenter inſpexit bannum. Et offendens, ſi fuerit bannitus,& ad mortem naturalem condemnatus: rebanniatur, & pro rebannito,& abſoluto habeat̄. Et nihilòminus ſi fuerit petita licentia à Dn̄o Poteſtate, Cap.vel ab eorum,vel alterius eorū officialibus, ſiue alijs iudicibus de maleficijs cognoſcentibus in ciuitate Camerini de offendendo dictos bannitos impunè: teneantur, & debeant ipſi Poteſtas,vel Cap. ſiue alii iudices,vt ſupra requiſiti concedere licentiā omnibus petentibus, & volentibus eos impunè offendendi in perſona. & cuilibet liceat eos ſine aliqua pœna offendere,tàm cum licentia,quàm ſine,vt ſupra. Et ſi quis occiderit aliquem exbannitum,& condemnatum communis Camerini,ut ſupra: contra talē offendentem,uel occidentem non ualeat inquiri. & inquiſitio, denunciatio,vel accuſatio facta: non valeat,nec teneat,& non admittatur. Addimus,quòd ſi quis offenderit, vel occiderit notorium homicidam per publicam vocem, & famam: ſi certum eſt homicidiū doloſè eſſe commiſſum per talem, & publicè dicatur ipſum fuiſſe bannitum licet forſan bannum,vel illius ſcriptura non reperiatur: ſimiliter non teneatur ad aliquam pœnam, & contra eum non poſſit dicta de cauſa procedi per accuſationem, inquiſitionem,vel denunciationem. Et ſi procederetur: accuſatio inquiſitio, vel denunciatio non valeat. Et idem dicimus de homicidiarijs condemnatis, ſi non habuerint pacē ab hæredibus offenſi,quòd poſſint impunè offendi.

Quòd nullus exbanniatur,vel condemnetur vltrà quantitatem pœnæ maleficii, & exprimatur cauſa quando quis ponitur in banno. Rub. 79

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd Poteſtas,& Cap. & quilibet alius iudex de maleficiis cognoſcens in ciuitate Camerini non faciant aliquem exbanniri, vel condemnari vltrà quantitatem pœnæ maleficii, cuius occaſione exbaniretur, vel condemnaretur nec execuitionem faciat in eo,quod eſſet vltrà. & quando aliquis in banno ponitur, cauſa, quare in banno ponitur, exprimatur. Si eſſet aliquis exbannitus, uel condemnatus vltrà formam ſtatutorum, condemnatio, & exbannitio,in eo quod eſſet plus condemnatus,

tus,vel exbannitus, quàm deberet,non valeat in illo pluri ipſo iure,nec ſit neceſſe appellari. Et quòd officialis,qui dictam condemnationem fecerit in pluri vſq; ad finem ſui officii, poſſit dictam condemnationem corrigere, & reducere ad dictam formam,& quantitatem in libro condemnationum ad inſtantiam cuiuſcunq; petentis, etiam extranei infrà tres dies poſtquàm petitum fuerit. quod ſi non fecerit,in illo pluri per ratiocinatores cōis debeat condemnari, & ad conſeruandum indemnem dictum condemnatum de illo pluri.

De ordine tenendo in lecturis ſententiarū: & quòd in abſentia Poteſtatis, & Cap. iudices eorum poſſint omnia facere prout ipſi. Rub. 80.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd notarii Dñi Poteſtatis,& Cap. vel alterius iudicis maleficiorum cōis Camerini, qui ſcribunt, et legunt condemnationes cōis, teneātur vinculo iuramenti antequàm legant ipſas condemnationes, ſcribere ipſas condemnationes in duobus quaternis,vnus quorum ſit cartæ bambacinæ,& alius de cartis pecudinis, & debeant eſſe intitulatæ, & dare camerario cōis, antequàm ipſas condemnationes legant, qui camerarius teneatur, & debeat intereſſe conſiliis, quando proferuntur condēnationes,& tunc ante ſe habere,& auſcultare ipſas condemnationes: & legantur condēnationes ſcriptæ in quaterno cartæ bambacinæ: & ipſis condemnationibus lectis, et auſcultatis, faciat eas publicare notarius,qui eas ſcripſit in quaterno pecudino. quem quaternum D. Camerarius teneatur,et debeat ſecum portare,et tenere. Et facta ſibi camerario,vel alii ad hoc deputato ſolutione,& ſatisfactione de dictis condēnationibus, caſſentur ſecundum formam ſtatutorum. Et ſi iudex appellationum dictæ ciuitatis per ſuā pronunciationem,et ſententiam annihilauerit condemnationes,ſeu ſententias,ſiue caſſauerit,uel irritauerit eas,vel D. Cap. populi,uel alius officialis, qui haberet officium appellationum: teneatur nihilòminus ipſe notarius camerarii ipſam condemnationem cācellare de dicto libro: facta ſibi fide de ipſa caſſatione, & pronunciatione: et ponere, et ſcribere à latere ipſius condemnationis cauſam cancellationis,et alio modo,vel aliter facta officio alterius iudicis,quàm prædicti iudicis appellationum non teneat: et camerarius,et notarius prædicti camerarii ipſas ſententias caſſare non poſſit, niſi aliud ſolenniter, et per opportunum conſilium fuerit deliberatum. qui etiam camerarius,et notarius teneantur,et debeant de ipſis condemnationibus caſſatis reddere rationem corām ſuis ratiocinatoribus. Et ſi notarius,ſeu camerarius eſſent negligentes in prædictis, condemnetur in x.lib.den.pro quolibet,et qualibet vice. Et ꝙ camerarius dicti cōis uel eius notarius debeat intereſſe in lectura,et lecturis ſententiarum maleficiorum D. Pot. et Cap. et eorum officialium, et alterius cuiuſcunq; iudicis de maleficiis cognoſcentis. Et ſi ipſi camerarius,uel eius notarius prædictis ſententiis,quæ feruntur non eſſent præſentes: nō valeant,nec teneant. et ſi ſtaret per ipſum camerarium,uel ſuum notarium, vel Poteſtatem,vel Cap.et cæteros quominus prædicta obſeruentur, uel quòd ipſi camerarius, uel notarius non eſſent præſentes in lectura, et prolatione dictarum ſententiarum, et dictis de cauſis ipſæ ſententiæ,vel aliqua ipſarum reuocaretur, ſeu annihilaretur,ille,vel illi, ꝑ quem ſteterit,ad reſarciendum,et refundendum dicto cōi omne dānum, quod dicta cōmunitas ſuſtineret ratione dictarum caſſationum, & annullationum. Et quòd camerarius, qui pro tempore fuerit,vel eius notarius teneantur, & debeant recipere à Poteſtate,vel Cap.ſeu iudice,vel notario ipſorum qui ipſas ſententias protulerint, in vno libro cartarum pecudinarum publico,cum quo auſcultētur. Et ipſe camerarius, ſeu eius notarius auſcultare debeat ſententias ſcriptas in libro cartarum bambicinarum, quando leguntur. Et ſi ipſe Poteſtas, Cap.& iudices, & alii officiales eſſent negligentes in dando dictū librū condemnationū in cartis pecudinis ipſi camerario, aut lecturā ipſarū ſentētiarū:quòd ipſe camerarius, vel notarius in lectura ipſarum condemnationum,et ſententiarum intereſſe non debeant. Et tunc teſtes vocare debeat, & dicere publicè ipſe camerarius, quòd ipſe non vult intereſſe dictæ lecturæ,& dicto cōſilio illa de cauſa, quia Po-

teſtas,& Cap. & cæteri officiales eidem camerario,vel eius notario dictas cōdemnationes publicas ante lecturam non dant,nec tribuunt, quo dicto,er facto ipſi camerarius,et eius notarius ad ipſam pœnam non teneantur, ſed Poteſtas, & Cap. et cæteri alii officiales. Et poſtquàm dicti officiales dederunt,et aſſignauerũt ipſi camerario, vel eius notario dictas cōdemnationes publicas,ut ſupra ipſe camerarius, vel notarius nullo modo ipſas condemnationes debeat reſtituere,uel relinquere apud dictos officiales, ſed incōtinenti facta ipſa lectura,et prolatione dictarum ſententiarum ſecum reportare debeat ad camerarium cōis,et copiam exhibere de ipſis ſententiis omnibus uolentibus copiam exhiberi de dictis ſententiis. Et quòd permittãt prædicti camerarius, et notarius extrahi dictas copias cuilibet notario volenti ipſas copias extrahere, et ſcribere ſine aliquo p̄mio, quando aliquis notarius extraheret ipſas copias,et quãdo dictus notarius camerarii pro caſſatione alicuius ſententiæ, de qua eſſet facta ſatisfactio, uel abſolutio, ſeu remiſſio,vel annullatio,nullum præmium,ſeu mercedem ab aliquo percipere debeat: imò potius ipſam caſſationem illius ſententiæ,vel ſententiarum teneatur, et debeat facere infrà ſecundam diem poſtquàm fuerit requiſitus. Et ſi Poteſtas Cap. & cæteri officiales nō obſeruauerint prædicta,et contrafacientes,videlicet in non dando dictas ſententias publicas in cartis pecudinis prædictis camerario,uel eius notario ante lecturã, et inceptionem lecturæ ipſarum ſententiarum, condemnationum, et abſolutionum: pro quolibet, et uice qualibet cōdemnetur in c.lib.den.ſi fuerit Poteſtas,vel Cap.et cæteri alii officiales in L. lib.den.pro quolibet,et qualibet uice condemnetur. et camerarius,uel eius notarius ſi prædicta,quæ eos tangunt,non obſeruauerint,ſeu aliqua prædictorum: condẽtur in L. lib. den.pro quolibet, et uice qualibet. et quòd ad ſimile officiũ perpetuò reddantur inhabiles. ¶ Addimus huic ſtatuto,quòd quotieſcunq; contigerit Poteſtatem, vel Cap. abſentari à ciuitate Camerini quacunq; de cauſa,uel etiam ſi darentur durante officio iudices eorum, et cuiuſq; ipſorum poſſint proferre, et dare pronunciationem, et ſententias condẽnatorias,vel abſolutorias, et omnia,et ſingula facere exercere, et executioni mandare, quæ facere poſſent ipſi dominus Poteſtas,et Cap. ſi perſonaliter intereſſet. et quęcunq; per ipſos iudices, uel alterum ipſorum facta,pronunciata, et ſententiata fuerint in abſentia ipſorum Dñorum Poteſtatis,et Cap.valeant, et teneant autoritate præſentis ſtatuti, ac ſi facta eſſent per ipſos D.Poteſtatem, et Cap. ¶ Addimus huic ſtatuto,quòd parentibus viuentibus ſuper bonis eorum de legitima filiorum occaſione cōdemnationis alicuius maleficii per ipſos filios cōmiſſi,nulla poſſit,nec debeat fieri executio,nec dicti Poteſtas,et Cap.uel alius iudex de maleficiis cognoſcens,& alii cōis Camerini realiter, et perſonaliter cogere poſſint pro ipſa legitima perſoluenda. Et ſi per Poteſtatem,uel Cap.uel eorum officiales, ſiue alios quoſcunq; officiales dicti communis fieret aliqua executio contra prædictos parentes,uel in bonis eorum occaſione dictæ legitimæ: condemnetur per eorum ſyndicatores in c. lib.den. pro quolibet contrafaciente,& qualibet vice,et ad reſtitutionem quãtitatis,vel rerum, quam, uel quas acceperint pro legitima prædicta.

De condemnationibus exequendis contra principales, & deinde contra fideiuſſores. Rub. 81.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd Poteſtas, & ſui officiales,et cæteri de maleficiis cognoſcentes communis Camerini faciant exigi condemnationes ab omnibus condemnatis,à quibus habebunt fideiuſſores infrà vnum menſem poſt condemnationem factam & poſſint cogere condemnatos,et fideiuſſores ad ſoluendum in perſonis,et rebus, prout eis placuerit: dummodò prius fiat diſcuſſio, et executio contra principales, et eorum p̄ſonam,et bona quàm fideiuſſores,licet principaliter,uel inſolidum etiam in forma cameræ obligatos,& cum iuramẽto, quod ſi præſtaretur: præſumatur, et fingatur dolo extortum,et fictitium ſecundùm formam aliorum ſtatutorum. Et ſi ipſe D.Poteſtas fuerit negligens, uel alii iudices de maleficiis cognoſcentes in non faciendo exequi ipſas condẽ-

nationes

nationes infrá dictum terminum vnius menſis,uel contra prædicta faciendo: condemnetur in xxv. lib. den.pro quolibet,et qualiber vice per eorum ſyndicatores tempore ſyndicatus. qui ſi de prædictis principaliter,& ſpecialiter non ſyndicauerint: condẽnentur ipſi,& ipſorum quilibet in xxv.lib.den.Et Cap.infrà xv. dies poſt ipſum terminum vnius menſis ipſas condemnationes exigere debeat,et poteſtatem habeat de prædictis.Et Poteſtas,et alii iudices,ut ſupra teneantur prædicta obſeruare,capitulo aliquo non obſtante. Et idem dicimus de Cap. ut ſupra de Poteſtate dictum eſt. Et fideiuſſor intelligatur quotieſcunq; conſtat de releuatione,et conſeruatione indemnitatis ipſius fideiuſſoris.

De executionibus ipſarum condemnationum faciendis. Rub. 82.

STatuimus, et ordinamus,quòd verbalis ſententia nihil,uel modicum operetur ad maleficia punienda,niſi ipſius ſententiæ executio debita ſubſequatur. Iccircò, ut maleficia non remaneãt impunita hac prouiſione,uel lege perpetuò ualitura decernimus, (caſſantes pro futuro tempore omnem legem,omnemq; reformationem contrariam, derogatoriamq; huic legi)quòd præſens D. Poteſtas,et ſua curia,et cæteri,qui deinceps erũt in officio poteſtariæ,et ipſorum officiales per ſe,et familiares,et alios,qui vocarentur ab eo in adiutorium ipſius ſuæ familiæ,poſſint,teneãtur,et debeant ſententias in criminalibus cauſis proferendas per eos exequi cum effectu infrà xv.dies cõputandos poſt lapſum terminum xv.dierum computandorum à die ſententiæ promulgatæ. qui introducti ſunt per formam ſtatuti ad appellandum, etiam cauſam appellationis finiendum uolentibus appellare.

De executionibus faciendis de bonis exbannitorum uendendis, et reaſſignatione principalis,et non fiat nouitas contra fideiuſſores. Rub. 83.

ITem ſtatuimus,et ordinamus,quòd ſententiæ ferendæ contra præſentes exequãtur cõtra condemnatos,et fideiuſſores eorum: facta prius diſcuſſione ut ſupra per detẽtionẽ perſonalem ipſorum, ſi uenerit, uel ſi non uenerit,in rebus et poſſeſſionibus eorum ſecũdùm modum inferius declarandum ſuper ſententiis contumaciter proferendis. Sententiæ uerò,et exbannimenta contra aliquos prædictorum contumaciter proferendæ,et faciendæ exequantur hoc modo, uidelicet,quòd ante omnia ipſi D. Poteſtas, et Cap. uel alius de maleficiis cognoſcens cõis Camerini,et eorum curia faciant cõdemnatum, uel exbannitum ſemel requiri ad domum habitationis ipſius, quòd infrà terminum in ipſa citatione contentum, et præfixum ueniant ad ſoluendum condemnationem factam de ipſo: quo non comparente per ſe, uel alium,ad ſoluendum Poteſtas,uel alius iudex de maleficijs cognoſcens per ſyndicum cõis ſubhaſtàtione præmiſſa, et aliis, prout in ordinamento facto ſuper uenditione bonorum exbannitorum,et condemnatorum infrà poſito continetur,et omni fraude remota,faciat uendi bona mobilia, et immobilia,iura,et actiones talis contumaciter condemnati,cum plena cautela de euictione per ipſum ſyndicum emptoribus facienda,et promittenda vſq; ad condignam ſatisfactionem quantitatis in condemnatione deductæ: Si bona condemnati ad totam quantitatem ſufficerẽt condemnationis, uel ſaltim pro ea parte, ad quam ſufficerent bona ipſa: poſſint, et debeant ipſi rectores exigere de facto omnia, et ſingula credita à debitoribus talium condemnatorum,ſicut ipſimet condemnati exigere poſſent cum quietatione, et defenſionibus ſoluentibus de quantitate ſoluta per ſyndicum communis legitimè facienda,et promiſſionibus ad ſenſum ſapientis ipſius. Contra quos debitores ſic ſoluentes dictis condẽnatis,& creditoribus ipſorum perpetuò de quantitate ſoluta cõmuni, omnis actio extinguatur, ac ſi ipſi creditores,& condemnati perſonaliter quietaſſent. In quibus bonis, iuribus,actionibus, creditis inueniendis, inueſtigandis dicti rectores habeant plenam autoritatem,& baliam per omnem modum, & uiam, quibus eiſdem uidebitur conuenire ſine aliquo ſtrepitu,& figura iudicii. Semper tamen ſaluò iure illorum, qui ius legitimũ nõ fictitiũ, & ſimulatũ in ipſis bonis, iuribus, actionibus,& creditis inuenirentur habere. Probibentes,ne aliquis audeat uel præſumat ad defenſionem ipſorum bonorum ali-

quod inſtrumentum ſimulatum,fictitium, uel in fraudem prædictorum confectum , uel
aliquam obligationem,vel per teſtes introducere coràm ipſo Dño Poteſtate,vel alio iu-
dice de maleficijs cognoſcente: de quo,uel qua facta eſſet ſolutio , vel aliqua ſatiſfactio,
uel remiſſio . Et qui contrafecerit : eius quantitatem,quã ipſe peteret,vel eſtimationem
rei, quam ipſe defenderet,teneatur ſoluere in communi , ad quas ſoluendum Poteſtas,
uel alius iudex de maleficijs cognoſcens cogat cum de facto ſine aliqua ſentẽtia, ſine ſtre
pitu, & figura iudicii : ſi legitimè conſtat dictum inſtrumentum eſſe ſimulatum,vel ficti-
tium,uel in fraudem prædictorum factum . Verum quia quandoq; uoluntarii emptores
talium bonorum inueniri non poſſunt propter amorem, uel timorem talium exbannito
rum,uel condemnatorum. dicimus, & ordinamus, quòd D. Poteſtas, uel alius iudex de
maleficiis cognoſcens poſſit,& debeat cogere uniuerſitatem, in cuius territorio talia bo
na eſſent, emere pro iuſto,& conuenienti precio ipſa bona cum dicta defenſione,& cau-
tela per ſyndicum cõis emptoribus faciendis,& promittendis, & in dicto caſu ipſa bona
eſtimentur ſacramento præſtito per duos ſyndicos & ipſorum maſſarios duarum uniuer
ſitatum proximarum ipſi uniuerſitati,quæ cogi deberet ad emendũ dicta bona . Et quia
in multis caſibus forte non uidetur conueniens,uel poſſibile D. Pot. uel Cap. ſiue alii de
maleficiis cognoſcenti tales inuitos inuenire emptores : uel propter paruitatem delicti;
uel propter ipſius condemnationem, paruam quantitatem,ſeu alia cauſæ uoluntariè : &
alii emptores non apparerent,nec cõuenirent : in talibus caſibus propterea ne delinquẽ
tes,& contumaces condemnati ſic ſine damno tranſeant · & commune propter eorum
fugam decipiatur. Ordinamus,quòd in caſibus in quibus bona emerentur per emptores
voluntarios,uel inuitos(ut dictum eſt ſupra) quòd dicti Poteſtas,& Cap.& eorum curia
ſiue alius iudex de maleficiis cognoſcens teneantur, & debeãt infrà dictum tempus pro-
cedere ad deſcriptionem bonorum talis exbanniti,& condemnati : ſuper quo condem-
natio facta eſt : & ſecundùm qualitatem in ipſa condemnatione expreſſam , & compre-
henſam. de quibus fructibus nihilòminus pro ea parte,ad quã ipſa condemnatio aſcen-
deret, remaneat in commune, & in cõi Camerini (vt dictum eſt) iure habentium ſem-
per ſaluo. Et ſi Poteſtas, & Cap.uel alius iudex maleficiorum præſentes, & futuri prædi-
cta non facerẽt,ſeu negligentia omitterent: perdat quilibet ipſorum de ſuo ſalario ipſo
facto & iure L. lib.den.pro qualibet ſententia non executa ſecundùm formam prædictã.
quas L.lib.den. camerarius communis teneatur de ſuo ſalario retinere ſine alia ſenten-
tia ſuper huiuſmodi proferenda. Et ſi camerarius communis contrafaceret, vel eſſet ne-
gligens in retinendo ipſam pecuniam : eandem de ſuo proprio ſalario ſoluere teneatur.
Et vt de prædictis non videatur neglectum. & ne Poteſtas,& Cap.ſiue alii de maleficiis
cognoſcentes cõis Camerini tacitè videantur abſoluti : Dicimus & firmamus,quòd reaſ
ſignato principali curiæ cum effectu nulla nouitas fieri debeat contra fideiuſſores,etiam
principaliter vel in ſolidum obligatos,ſiue in forma cameræ,& cum iuramento . quod ſi
præſtaretur ; præſumatur dolo extortum,& eorum bona occaſione condemnationis fa-
ctæ de principali,pro quo talis fideiuſſor fideiuſſerit, uel ſe vt principalem obligauit,etiã
cum iuramento vt ſupra. & executio ſemper debeat prius fieri cõtra principalem,quàm
fideiuſſorem etiam vt ſupra obligatum .

Quòd facta dicta executione condemnationum,condemnationes caſſentur in li-
bris cõis pecudinis,& bambacinis, & de apodiſſa fienda. Rub. 84.

ITem ſtatuimus,& ordinamus quòd facta dicta executione,& integra ſolutione,officia
les,per quos facta fuerit,ſeu eorum mãdato teneantur, & debeant infrà ſecundum diẽ
ipſam ſententiam facere cancellari per notarium camerarii dicti communis , ſiue alium
ad hoc deputatum ſine alia mercede. ad quod faciendum poſſit , & debeat ipſe notarius
deputatus cogi in palatio, ſeu in loco vbi ſtaret dictus officialis,& conſtringi de facto,et
mulctari vſq; in pœnam x.lib . den. ſi non fecerit dictam cancellationem ad mandatum
dicti officialis, & infrà terminum per ipſum ſtatuendum. Et ꝙ in exactionibus faciendis

non

non poſſit aliquod debitum compenſari, niſi fuerit ipſius condemnati, contra quem fieret executio, vel patris, uel fratris carnalis, vel conſobrini, vel filii, vel nepotis carnalis, ipſius debitoris, vel ſoluere debentis. dummodò ius dicti debiti quæſitum fuerit per aliquem prædictorum, ante vel poſt maleficium commiſſum. quam compenſationem camerarius communis facere teneatur ad pœnam xxv.lib.den. ¶ Addimus, quòd omnes, & ſingulæ condemnationes, quæ de cætero caſſarentur, & caſſari deberēt de præterito: caſſentur, & annullentur in libris cartarum pecudinarum, & bambacinarum. & quilibet camerarius, uel alius officialis retinens libros condemnationum communis teneatur, & debeat facere inuentarium manu publici notarii ſui de omnibus condemnationibus, cartis pecudinis, & de numero cartarum, & condemnationum. & non poſſit fieri alicui executio, niſi de condemnationibus, quæ reperirentur ſcriptæ, & publicatæ in cartis pecudinis fiendis, vel factis. Et per camerarium, depoſitarium, vel alium deputatum, aut deputandum ad recipiendum ſolutionem condemnationum fieri debeat apodiſſa de eo, quod ſibi ſolueretur per quemcunq; de condemnationibus prædictis, & de caſſatione ad pœnam.x.lib.den.pro quolibet contrafaciente, & vice qualibet. Et Poteſtas, & Cap. & quilibet de maleficiis cognoſcens, qui exequeretur, teneantur caſſari facere de dictis libris, & deſcribi quantitatem ſolutionis, pœna L.lib. den.retinendarum eis, & eorũ cuilibet tempore ſyndicatus.

Quòd omnia bona condemnatorum intelligantur obligata eſſe cōi Rub.85.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſententia promulgata per aliquem officialem de prædictis iuriſdictionem habentem contra aliquos contumaces, ſi ipſa ſententia tranſiuit in rem iudicatam: omnia bona ipſius condemnati, & exbanniti præſentia, & futura intelligantur eſſe, & ſint ipſo iure obligata pro prædicta condemnatione ſoluenda. Et ipſa bona pro parte contingente ipſam condemnationem vſq; ad ſummam, ad quam aſcēderet dicta condemnatio eo ipſo pro ea parte intelligatur, & habeatur ſine aliqua ſolennitate incorporata, & pro conceſſis, & incorporatis dicto communi. & per dictum commune poſſit liberè procedi pro dicta parte ad venditionem, et executionem faciendam: forma tamen ſeruata in ipſa uenditione, prout inferius continetur. Et quòd facta executione prædicta, alia bona ſuperflua à dicta condemnatione ipſius exbanniti, et condemnati ipſo facto remaneant penès ipſum exbannitum, et condemnatum: quemadmodum ante ipſam condemnationem, et exbannimentum erant.

Quòd fiat inuentarium, et inquiſitio de bannitis, et bonis eorum. Rub.86.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ad timorem malefactorum, et ne maleficia remaneant impunita, et quòd pro vtilitate communis Camerini Poteſtas, et Cap. et alius iudex de maleficiis cognoſcens teneatur facere inquiſitionem infrà duos menſes introitus ſui regiminis de omnibus, et ſingulis bannitis communis Camerini: et de bonis, et poſſeſſionibus ipſorum faciant fieri inuentarium de ipſis bannitis, nominibus, et de cōdemnationibus ipſorum: et quòd debeant eſſe penès ipſum Cap. vel alium iudicem de maleficiis cognoſcentem. Et ſcribantur in cartis pecudinis. et ipſo inuentario facto ipſe Poteſtas, et Cap. vel alius de maleficiis cognoſcens teneatur facere accipi pro communi ipſa bona, et poſſeſſionem ipſorum bannitorum: vel facere taliter, quòd bona ipſa fructentur pro communi: et fructus reſtituantur communi. Et hoc intelligendum eſt de illis bannitis, et condemnatis, qui non ſoluerint cōdemnationes. Et hoc Poteſtas, et Cap. et alius de maleficiis cognoſcens in ciuitate Camerini obſeruent, et faciant obſeruari vinculo iuramenti. et ſi fuerint negligentes: perdat quilibet eorum de ſuo ſalario.c.lib. den.in quibus per ratiocinatores, ſeu ſyndicum communis condemnetur.

De ordine tenendo in venditionibus bonorum exbannitorum. Rub. 87.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd in venditionibus bonorum exbannitorum, et cōdemnatorum dicti communis, ſeu illorum, qui exbannirentur, ſeu condemnabuntur in futurum, talis ordo ſeruetur: videlicet quòd primò fiant tria bannimenta tribus diuer-

ſis diebus per loca publica dictæ ciuitatis, in quibus eſt ſolitum per præconem bannimenta fieri. vnum quorum dictorum bannimentorum fiat in die ſabbati: & ipſe bannitor in ipſis bannimentis nominet expreſſe bona ipſa, & eorum latera, & confines, & nomen, & cognomen ipſius exbanniti, & condemnati: & dicat in ipſo bannimento, quòd quicunq; vult ipſa bona emere, vadat ad officialem prædictum: cuius mandato ipſa bannimenta fiunt. Et factis dictis bannimentis nihilòminus per baiulum vna vice ſimilis proclamatio fiat in caſtro, ſeu villa: in cuius territorio dicta bona ſituata ſunt. quo facto coadunetur conſilium communis, & populi, in quo ad minus ſint ſeptuaginta conſiliarij: & in ipſo cõſilio ſimili modo fiat dicta proclamatio per bannitores communis nominantes quantitatem, quæ de ipſis bonis haberi pòteſt. & ipſa bona poſtmodum mittantur ad incantum ſecundùm quòd videbitur, & placebit eidem officiali, & Cap. artium, ſiue M. D. Prioribus communis Camerini, qui pro tempore fuerint. quibus omnibus, & ſingulis ſic peractis, fiat prępoſita in dicto conſilio (ſi placet) quòd dicta bona vendantur pro dicto precio, quod haberi poteſt. Et quod ſi placuerit dicto conſilio, quòd vendantur: fiat tunc in ipſo conſilio ſyndicus ad vendendum dicta bona. Et tunc quod per ipſum conſilium extiterit ordinatum ad buſſulas, & palluctas per duas partes ipſius conſilii, executioni mandetur. Et fiat tunc dicta venditio in dicto cõſilio & præſente ipſo conſilio toto: aliàs ipſo iure non ſubſiſtat.

De perquirendo bona exbannitorum, & inquiſitione fienda de eis. Rub. 88.

STatuimus, & ordinamus, quòd officialis, ad quem ſpectat ipſa executio ſententiarum, ſolicitè, & attente laboret in inuéniendo, & perquirendo bona, et res condemnatorũ, et exbannitorum: pro quibus inueniendis teneantur, et debeant vinculo iuramenti, et pœna xxv. lib. den. pro qualibet vice, qua contrafecerit, facere, ſeu fieri facere per alium ſuum officialem infrà octo dies, poſtquàm ipſa ſententia tranſiuerit in rem iudicatam, inquiſitionem de ipſis rebus, et bonis per receptionem teſtium, et iuuentionem inſtrumentorum, appretii ipſius condemnati, et exbanniti. et etiam ſi ipſi officiali videbitur, accedat ſuis expenſis ad locum, vnde ipſe exbannitus, et condemnatus eſſet. et ſimilem inquiſitionem faciat inter homines dicti loci. pro quibus expediẽdis dictus officialis habeat arbitrium in procedendo, et pœnas imponendo ſummarie vſq; ad quantitatem x. lib. den. vniuerſitati: et xl. ſol. den. cuilibet ſpeciali perſonæ.

Quòd fiat liber omnium exbannitorum, et reaſſignetur camerario cõis. Rub. 89.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd per vnum ex notariis Poteſtatis, vel alterius iudicis de maleficijs cognoſcentis pro ſententijs exequendis per ipſum Poteſtatẽ, uel Cap. ſiue alium iudicem de maleficiis cognoſcentem, et quemlibet eorum, fiat vnus liber, in quo ſcribantur omnia nomina, cognomina, loca originis et habitationis ipſorum exbannitorum, et condemnatorum, et condemnationum per contumaciam bona, et res, iura, et poſſeſſiones ipſorum, latera, vocabula, et confines ipſarum poſſeſſionum, et bonorum infrà xv. dies adminus poſtquàm dicta ſententia data cõtra prædictos exbannitos et cõdemnatos, ſeu condemnandos tranſiuerit in rem iudicatam. Et proceſſum inquiſitionis prædictæ factum per ipſum officialem in inueniendo dicta bona, et omnia bannimenta facta, et ordine ſeruato per venditorem bonorum alicuius exbanniti, et condemnati ad prædictam pęnam ſcribere debeant in eodem libro. Qui libri ſuper prædictis facieñ. et ſcribeñ. in quaternis pecudinis reaſſignentur camerario communis vnà cum alijs libris in fine eorum officii. Et ſi neglexerint prædicta facere: condemnentur per ratiocinatores communis tempore eorum ſyndicatus in xxv. lib. den.

Quòd fiat executio bonorum condemnatorum, et quòd non obſtante condemnatione detineatur in carceribus. Rub. 90.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi aliquis eſſet condemnatus per aliquem officialẽ dicti communis in aliqua quantitate pecuniæ pro aliquo maleficio per ipſum condemnatum commiſſo: & detineretur pro ipſa condemnatione in carceribus cõmunis: et ipſe

detentus

detentus potius ſuſtinere vellet pœnam dicti carceris, quàm ſoluere ſuam condemnationem: dictus officialis, ad quem ſpectat executio ſententiæ dicti condemnati, et detenti, teneatur, et debeat ipſam ſententiam executioni mandare, ſeu mãdari facere, quemadmodum tenetur mandare executioni ſententias exbannitorum, et condemnatorum dicti communis per contumaciam: et non detentorum incarceribus, et bonis ipſorum, ſi qua reperirentur prout ſuperius in ordinamentis eſt expreſſum.

De pœna non obedientium Poteſtati, Cap. et aliis officialibus. Rub. 91.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd quicunq; non obedierit Poteſtati, vel Cap. xl. ſol. den. ſoluere teneatur. Et ſi eorum, vel alicuius eorũ iudicibus militi, vel notario in præceptis, quæ fierent occaſione ſui officii quocunq; modo, & cauſa, pœnam xx. ſol. den. pro vice qualibet debeat ſuſtinere. quã pęnam Poteſtas, & Cap. auferant pro cõi: et nihilòminus dicta præcepta valeant, & debeant ad effectum mandari. Volumus tamen, quòd ſi D. Poteſtas, Cap. accederet perſonaliter ad aliquem rumorem, vel tumultum, vel ſi eſſent in exercitu, quòd his caſibus imponere poſſit pęnam xxv. lib. den. pro quolibet inobediente, & vice qualibet, vel etiam ſi ipſorum, vel alicuius eorum mandato ſpecialiter facto ſocius miles accederet ad prædicta.

De iniuria dicente Poteſtati, Cap. vel eorum officialibus, ſiue alteri coràm aliquo ipſorum. Rub. 92.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſi quis dixerit iniuriam Poteſtati, vel Cap. puniatur in quadruplo eius, quod puniretur, ſi alteri dixiſſet. Si verò alicui ex eorum iudicibus, vel ex ſociis militibus in triplo. Notariis verò in duplo pro quolibet contra faciente et vice qualibet. Si quis verò alicui dixerit iniuriam coràm Pot. vel Cap. vel altero eorũ, vel iudicibus, uel iudice communis Camerini, uel minaretur offendere x. lib. den. ſoluere teneatur. Quam pęnam Poteſtas, Cap. et eorum iudices, ſiue alii de maleficiis cognoſcẽtes, coràm quo, vel quibus talia dicerentur, ea ſcribi faciant; et de his Poteſtas, vel Cap. ſiue alter de maleficiis cognoſcens condemnationem faciat cum aliis cõdemnationibus quas primò facient.

De reinfacciante alicui homicidium, percuſſionem, vel iniuriam, vel dixerit alia verba iniurioſa. Rub. 93.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd quicunq; alicui reinfacciauerit homicidium, vel percuſſionem factam in facie, vnde ſignum remanſerit, vel aliquam iniuriam perſonalẽ illatam, vel illatum in perſonam, cuius reinfacciatio facta fuerit, uel in perſonam vxoris vel viri, vel alicuius conſanguinei, uel coniuncti vſq; in terrium gradum ſecundùm ius canonicum computandum: puniatur, ſi homicidium reinfacciauerit, vel percuſſionem faciei, ex qua ſignum remanſerit, pro qualibet reinfacciatione in xxv. lib. den. Si verò iniuriam perſonalem reinfacciauerit pro qualibet reinfacciatione, quæ diceretur, puniatur in. c. ſol. den. Et ſi quis reinfacciauerit alicui iniuriam, vnde pax facta eſſet: ſoluat pęnæ nomine camerario dicti cõis Camerini xxv. lib. den. ſi ex pace cõſtat · de aliis verò iniuriis reinfacciantes. c. ſol. den. pœnæ nomine ſoluere teneatur. pro quolibet autem verbo minatorio ſoluat pœnæ nomine xl. ſol. den. dummodò condemnatio de verbis minatoriis eodem tempore dictis non excedat ſummam, et quantitatem xxv. lib. den. nec augumentari poſſit condemnatio rõe loci, uel temporis vltrà dictam quantitatem. xxv. lib. den. ☞ Addimus huic ſtatuto, quòd ſi quis dixerit alicui proditorem, rubbatorem, furẽ, rugugliosum, miciggiarium, falſum, ſeu falſitatem falſam, vel ſimilia pro quolibet dictorum verborum, ſi per iniuriam dixerit: decem lib. den. ſoluere teneatur. pro aliis verbis iniurioſis, coràm D. Poteſtate et Cap. vel eorum iudicibus, et officialibus, vel aliis iudicibus cõis Camerini xx. ſol. den. pro quolibet ipſorum uerborum ſoluere teneatur. in aliis uerò locis. 5. ſol. den. ſoluere teneatur. Quicunq; blaſmauerit aliquem, quòd ſit occiſus, uel occiſa, ſoluat pro pœna communi x. ſol. den. et ſufficiat probatio unius teſtis pro una uice, et una iniuria: et non poſſit aliquis aliquem accuſare ultrà quatuor uices tantùm.

Et quòd de dictis reinfacciationibus, et verbis in præſenti capitulo contentis non poſſit procedi, niſi per accuſationem tantùm.

Quòd non recipiatur aliquid cauſa liberandi aliquem à pœna criminis. Rub. 94.

ITẽ ſtatuimus,& ordinamus,quòd nullus audeat,vel præſumat accipere per ſe, vel aliũ aliquam pecuniam,vel rẽ aliquã pro cauſa alicuius occuſationis, inquiſitionis, ad hoc vt à pœna cõmiſſi criminis aliquis euadat,nec depoſitum recipiat,nec recipi faciat promiſſionem,ſeu obligationem,vel inſtrumentum ex promiſſione aliqua dictarum cauſarum,vel alia. Et veritate comperta D. Poteſtas, & Cap. & alius quicunq; de maleficiis cognoſcens,& eorum officiales,& quilibet per ſe faciant reſtituere,& reddere illi, cui reperiretur dediſſe, vel expendiſſe pecuniam datam,& expenditam, vel aliã rem, vel quã dant, ſeu promittunt ſcilicet tres partes: & aliam quartam partem dari faciunt camerario cõis Camerini pro ipſo cõi recipienti: & depoſitũ, promiſſionem, obligationem,et inſtrumentum caſſari faciant,& irritum reuocari expreſſis in eis, vel non cauſis ſupradictis,vel alia aliqua ı aliquo ſtatuto, vel ordinamento non obſtante. Et nihilòminus puniant,& condemnent repertos culpabiles de prædictis,vel aliquo eorum in xxv.lib.den. dummodò non intelligantur in iniuriatis facientibus pacem.

De non iniuriando, vel offendendo aliquem occaſione arrengationis in conſilio facto, vel procuratione,& aduocatione. Rub. 95.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd nullus audeat,vel præſumat offendere,vel offendi facere dicto, vel facto aliquem pro eo quòd talis offenſus conſuluerit, vel arrengando dixerit in aliquo cõſilio,vel in adunantla cõis Camerini.Et qui contrafecerit: puniatur talis offendens duplici pœna, qua puniri deberer ſecundùm formam ſtatutorum, ſi alium ciuem Camerinẽſem offendiſſet,vel iniuriam ei intuliſſet.Ft ad probationẽ offenſionis factæ,vel illatæ dicto, vel facto in quocunq; loco alicui de prædictis, vel ex aliqua dictarum cauſarum ſufficiat publica vox,& fama cum aliis indiciis. quæ fama probetur per quatuor teſtes fide dignos.& pro plena probatione habeatur.Et idem dicimus,ſi aliquis offenderet,uel iniuriam dicto,vel facto inferret alicui ratione aduocationis,uel procurationis, quam faceret.

De pœna offendentis euntes de nocte ad occurrendum domui quæ combureretur & dantibus dannum in ea. Rub. 96

ITem ſtatuimus, & ordinamus,quòd ſi aliquis de nocte curreret,vel iret ad ignẽ, quãdo domus aliqua, vel aliquæ cõburerentur de nocte.& tunc offenſus fuerit in perſonã. Offenſor debeat condemnari in duplũ quantitatis,qua puniri deberer ſecundùm formã ſtatutorum pro illo crimine,vel maleficio, ſi alio tempore illud commiſiſſet. Et ſi dederit tunc damnum: puniatur ſimiliter in duplum eius quantitatis,qua puniri deberer,qui daret illud damnum,ſi alio tempore dediſſet: niſi reſtituent damnum infrà tertiam diẽ.

De pœna euntis poſt tertium ſonum campanæ, quibuſdam exceptis: & de tabernariis retinentibus tabernas apertas. Rub. 97.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi quis inuentus fuerit poſt tertium ſonum campanæ cõis de nocte per Poteſtatem, vel Cap.vel eorum,ſeu alicuius eorum familiares ſiue berruarios,vel eorum Cap.vel bariſiellum, ſiue per notarium cuſtodię,& per cuſtodes noctis, antequam ipſa cãpana pulſetur de manè in matutino ad laudes,ſiue aue Maria: puniatur in.x.ſol. den. non tamen credatur vni cuſtodi, qui aliquem accuſaret. Ille autem,qui inuentus fuerit poſt tertium ſonum campanæ, ſi fideiuſſorem dederit de pœna ſoluenda,& de repreſentando ſe Poteſtati,uel Cap.vel alteri iudici de maleficiis cognoſcenti, non ducatur ad palatium Camerinenſe, quando aliquis eſſet bonę conditionis & famæ: de qua fama & conditione credatur dicto duorum teſtium, ſeu vicinorum: & de pœna ſoluenda,vel non,in prouidentia Poteſtatis, vel Cap. vel alterius de maleficiis cognoſcentis debeat remanete,inſpecta perſona, & negocii qualitate. Fornarii, uel fornariæ,quando irent ad præcipiẽdum panem fieri,& perſona, quæ panem portaret ad

furnum

furnum,vel panem de furno reportaret ad domũ pro ſe, & ſua familia, qui iñ furno coctus eſſet,vel coqueretur,& ſtamegnatores,& ſtamegnatrices, quando irent ad ſtamegnandum,& ſimiliter obſtetrices euntes,& redeuntes ad recolligendum partũ, ire poſſint ad oẽm horam. Et ſi fuerint inuenti, uel inuentę: pœnã ſoluere nõ teneanť. Ille verò,qui inuentus poſt tertium ſonum campanæ infrà ciuitatem,& burgos propè domum ſuam,& ſuæ habitationis vſq; ad tres domos,& ille, qui palàm ignem, vel lumen portauerit, ſi fuerit bonæ conditionis,& famæ ad pœnam ſoluendã aliquatenus non teneatur.

De non palluctando,vel ſagittando infrà ciuitatem,& burgos. Rub. 98.

Statuimus,& ordinamus,quòd nullus audeat,vel præſumat ſagittare, palluctare, vel baliſtare,uel archubuſium, ſiue ſchioppum exonerare,vel ſcarcare infrà ciuitatem,& burgos Camerini, & cõtrafacienti Poteſtas,& Cap.& quilibet alius iudex de maleficiis cognoſcens auferat de facto pro vice qualibet nomine pœnæ lib. decem den. quoad archubuſium,& ſchioppum. quoad reliqua xl.ſol.den.cuius pœnæ medietas ſit cõis,& aliã habeat accuſator. Item Poteſtas, & Cap.& alii iudices de maleficijs cognoſcẽtes teneãtur mittere de eorum familia ad perſcrutandum, & rimandum,ſi aliquis in ciuitate, vel burgis, ſagittat,baliſtat, vel portat per ciuitatem,vel burgos pallucterium,vel baliſtam, vel archubuſium,ſiue ſchioppum. Et Poteſtas,& Cap. vel alter,& quilibet officialis maleficiorum contrafacientes condemnent pro vice qualibet in pœna ſuperius nominata. Et dictum pallucterium,vel baliſtam,ſiue archubuſium, vel ſchioppum ei auferat,& deueniat in commune. Non tamen teneatur ad dictam pœnam ille,qui ad prædicta,vel aliquod prædictorum inueniretur extrà ciuitatem,vel burgos Camerini.

De interficiente Poteſtatem, Cap. Caſtellanum,uel alium officialem cõis. Rub.99

ITẽ ſtatuimus,& ordinamus,quòd ſi aliquis de ciuitate Camerini,caſtro,vel villa quod & quæ eſſet ſuppoſitũ,& ſuppoſita cõi Camerini,offenderet Poteſtatẽ, ſeu D. Vicariũ, ſocium militem,vel caſtellanum, vel Cap.ſiue aliquem alium officialem illius ciuitatis, vel caſtri,villæ,vel alicuius vniuerſitatis, qui dabitur ei per cõmune Camerini, vel eius iudices, vel notarios ipſius exiſtentes in officio dictæ terræ: & eundem Pot. Iudicẽ vel Notarium,ſiue Capitaneum,Caſtellanum,vel Vicarium interficiet: pœna cõfiſcationis omnium bonorum,& capite puniatur: ita quòd moriatur. Et hac de cauſa non poſſit per Superiorem gratiari, ſi non peruenerit in fortiam curiæ. Si autem aliquem percuſſerit, vel offenderit iniuriosè, & ex percuſſione ſanguis exiuerit: puniatur in duplici pœna. Et ſi pœnam non ſoluerit infrà decem dies: manus dextera percutienti debeat amputari. Si autem offenderit aliquem de prædictis ſine ſanguine: puniatur ea pœna, qua puniretur ciuis offendens ciuem. Si autem interfecerit, vel aliter offenderit aliquem domicellum, berruarium,vel familiarem dictorum officialium: puniatur ſicut puniretur de maleficio quod commiſiſſet aliquis ciuis Camerinenſis offendens aliquem alium ciuem ſecundùm formam ſtatutorum.

De pœna intrantis irato animo in domum alicuius propriam, vel conductam. Rub. 100.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd ſi aliquis intrauerit irato animo in domum alicuius propriam vel conductam,vel poſſeſſam ſine voluntate, vel contra voluntatem domini, aut eius cuius eſt, aut conductoris, vel veri poſſeſſoris: ſoluat pro pęna cõis decem lib.den. pro qualibet vice. Et ſi iniurias ei, vel ſuæ familiæ in ipſa domo dicto,vel facto intulerit: ſoluat pęnam,ac ſi dixiſſet,uel feciſſet coràm Poteſtate,uel alio iudice. Et ſi ille, cuius eſſet domus propria,vel conducta,uel alius de ſua familia aliquid faceret, cõtra eum, non teneatur ad bannum, uel pęnam, niſi forte ad ipſam domum cum baiulo incederet, uel intraret. Et ſi eundem intrantem domum occideret: teneatur ad pęnam homicidij in caſu prædicto. Conductori tamen,aut eius hæredi,uel alteri perſonæ quoquomodo offendere,uel iniuriam inferre in ea dño, cuius eſt proprietas, uel alij de ſua familia non liceat.

De inciſione vineæ,combuſtione metæ,lini,fabæ,frumenti,caſſinæ, & fractione domus. Rub. 101.

ITem ſtatuimus, & ordinamus,quòd ſi quis inciſerit vineam,ſeu combuſerit metam fabæ, lini, frumenti, vel fregerit domum,ſeu molendinum,vel combuſerit caſſinam cum paleis,vel ſine paleis, vel pagliarium palearum,uel fœnum,ſeu bladum de meta, & vltrà quinque couos grani abſtulerit: ſi quidem abſtulerit metam fabæ,lini,frumenti,vel alterius ſegetis vltra quinque couos: ſoluat pro pęna cõmunis L.lib.den. ſi verò combuſerit ea,vel aliquod eorum,ſiue domum fregerit,vel molendinum, uel vineam inciſerit, ſiue cõbuſerit; ſoluat pro quolibet,et qualibet vice pro pęna communis cccc. lib. den. & in quolibet caſu teneatur ad emendam damni, et intereſſe ipſum patienti: Et ſi pęnam nõ ſoluerit,et damnum non emendaret: perdat manum. Et ſi malefactor inueniri non poterit: contrata vbi fuerit,vel erit damnum datum emendare teneatur: Et etiam ciues, qui habitarent continuò cum ſua familia,vel cum parte, vel beſtias habuerit,vel laboritium fecerit in dicta contrata. quod locum habeat in his,qui ſunt effecti ciues à xxx. annis citrà. Si verò domum combuſerit in ciuitate, burgis, caſtris, vel villis, ſi dolosè. cc. lib.den.ſoluere teneatur: ſi ſine dolo.x.lib.den.et damnum emendare teneatur patientibus. quam pęnam ſi non ſoluerit infrà xv.dies, ſi dolosè fecerit: manus dextera ſibi debeat amputari. Si fregerit murum,uel ſteccatum alicuius caſaleni, vel reclauſtri, portã, vel oſtium: cõdemnetur in xx.lib.den.et damnum emendet patienti. Et ſi de nocte fuerit: duplũ ſoluere teneatur. de villa, ſeu loco interpretatio erit de villis proximioribus.

De non intrando tenutam,et poſſeſſionem bonorum alicuius apud alium conſtitutam,quibuſdam caſibus exceptis. Rub. 102.

ITem ſtatuimus, et ordinamus,ad hoc vt lites,et ſcandala inter ciues,comitatenſes, et diſtrictuales ciuitatis Camerini non valeant in poſterùm exoriri: quòd nulla perſona audeat,vel præſumat per ſe,uel alium intrare,vel apprehendere tenutam, uel poſſeſſionem bonorum alicuius apud alium conſtitutam ſua propria autoritate ſine licentia petita,uel obtenta à D. Poteſtate,vel Cap.uel à iudicibus alicuius ipſorum, ſiue alio iudice cauſarum cognitionem habente in ciuitate,comitatu,vel diſtrictu Camerini, niſi vocato poſſeſſore duabus citationibus factis per interuallum dierum. Et ſi fuerit contumax in non ueniendo infrà terminum dictarum duarum citationum, quòd fiat bannimentũ, in quo bannimento per iudicem aſſignetur terminus trium dierum: et ſi nõn comparuerit: per iudicem prædictum, à quo dicta licentia petita fuerit,detur licentia ingrediendi poſſeſſionem dictorum bonorum. Si uerò comparuerit legitimus contradictor, uel poſſeſſor,dictus iudex,coràm quo petita fuerit,debeat ſummarie,ſimpliciter,et de plano ſine ſtrepitu,et figura iudicii cognoſcere de iure partium: et procedere ſummarie, et diffinire,et dare,uel denegare dictam licentiam. Et ſi pronunciauerit dictam licentiam eſſe dandam: quòd teneatur,et debeat ipſum petentem immittere in tenutam, et poſſeſſionem bonorum prædictorum. Si uerò denegauerit quòd petens nullatenus per ſe uel aliũ poſſit intrare, et apprehendere tenutam, et poſſeſſionem bonorum prædictorum. Et ſi contra prædictam formam factum fuerit: dicta immiſſio,& apprehenſio dictæ tenutæ nõ ualeat,nec teneat ipſo iure, niſi licentiam habuerit uigore alicuius inſtrumenti,uel pacti quo caſu liceat ei ſua propria autoritate ingredi; non obſtantibus aliquibus ſtatutis in contrarium loquentibus. quæ quoad prædicta pro caſſis,et irritis habeantur. Saluo, et reſeruato iure proprietatis inter partes. Et prædicta non uendicent ſibi locum in filijs, et nepotibus,et aliis perſonis in poteſtate ipſius exiſtentis, et cum eiſdem cohabitantibus tempore ſuæ mortis. in quibus perſonis ſibi locum uendicet ius commune. Et ſi in prædictis contrafactum fuerit, ſi poſſeſſio fuerit ualoris cc. lib.den. uel abinde ſupra: condẽnetur in.L.lib.den.pro qualibet uice,et qualibet accuſatione facta diuerſis temporibus. Si uerò fuerit ualoris abinde infrà: ſimili modo in xxv. lib. den. condemnetur. Et ſi quis apprehendiſſet aliquam tenutam,uel poſſeſſionem alicuius rei, teneatur legitimè oſtendere

dere cauſam quare apprehenderit dictam poſſeſſionem infrà terminum ſibi dandum per officialem cognoſcentem de cauſa. Et ſi non oſtenderit legitimè, quod ipſam poſſeſſionem debeat relaxare ſtatim. Et ſi non relaxaret: condemnetur per Poteſtatem, uel Cap. uel alium iudicem de maleficiis cognoſcentem in xxv. lib. den. et nihilòminus relaxare teneatur.

De pęna inferentium uim expulſiuam, uel turbatiuam in rebus alterius. Rub. 103

PRæſenti lege decernimus, et diſtrictius iubemus, quòd nullus audeat, uel præſumat autoritate propria rem immobilem corporalem, uel incorporalem apud alium conſtitutam uiolenter inuadere, uel poſſeſſionem alicuius turbare, nec ius ſibi dicere in eadem præſente poſſeſſore, ſed ſuper ea iudicem adeat competentem. Et ſi contrafactū fuerit præter rei reſtitutionem, et damni ſatisfactionem, et turbatione ceſſante: xxv. florenos ad rationem xl. bononenorum pro quolibet floreno ſoluere teneatur ipſo facto. Et à dicta poena non excuſentur prætextu alicuius tituli, niſi illum habuerit à poſſeſſore: Et niſi habuerit licentiam à iudice præſente poſſeſſore, uel legitimè requiſito cōceſſam, uel requiſitam: uel licentiam habuerit ex pacto alicuius inſtrumenti, prout ſuperius eſt expreſſum.

De poena comitatenſium offendentium Camerinenſes, uel aſſociantium alium ad offendendum Camerinenſes. Rub. 104.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, ad hoc vt comitatenſes honeſtè uiuāt, & ab illicitis ſe abſtineant, quòd ſi aliquis comitatenſis, ſiue diſtrictualis cōis Camerini aſſociauerit aliquem Camerinenſem, vel forenſem ad offendendum aliquem Camerinenſem: ſoluat duplicem poenam, quam deberet ſoluere, ille Camerinenſis, vel forenſis, quē aſſociauerit (vt dictum eſt.) Et ſi aliquis comitatenſis eundem Camerinenſem quomodocunq; vel qualitercunq; offenderet in perſona, ſiue inſultando, ſiue alio modo: duplici poena puniatur, quia puniri deberet Camerinenſis offendens aliquem camerinenſem. Et idem dicimus de verbis iniurioſis.

De nō auferēdo aliquē de familia Poteſtatis, vel Cap. uel alterius officialis. Rub. 105

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi aliquis abſtulerit, uel auferri fecerit familiæ Poteſtatis, vel Cap. vel alterius iudicis, vel officialis cōis Camerini, uel alicui de familia alicuius eorum, ſiue berruariis curiæ Camerini aliquam perſonam contra eorum volūtatem, puniatur in ea poena pecuniaria, quam pati deberet talis captus ex cauſa, qua captus erit. Si autem deberet puniri talis captus ad mortem, in. ccccc. lib. den. Si ad detrūcationem, uel perditionem membri, ſiue ad aliam poenam corporis afflictiuā, in. cc. lib. den. pro uice qualibet puniatur talis auferens, uel auferri faciens. Si uerò uniuerſitas alicuius caſtri, uel uillæ, quæ acceperit, uel exemerit familiæ Poteſtatis, uel Cap. uel alterius officialis cōis, ſiue berruariis curiæ prædictæ Camerini: puniatur in. ccccc. lib. den. Si talis captus perſonaliter ad mortem puniri deberet. Si ad perditionem mēbri, uel ad poenam aliquam corporis afflictiuam in. cc. lib. den. Si pecunialiter ſimili poena, quam ſoluere tenebatur talis captus, uniuerſitas teneatur. Si uerò aliquis acceperit, uel abſtulerit aliquā perſonā cuſtodibus, uel berruarijs cōis Camerini euntibus de nocte contra ſuam uoluntatem poſt tertium ſonum campanæ in xxv. lib. den. condemnetur. Et ſi aliquis acceperit aliquem, qui perduceretur in manus Poteſtatis, uel alterius officialis cōis Camerini alicui cuſtodi graſſiæ, ſiue proſtimæ, uel alii perſonæ, quæ eum duceret ad commune Camerini, puniatur in xxv. lib. den. cōi Camerini ſoluendis. Et quicunq; fuerit requiſitus per aliquem ex familiaribus Poteſtatis, uel Cap. uel alterius officialis ad capiendum aliquem exbannitum, & condemnatum à. L. lib. den. ſupra, & non præſtiterit iuxtà ſuum poſſe auxilium: puniatur, & puniri poſſit per Poteſtatem, uel Cap. uel alium iudicem de maleficio cognoſcentem cōis Camerini, & eorum officiales, in x. lib. den. Si fuerit ſpecialis perſona, ſi fuerit ſyndicus alicuius caſtri, uel uillæ in xxv. lib. den. Si uerò aliquis exemerit aliquem de familia Poteſtatis, uel alterius officialis cōis Camerini, uel berruariis,

qui exemptus captus eſſet pro debito, & quacunq; teneatur ipſe eximens ſoluere totum debitum, quod dictus captus exemptus ſoluere tenebatur: & condemnetur ipſe eximẽs in xxv.lib.den.

De pœna accipientium de capite caputeum,& ſimilia,& ſpuentium. Rub. 106.

Item ſtatuimus,& ordinamus,quòd quicunq; iniurioſè alicui cadere fecerit, vel acceperit de capite caputeum,birretum,ſiue galerum,vel infulam,puniatur pro qualibet vice in.c.ſol.den.Et ſi aliquis ſpuerit alicui in faciem,ſiue in os,& in collo,ſeu à collo ſupra: puniatur in x.lib.den.pro quolibet,& qualibet vice. & ſi à collo infrà in v.lib. den.

De pœna facientis alicui cadere dentem. Rub. 107.

Item ſtatuimus, & ordinamus,quòd quicunq; fecerit alicui cadere dentem,ſeu dentes quomodocunq;,& qualitercunq; puniatur pro quolibet dente in L. lib. den. & ſi non ſoluerit infrà.x.dies à die latæ ſententiæ pro quolibet dente.c.lib. den. ſoluere teneatur.

De pœna facientium cadere,uel accipientium de capite vectam,vilictum, & ſimilia. Rub. 108

Quoniam inhoneſtum eſt verecundiam facere mulieribus: ſtatuimus, & ordinamus,quòd quicunq; maſculus fecerit alicui mulieri bonæ conditionis,& famæ iniurioſè cadere de capite,ſiue acceperit vectam,vel drappellum,vel vilictum, vel pannũ, quem in capite portaret, puniatur pro vice qualibet in.x.lib.den. Et ſi mulier mulieri in quinq; lib. den. puniatur: dummodò prædicta non intelligantur in familiaribus ſimul morantibus,dum inter ſe prædicta facerent.

De pœna dilaniantium caputeum,vilictum, & ſimilia. Rub. 109.

Item ſtatuimus,& ordinamus quòd ſi quis dilaniauerit alicui pannos,caputeum,infulã vectam,vilictum, ſiue drappellum: puniatur in. x. lib. den.& in emendatione damnũ patienti.

De pœna facientis alium cadere in terram, & dantis ſpatazzatam, & ſpintam, proijcientis in terram,& ſimilia. Rub. 110.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quòd quicunq; fecerit aliquem iniurioſè cadere in terram, condemnetur pro quolibet,& qualibet vice in xxv.lib.den.Si verò dederit ſpatazzatam, uel ſpintam alicui: & ex caſu,uel ſpinta, vel ſpatazzata percuſſerit caput, vel faciem in terra,uel muro,uel ad aliquod aliud,vel ſuper lapidem,uel ſuper aliquod aliud ita quòd ſanguis exiuerit in L.lib.den.debeat condemnari. Et ſi ex dicta percuſſione in facie ſignum eſſet perpetuò remanſurum cum cicatrice deformante faciẽ in. cc.lib. den. debeat condemnari. Et ſi dictam pœnam non ſoluerit infrà decem dies: ſibi manus dextera debeat amputari. Si autem caſu,ſpinta,vel ſpatazzata percuſſerit aliam partẽ corporis cum ſanguine, & vulnere: in xxx. lib.den.debeat condemnari. Si autem ſine vulnere, & cum ſanguine,vel ſine ſanguine in xxv.lib.den.debeat condemnari. Si uerò ex dicta ſpinta,uel ſpatazzata fregerit aliquod membrum: condemnetur ea pœna, qua cõdemnari deberet frangens alicui membrum ex forma ſtatutorum dicti cõis.Si verò traſinauerit aliquem per terram in xxv. lib. den. debeat condemnari.

De pœna proijcientis alicui in faciem turpitudinem, vel in alia parte corporis. Rub. 111.

Nouis iniuriis alios offendentes tranſire nocentes impunes,rationi non congruit. Et ad hoc vt ipſi debita pęna puniantur. Ideo ſtatuimus,& ordinamus,quòd quicunq; ſtercus,uel aliam turpitudinem in facie aliorum, uel in os proiecerit,ita quòd faciem deturpauerit ſibi,ſoluat pęnæ nomine L.lib.den. Et ſi proiecerit in alia parte corporis, vel perſonæ,vel in dorſo,ſeu pannis, ita quòd faciat ei deturpationem in aliqua parte perſonæ,ſiue corporis,ſoluat pęnæ nomine pro vice qualibet xxv.lib.den. Et ſi proiecerit, & non percuſſerit, & nõ fecerit deturpationem in aliqua parte perſonæ: puniatur in centũ ſol.den.pęnæ nomine pro vice qualibet.

De non percutiendo,vel moleſtando ſe ipſum,& aliũ infamando. Rub 121.

Item

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi quis tantæ fraudis, vel ſuperbiæ extiterit, quòd ſemetipſum percuſſerit, vel momorderit, ſiue morſicauerit in aliqua parte perſonæ, uel fecerit ſibi ſanguinem exire, uel lacerauerit ſibi vultum, vel pannos, vel iniuriam aliquā ſine percuſſione ſibimet fecerit ex propoſito, vel vt alium innocentem infamet, puniatur & condemnetur illa pœna, qua puniri deberet, ſi in perſona alterius illud maleficium cōmiſiſſet. Exceptis illis, qui prædicta facerent in lugubriis quæ puniatur ſecundùm formā alterius ſtatuti loquentis de præſenti materia.

De vxore committente adulterium, vel fornicationem. Rub. 113.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi vxor alicuius cum aliquo commiſerit adulteriū vel fornicationem voluntariè: & maritus eam accuſauerit coràm Poteſtate, vel Cap. eorumq; iudicibus, vel aliis quibuſcunq; de maleficiis cognoſcentibus: & probauerit dictum adulterium vel fornicationem: tota eius dos ſit perpetuò eius viri. & ad reſtitutionem ipſius dotis vir illius, & eius hæredes nullo tempore compellantur. Et hoc intelligatur ſimiliter, ſi fuerit dotata à patre, vel per ſeipſam de bonis propriis ipſius mulieris. Et vir ipſius mulieris ad præſtandum, ſeu damnum ei alimenta non cogatur. Si verò nō plenè probauerit per teſtes, ſed probauerit per indicia manifeſta, & præſumptiones à iure permiſſas: quæ indicia, & probationes non faciant plenam probationem, habita licentia à iudice appellationum Camerini de torquendo ſecundùm formam ſtatutorum loquentium de licentia concedenda per D. Iudicem, Dño Poteſtati per contumaciam, de qua loquitur ſtatutum qualiter procedatur contra contumaces in maleficiis. nihilòminus ad tormenta procedat, & prout iuris fuerit iudex de maleficiis cognoſcens in dicta pœna debeat condemnare: dummodò ſola contumacia mulieris non ſufficiat, niſi probetur per modum in ſtatuto contentum. Si verò vxor tale maleficium committens, ſeu adulterium, uel fornicationem: dotem non habuerit, & habuerit aliqua alia bona, in ſuum uirum debeant deuenire præſentia, & futura, & uiri eſſe debeant, ſicut ſunt alia ſua bona. Et nihilòminus puniatur cōi in aliis pœnis in aliis ſtatutis, & ordinamentis de ſimili materia loquentibus contentis.

De marito retinente amaſiam. Rub. 114.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſi maritus alicuius mulieris amaſiam in domo ſua uel alibi publicè retinuerit, & cum ea adulterium, ſiue fornicationem commiſerit: puniatur in.c.lib.den. Si ſama publica fuerit de prædictis cū aliis indiciis legitimis. Et Por. & Cap. & quilibet eorum, ſiue alii iudices maleficiorum, de illis, qui commiſerint publicè, uel ſecretè tenuerint, poſſint, & debeant quolibet menſe inquiſitionem facere contra illos, qui talia commiſerint, & quos inuenerint contrafacere, punire, & condemnare in pœna prædicta. Præterea volumus, quòd Poteſtas, & Cap. & eorum iudices, & officiales, & alii de maleficiis cognoſcentes teneantur ex ipſorum officio, & ad denunciam petentis ſub pœna.c.lib.den.facere inquiſitionem per ciuitatem, & burgos Camerini cōtra omnes, & ſingulas mulieres, quæ maritum alicuius retinuerint in domo ſua publicè, uel occultè. Et ſi aliquam inuenerit contra dictam formam aliquem maritum alicuius retinere, uel quòd aliquis retinuerit (ut dictum eſt) puniatur.L.lib.den. Et ſi non ſoluerit infrà. x. dies à die latæ ſententiæ numerandos, ſuſtigetur per totam ciuitatem. Et ſi aliquis uxoratus, uel non uxoratus uxorem alterius retinuerit inuito marito libidinis cauſa, de qua ſit publica uox, et fama: condemnetur in.cc.lib.den. Et ſi ſoluere non potuerit infra.x.dies à die latæ ſententiæ: ſibi manus dextera amputetur. Saluo quòd ſi eam relaxauerit infrà tertiam diem ad petitionem uiri ipſius, ad medietatem dictæ pœnæ teneatur. Sed cuilibet liceat retinere pro famula uxorem alterius, marito uolente.

De uiro negante uxorem poſtquàm eam in domo retinuerit. Rub. 115.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd quicunq; retinuerit uxorem per aliquot tempus in domo, & poſtea negauerit illam eſſe ſuam uxorem, et probatum fuerit matrimonium uetè, uel præſumptiuè: quæ probatio fieri poſſit, et facta teneat, et ualeat coràm iu-

dice ſeculari cognitore talis quæſtionis per teſtes, uel inſtrumentum: Poteſtas, uel Cap. uel quilibet alter de maleficiis cognoſcens auferat pœnæ nomine.L.lib.den.Item qui ſecundam uxorē acceperit,uel deſponſauerit,prima uiuente, niſi à prima per ſententiā fuerit abſolutus.cc.lib.den.cōi Camerini ſoluere teneatur. Item ſiqua mulier retinuerit virum ſuum per aliquot tempus,et poſtea negauerit illum eſſe ſuum uirum, et probabitur matrimonium uerè,uel præſumptiuè: quod probari poſſit corām iudice ſeculari per teſtes, uel inſtrumentum: Poteſtas,uel Cap. ſiue alius quilibet de maleficiis cognoſcēs in ciuitate Camerini pęnæ nomine.L.lib.den.ſibi auferat pro cōi. Item mulier,quæ ſecundum uirum acceperit uiuente primo: niſi à primo per ſententiam fuerit abſoluta.cc.lib. den.cōi Camerini ſoluere teneatur. et quod dictum eſt de probatione fienda corām iudice ſeculari in caſu prædicto matrimoniali uerè,uel præſumptiue,Idem intelligatur ubicunq; oporteret probari de filiatione, de matrimonio,uel conſanguinitate, uel de uſuris,quòd poſſit fieri corām iudice ſeculari. Et ſi delinquētes in prædictis dictas pęnas nō ſoluerint infrà.x.dies à die latę ſententiæ, eis manus dextera debeat amputari.

De pęna facientium facturas,et incantationes. Rub. 116.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd Poteſtas, et Cap. et eorum officiales, et alii de maleficiis cognoſcentes quolibet menſe ſemel ad minus inquirant contra omnes, et ſingulas perſonas, quæ faciunt facturas,ſiue ueneficia, ſiue incantationes immundorum ſpirituum ad nocendum. et illam perſonam, quam inuenerit tali crimine pollutam per publicam famam cum uno teſte de ueritate,puniantur,et puniri teneantur in.ccccc.lib. den.pro qualibet uice: quas ſi ſoluere non potuerit,et non ſoluerit infrà.x.dies poſt condemnationem factam debeat igne cremari, ita quòd moriatur. Et quilibet ſit accuſator et habeat medietatem pœnæ. Et quantum ad diminutionem dictæ pęnæ, pacis beneficium talibus committentibus prædicta maleficia modo aliquo opitulari non ualeat, ſed beneficium confeſſionis proſit ad prædicta.

De pęna carnaliter cognoſcentium moniales et recluſas, et de ruffianantibus. Rub. 117.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſi quis in tantam peruenerit audaciam, et temeritatem, nullam Deo, nec hominibus reuerentiam portans, ſed potius grauibus iniuriis et etiam contumeliis deteſtabilibus eos afficiens, ut carnaliter cognoſcat aliquam monialem alicuius monaſterii, uel aliquā mulierem recluſam in aliquo carcere cauſa Deo ſeruiendi,uiolenter,ſiue uoluntariè,ſeu de ipſo monaſterio,uel de carcere extraxerit,ſeu in ipſo monaſterio, ſeu carcere ipſam carnaliter cognouerit, uiolenter, ſeu uoluntariè recluſa moniali prædicta, uel extrahi fecerit, et ad alia loca adduxerit,uel adduci fecerit,ſeu de ipſa carnali cognitione,uel extractione mediator,uel mediatrix aliqua mulier fuerit, uel leno,aut lena,in.ccc.lib. den.monetæ currentis pro quolibet, et qualibet uice condemnetur. Cuius pęnæ medietas ſit communis, et alia dicti monaſterii. Sed ſi fuerit carcer, alia medietas ſit operis eccleſiæ S. Mariæ maioris. Et nihilòminus dictam monialem recluſam reducat,et reponat in priſtinum ſtatum, ſeu priſtinam libertatem. Et ad id faciendum poſſit de facto coërtione reali, & perſonali, et per deſtructionē bonorum et rerum ipſorum delinquentium coerceri,et conſtringi. Et quouſq; ipſam non reſtituerit priſtinæ libertati, poſſit impunè offendi quomodolibet in perſona, et rebus. Et ſi ipſam condemnationem non ſoluerit infrà.x.dies poſtquàm ſententia tranſiuerit in rem iudicatam: amputetur ſibi pes: ita quòd à corpore ſeparetur. Et ſi mulier fuerit mediatrix, ſeu ruffiana de prædictis, uel aliquo prædictorum,et noluerit, ſeu non potuerit ſoluere dictā condemnationem contra eā factam infrà dictum terminum decem dierū fuſtigetur per totam ciuitatem una die ſabbati,et nihilòminus ſit in perpetuo banno cōmunis ciuitatis prædictæ, et eius comitatus, et diſtrictus. Si uerò prædicta, uel aliquod prædictorum aliquis attentauerit, et ad effectum non perduxerit: in.c. lib.den.pro quolibet,et qualibet uice condemnetur. Et ſi dictam condemnationem non ſoluerit infrà x.

dies

dies poſtquàm ſententia tranſiuerit in rem iudicatam: puniatur pœna corporali, prout ſuperius dictũ eſt in mare, et muliere. Et in prædictis Poteſtas, et Cap. et quilibet ipſorũ et alii iudices de maleficiis cognoſcẽtes in ciuitate prædicta, qui prius præuenerint, poſſint ꝓcedere ſummarie, ſine ſtrepitu, et figura iudicii, ſimpliciter, et de plano: dummodò ſententia feratur in ſcriptis: et dȩ prædictis quantitatibus infrà x. annos à die commiſſi maleficii. Præſtantes uerò ad prædicta, uel aliquod prædictorum adiutorium, uel fauorem, uel alio modo, quàm mediando, uel ruffianando, puniãtur pro quolibet, et qualibet uice in medietate dictæ pȩnæ pecuniariæ. Et in prædictis poſſint procedere prædicti Poteſtas, et Cap. et alii iudices de maleficiis cognoſcentes, et eorum iudices, et quilibet ipſorum ſecundùm modum iam dictum ad petitionem ipſarum monialium, uel reclusarum, uel ſyndici monaſterii dictæ monialis, uel recluſæ, ſeu alicuius ex eius conſanguineis maris, uel fȩminæ ipſarum monialium, uel recluſarum uſq; in tertium gradũ accuſando, uel denunciando. quæ accuſatio, uel denunciatio appareat, ſeu apparere debeat in ſcriptis, et iurata: et aliter nõ poſſint officiales prædicti procedere in prædictis, niſi per accuſationem, denunciationem, & prout iam ſuperius declaratum eſt. Saluo, quòd ſi dicta monialis, & recluſa non haberet aliquem conſanguineum vſq; in tertium gradum: et de ipſo maleficio magna laboraret infamia, quòd prædicti officiales poſſint procedere ex mero eorum officio ad petitionem cuiuslibet petentis.

De pœna ſubducentium iuuenes ad ſponſalia, uel matrimonium contrahendum. Rub. 118.

ITẽ ſtatuimus, & ordinamus quòd ſi aliquis, uel aliqua ſubduxerit ſuis blãditiis, uel alio modo ſolicitauerit, uel coegerit aliquem iuuenem minorem xxv. annorum habentem patrem,, matrem, uel eius auum, vel auiam, ſeu fratrem carnalem, ſororem, vel auunculũ uel patruum ad contrahendum matrimonium, ſeu ſponſalia cum aliqua muliere: et in ipſo matrimonio, ſeu ſponſalitio non interuenerit conſenſus alicuius ex cõſanguineis prædictis ſeruata tantum gradus prærogatiua in dicto conſenſu adhibendo. Et ſi fuerint plures in gradu, quòd pariter conſentiant conſanguinei uiri aliàs præſumi poſſit, quòd dictũ matrimoniũ, ſeu ſponſalia non ſint paria, ſeu æqualia, ſed potius in ipſo facto ipſe iuuenis enormiter læſus, & deceptus præſumatur. Et ſeducens condemnetur pro quolibet, et qualibet uice in. ccc. lib. den. monetæ currentis. Et præſtans ad prædicta conſiliũ, vel fauorem, in medietate pœnæ iam dictæ puniatur: cuius medietas ſit communis, alia dicti iuuenis prædicto modo decepti, & ſolicitati. Et quòd dictus iuuenis debeat lucrari dotes ſibi datas, ſeu promiſſas ratione dicti matrimonii, ſeu ſponſalitiorum: non obſtante aliquo iure, ſeu pacto inito inter partes quocunq; iuramento vallato. Et nihilòminus dicta mulier maritata, uel deſponſata, ne remaneat indotata, debeat à patre, auo, fratre, uel alio, qui teneretur eam dotare, ſi dotata nõ fuiſſet iterum, & denuo ipſam dotare ſecundùm condecetiam, & qualitatem domus, & perſonæ ipſius mulieris, & perſonæ dotantis, ac ſi nunquàm dotem recepiſſet, & dotata non fuiſſet. Et quòd Poteſtas, & Cap. & quilibet alius iudex de maleficiis cognoſcens in ciuitate prædicta, qui nunc ſunt & pro tempore fuerint vel erunt, in prædictis, & pro prædictis procedere poſſint, & cõdenare ſecundùm modum, & rationem ſupra in præſenti ſtatuto eſt expreſſum. Et quòd in omnibus ſupradictis caſibus confeſſio delinquentium admittatur, quoad diminutionem quintæ partis pœnæ pecuniariæ, qua condemnari deberent. Et quòd beneficiũ pacis ipſis delinquentibus quoad diminutionem pœnæ pecuniariæ in aliquo non opituletur nec proſit.

De pœna cognoſcentium carnaliter mulieres viduas, & virgines. Rub. 119.

ITem ſtatuimus, & ordinamus quòd ſi aliquis cognouerit carnaliter, & voluntarie aliquam mulierem, vel ſtuprauerit, ſi fuerit virgo, puniatur in pœna. cc. lib. den pro quolibet, & qualibet vice. Et cognoſcens, & ſtuprans teneatur eam dotare ſecundùm conſuetudinem, & conditionẽ domus ipſius mulieris. Et ſi fuerit æqualis conditionis, ipſam

mulierem in vxorem accipere. Si fuerit vidua,puniatur in cxxv.lib. den. Si autem fuerit nupta puniri debeat in cc. lib.den . Si autem quis violenter carnaliter cognouerit, vel ſtuprauerit aliquam ipſarum,vel de domo propria, ſiue eius ſolitæ habitationis aliquam prædictarum extraxerit,vel rapuerit,vel rapi,ſeu extrahi fecerit,uel ad alia loca duxerit violenter, ſiue virginem immaturam, uel non viripotentem cognouerit pœnis legali bus in quolibet prædictorum caſuum ſubiaceat, & ſubiacere debeat'. Si aũt quis voluntarie aliquã dictarum extraxerit de ſua domo propria, vel ſuæ ſolitæ habitationis,& ad alia loca conduxerit animo eam cognoſcendi: puniatur pro quolibet, & qualibet vice in.c.lib . den. Et nihilòminus ſi in prædictis caſibus dictas pœnas infrà .x.dies poſtquàm ſentẽtia tranſiuerit in rem iudicatã,non ſoluerit: quòd amputetur ſibi manus, ita quòd à corpore ſeparetur . Et ſimiliter ſi quis carnaliter cognouerit famulam, vel pediſſequã ſi violenter,& ipſa famula cognita fuerit virgo,teneatur ad pœnam.cccc.lib.den. Et nihilòminus eam dotare ſecundùm qualitatem, & conditionem ſuæ perſonæ teneatur. Si verò non fuerit virgo: teneatur tantũmodo ad dictam pœnam.cccc.lib.pro quolibet, & qualibet vice . Si autem voluntarie carnaliter ipſam cognouerit: puniatur pro quolibet & qualibet vice in c .lib.den . Item ſiquis aliquam virginem,viduam,vel nuptam ruffianauerit ,ſiue ruffianus,ruffiana, leno, vel lena , ſolicitator, vel ſolicitatrix alicuius ex iã dictis mulieribus cognitis fuerit . Siquidem ipſæ mulieres cognitæ fuerint magnæ, ſeu mediocres bonæ conditionis,ſtatus,& honeſtæ vitæ pro quolibet,& qualibet vice tenea tur ad pœnam.cc. lib. den.& ſi non ſoluerit infrà.x.dies à die latæ ſententiæ : amputetur ſibi manus : ita quòd à corpore ſeparetur. Et nihilòminus expellatur de ciuitate , comitatu, & diſtrictu Camerini, & perpetuò exbanniatur: adeò quòd poſſit impunè offendi citra tamen mortem. Si verò eſſent mulieres minores,& bonæ conditionis,& famæ: puniatur pro quolibet,& qualibet vice in.c.lib. den. monetæ currentis. Præſtantes verò in prædictis,vel aliquo prædictorum adiutorium,conſilium,vel fauorem ad aliud,quàm ad illud, quod ſupradictum eſt,puniatur in medietatem dictarum pœnarum pecuniariarũ. Et raptor, ſeu ſolicitator,ſiue ſolicitatrix,uel raptrix dictarum mulierum non reſtitutarum in priſtinam libertatem poſſit cogi ad reſtituendum : & contra eos procedi ad illas pœnas modo , forma, & ordine contentis in præcedenti ſtatuto loquente de recluſis, & mõnialibus. Et Poteſtas,& Cap.& eorum iudices,& alii de maleficiis cognoſcentes poſſint,& debeant procedere ad petitionem ipſarum mulierum, vel viri, vel patris, vel matris,vel filii,uel fratris,vel ſororis carnalis, uel patrui carnalis , uel aui , uel auiæ, ſeruata tamen gradus prærogatiua accuſantium, ſeu denunciãtium,vel dñi ipſarum familiæ, uel pediſſequæ cum contra famulam,vel pediſſequam eſſent prædicta commiſſa: & non alio modo,ſeu alia via .Et de prædictis maleficiis poſſit & debeat cognoſci,& terminari infrà tempus infrà quod poſſunt cognoſci cætera maleficia,& delicta per formam ſtatuti cõis. & de maiori,minori,uel mediocri conditione mulierum,vel ſimilium ſtetur arbitrio , & declarationi dominorum Poteſtatis cum eorum iudicibus, uel iudicis maleficiorum . Si quis verò aliquid prædictorum attentauerit,ad actum proximum veniendo, ita quòd ꝑ ipſum non ſtetit : in medietate dictarum pœnarum pecuniariarum cõdemnetur. ¶ Addimus huic ſtatuto , quòd ſi qua mulier eſſet malæ conditionis , & famæ, & de tali mala conditione,& fama probaretur,vel laboraret infamia, quòd cognouerit quis eam carna liter: puniatur qualibet vice in. x. lib.den. Sed hoc non intelligatur in meretricibus publicis, quæ in poſtribulo habitarent : de quibus nullam patiantur pœnam.

De pœna medici, aromatarii,barberii, uel ſutoris committentis ſcelera in domo, vbi conuerſantur. Rub. 120.

Item ſtatuimus,& ordinamus,quòd quicunq; aromatarius , barbitonſor, medicus, ſutor,fornarius,& quicunq; alius artifex, ſiue artiſta,vel aurifex occaſione ſuæ artis conuerſationem habuerit in domo alicuius, ſeu aliquorum,& fecerit aliquod ſcelus cum aliqua muliere exiſtente in domo prædictorum: puniatur in duplum eius , quod puniri de-

beret

beret per formas ſupradictorum ſtatutorum.

De raptoribus mulierum cauſa matrimonii contrahendi. Rub. 121.

Item ſtatuimus, et ordinamus, quòd cum auaritia,& inordinatus appetitus habendi ſint legitimis ictibus feriendi: propter quę utplurimum inuitantur homines ad delinquendum iniuriam, damnum,& opprobrium aliorum præſumentes eis licere, quod minimè licet: affectantes cōnubia præſentia, & futura, quæ æqualia, & condecentia iudicari non poſſint: imò potius per ea, quæ fiunt labes, & inconuenientiæ turpitudinis minimè euitantur. Ideo ad obuiandum prædictis, & peioribus, quæ fierent, et quæ propter prædicta poſſent veroſimiliter occurrere: decreuerunt ordinamento præſentis ſtatuti, quòd ſi aliquis tantæ temeritatis,& præſumptionis exiſteret, quòd violenter, ſeu voluntariè aliquam mulierem minorem xxv. annorum iungendi matrimonii cauſa ſecum, vel cum quocunq; alio rapuerit, ſeu acceperit ſeu ſubduxerit, ſeu ſeduci fecerit non habita expreſſa voluntate patris, ſi mulier ipſum habuerit, uel aui paterni, vel materni, vel auiæ paternæ, uel maternæ, ſi alios prædictorum non habuerit, uel fratris carnalis, vel ſororis, ſi alios prædictorum non habuerit(ſeruata ſemper tamen gradus prærogatiua) vel mediator, vel mediatrix de prædictis fuerit, ſeu in prædictis præſtiterit auxilium, conſilium, vel fauorem: puniatur pro qualibet vice in.ccc.lib.den.& in illo pluri, & in maiori quātitate vltrà dictas. ccc.lib. ſcilicet ad illud plus ad quod dotes, ſeu bona ipſius mulieris, quas,& quæ pro ipſo matrimonio contracto, vel contrahendo vir habiturus eſſet, ſeu ad ipſam mulierem pertinere veriſimiliter crederetur, ſeu extenderetur. Et ſi ipſam carnaliter cognouerit, plus quàm dicta pœna puniatur prout ſuperius continetur. Et ſi dictam pœnam ſoluere non potuerit, vel noluerit infrà x. dies poſtquàm ſententia tranſiuerit in rem iudicatam: amputetur ſibi manus dextera. & nihilòminus prædicti raptores, acceptatores, ſeu ſeductores, ſeu alius tenens cogatur dictas mulieres reſtituere priſtinæ libertati. & ad id poſſit procedi eo modo ad ipſas pęnas imponendas ſecundùm quod cōtinetur in ſtatuto ſupradicto de monialibus, & recluſis. Hoc tamen ſaluo, quòd ſi mulier fuerit.xv. annorum, ſeu maior,& non habuerit patrem, uel auum paternum, ſeu matrem, uel vitricum non habeat, ſeu alios de prædictis conſanguineis poſſit ſe nubere viro eam capere volenti ſine pęna,& banno de conſenſu duorum proximiorum conſanguineorum ex prædictis. et ſi aliquem de prædictis non habuerit: poſſit ſe nubere, dummodò ſponſalitia fiant publicè in aliqua eccleſia in ciuitate in præſentia Poteſtatis, vel Cap. & Dñorum Priorū collegij Doctorum, Procuratorum, et Notariorū, et Capitanei Mercatorum requiſitis etiam duobus conſanguineis, ſi ipſos habuerit, ipſius mulieris,& voluerint intereſſe: aliàs non præiudicet. Extrà ciuitatem verò adeſſe debeant præsbyter parochialis ipſius mulieris, ſyndicus,& maſſarii dictæ villæ, uel caſtri vnde eſſet dicta mulier deſponſata. Et ſi ſupradictos auum, patrem, vel matrem non haberet: nihilòminus proximi conſanguinei vocentur, vt ſuperius eſt expreſſum. Et de prædictis cognoſci poſſit per Poteſtatem, uel Cap. & quemlibet ipſorum, uel alium iudicem maleficiorum ciuitatis Camerini & contra omnes,& ſingulos delinquentes procedere poſſit: & repertos culpabiles punire, & condemnare. Et notarii, qui fuerint rogati de matrimonio, vel pro miſſione dotium, vel alio inſtrumento alienationis, quod fieret per dictam mulierem cōtra dictam formam: & dñs, ſeu habitator domus in qua dictum matrimonium, ſeu contractus fieret, & teſtes etiam, qui interfuerint, puniantur, & condemnentur ſcilicet notarius,& dñs, ſeu habitator domus in.L.lib.den.pro qualibet vice,& quolibet ipſorum: & teſtes in xxv.lib.den.& omnes,& ſinguli contractus, tàm dotis, quàm alienationis cuiuſcunq; facti per dictam mulierem prædicto modo ſubductam, uel raptam, ipſi raptori, ſolicitatori, deceptori, aut ſubductori, ſeu alteri recipienti ſimilem promiſſionē, vel cōtractum pro aliquo prædictorum, ſint nulli ipſo iure. Et hoc vendicet ſibi locum in præſentibus,& futuris: ſtatuto, lege, ordinamento, ſeu canone in contrarium non obſtante. Et ad probandum omnia ſupradicta ſufficiat probatio ſex teſtium bonorum omni exceptione

ptione maiorum de fama publica cum aliis indiciis legitimis vno, vel pluribus. De quibus ſtetur dicto Poteſtatis vel Cap. vel alterius iudicis de maleficiis cognoſcentis procedentis in prædictis cum conſilio ſuorum iudicum: dummodò teſtes debeant interrogari de cauſa ſcientiæ, & reſpondere, et reddere rationabilem cauſam.

Quòd mulieres malæ famæ ſtare non poſſint in ciuitate, & burgis Camerini. Rub. 122.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd nulla mulier malæ conditionis, opinionis, & famæ infrà ciuitatem, & burgos habitare poſſit: maximè per. xx. domos propè locum fratrũ minorum, et aliorum locorum religioſorum. Et ſi habuerit verba iniurioſa, vel cõtentionem cum aliquo, vel aliquibus, ſi verberabitur ab aliquo de ciuitate, comitatu, vel diſtrictu Camerini: et ille iniuriam ei, vel eis diceret: dicens, vel verberans ſit impunis, et maximè contra datiuam non ſoluentẽ communi Camerini, et alia obſequia non facientem. Et hoc Poteſtas, et Cap. et alij iudices de maleficiis cognoſcẽtes obſeruent, et obſeruari faciant præcisè vinculo iuramenti, ſeu iuxtà alias eccleſias ciuitatis, burgorum, et caſtrorum muratorum Camerini. Et nulla mulier malæ famæ iuxtà aliquam eccleſiam ciuitatis habitare poſſit propè per x. domos. et ſi inuenta fuerit: fuſtigetur. et poſſit quilibet eam offendere ſine pœna, et banno. Et quòd dicto, et atteſtationi dictarũ mulierum malæ conditionis, et famæ, ſi inducerentur ad teſtimonium perhibendũ ſtari, et credi non debeat: et earum dicta, et atteſtationes nullam faciant probationem.

Quòd publicæ meretrices ſtare debeant extrà portas, et corpus ciuitatis, et burgorum. Rub. 123.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd mulieres malæ conditionis, et famæ forenſes. ſ. publicæ meretrices non morentur; nec ſtent, nec ſtare, et morari præſumant infrà ciuitatẽ Camerini ſcilicet infrà corpus, ſeu ianuas ipſius ciuitatis, et burgorum. Sed liberè morentur, et ſtent, et ſtare poſſint vbiq; extrà portas, et corpus dictæ ciuitatis ſine pœna, et banno. Cum conueniens ſit ſtare, et morari extrà ciuitatem: capitulo aliquo non obſtante. Et quicunq; proponeret, et conſuleret, ſeu arrengaret, ſeu contra prædicta opem daret ſcilicet (quod habitare poſſint infrà ciuitatem, et burgos) ſit infamis, et omnia eius bona deueniant in commune, et poſſint impunè offendi. Et Poteſtas, et Cap. et quilibet alii officiales teneantur prædicta obſeruare ſub pœna xxv. lib. den.

De pœna facientium prælium. Rub. 124

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd non fiat prælium aliquod aliquo tempore in mercatali planulæ, nec in aliis locis ciuitatis per aliquem, vel aliquos cum ſungis, iectis, vel mazzafionghis, ſiue cum manibus, vel lapidibus, vel baſtonis, uel alio genere armorum, nec facere præſumat alter cum altero, vel aliqui contra aliquos. Cum contrata cum homines habentes vineas maximum damnum patiantur: & etiam traſannæ communis deuaſtentur omnino occaſione prædicta, ſcilicet coppi ipſarum traſannarum. Et qui contrafecerit: ſoluat pro banno communi pro quolibet minore. x. annorum. xx. ſol. den. cuius banni medietas ſit communis, et alia accuſatoris. Et nihilòminus fuſtigetur in palatio per baiulum communis, et ſteẽ ſacramento accuſatoris vſq; ad quantitatem. c. ſol. den. Et vnicuiq; ſit licitum accuſare, ita quòd prædicta non fiant. Et Poteſtas, et Cap. et quilibet alius de maleficijs cognoſcens teneatur inquiſitionem facere de prædictis (ſi fierent) omni die vinculo iuramenti ad pœnam xxv. lib. den. Si uerò fuerit maior x. annorum, et minor xiiij. annorum: puniatur in. x. lib. den. pro quolibet, et uice qualibet. Et maior xiiij. annorum, et minor. xx. in xxv. lib. den. de maiori verò xx. annorum in L. lib. den. debeat condemnari. Si quis verò maior xiiij. annorum aliquem prouocauerit, ſeu irritauerit ad rixandum, ſeu præliandum: puniatur de facto in x. lib. den. Si quis prædictorum præliantium aliquod maleficium in dicto prælio commiſerit: prædictas pœnas in duplum ſoluere teneatur. Si quis à muro, feneſtris, uel aliunde ab alto lapides, uel aliud proiecerit, ſi non percuſſerit: puniatur in duplum dictarum pœnarum ſecundùm ætatẽ

ſuperius declaratam. Si quis inuentus fuerit per officiales in dicto prælio: puniatur in dictis pœnis pecuniariis ſummarie, omni iuris ſolennitate remota: excepto, quòd hoc probetur per duos teſtes adminus. Et de eo, quod per ſuam inuentionem deuenire fecerit in commune, habeat ipſe officialis inueniens quintam partem. Et cōtra prædictos procedi poſſit per quemlibet officialem communis per accuſationem, inquiſitionem, denunciationem, vel inuentionem ad petitionem cuiuslibet petentis: & repertos culpabiles punire, & condemnare ſummariè. Et ſi Poteſtas, & Cap. vel iudex de maleficiis cognoſcens fuerit negligens in procedendo in mittendo officiales ad capiendum præliantes: condemnetur in.c.lib.den. pro quolibet tempore ſyndicatus. Et ſi ſyndicatores nō condemnauerint: per Poteſtatem, vel Cap. uel alium iudicem de maleficiis cognoſcentem ipſi ſyndicatores pari pœna puniantur. Et quòd forenſes non ſoluentes aliqua obſequia communi Camerini puniantur pœna dupli, qua puniuntur ciues præliantes.

De furtis, & pœna furta committentium. Rub. 125.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd quicunq; fur peruenerit in fortiam cōis Camerini publicus, & famoſus, & fuerit furatus .x.lib.den. vel vltrà, ſiue vna vice ſiue in pluribus furtis, ſuſpendatur, ita quòd penitus moriatur. Si autem fuerit furatus minus .x.lib.den. vel res, ſeu res minoris valoris. x. lib. den. vſq; in L. ſol. den. manus debeat amputari. Abinde infrà fuſtigetur per ciuitatem in die fori. Si autem aliquis, qui non fuerit publicus, & famoſus fur, & latro, & fuerit furatus vſq; in Quinquaginta libris. den. vel ab inde ſupra, vel ab inde infrà, condemnetur cōi Camerini in quadruplum rei furtiuæ, & acceptæ: & ad reſtitutionem rei acceptæ illi, cui res fuiſſet accepta, & ſublata in eadē ſententia, ſiue vtrunq; in accuſatione petitum fuerit, ſiue non. Et in dictis omnibus caſibꝰ debeat fieri reſtitutio rei furto ſubtractæ, uel eius eſtimationis. Et hoc pro primo furto. Pro ſecundo verò furto, & ſecunda vice, quando non fuerit fur famoſus, & latro vltrà pœnam quadrupli, & rei furtiuæ reſtitutionem: fuſtigetur per totam ciuitatem Camerini. Si verò non venit, uel non eſſet in fortiam ciuitatis prædictæ, & communis ipſius: exbanniatur, & condemnetur in pœna ſuperius nominata: dummodò de furtis factis patri matri, fratri carnali, uel Zio carnali, patruo, vel auunculo, vel auo, qui non diuiſerint, nullus poſſit accuſare, niſi tātùm ille, cui factum fuerit furtum. Nec de dictis furtis factis conſanguineis prædictis, uel alio quocunq; facto poſſit inquiri, nec procedi per Poteſtatem, uel Cap. uel alium officialem, niſi per accuſationem illius, cui furtum factum fuerit. Si verò fuerit furatus .xx. ſol. den. uel rem minoris valoris: puniatur ita quòd bene ſit punitus arbitrio Poteſtatis, vel Cap. ſiue alterius iudicis de maleficiis cognoſcentis inſpecta qualitate, et conditione perſonæ vſq; ad decem lib. den. Si verò aliquis fur vel latro, qui furaretur, in domum alicuius intrauerit, & ille, cui factum erit furtum, denunciauerit ei, cuius eſſet dicta domus, quam intraret, quòd ipſum furem, & latronem caperet: Dicimus, quòd ipſum capiat, vel capi faciat, & captum teneat quouſq; familia Poteſtatis vel Capitanei, ſiue alterius iudicis de maleficio cognoſcentis iret pro eo: & ipſum duceret in fortiam Poteſtatis vel Cap. ſiue iudicis maleficiorum. Quod ſi non fecerit: ſoluat pœnæ nomine x. lib. den. Et ſi in capiendo, vel detinendo dictum furem uolens capere uel detinere dictum furem, percuteret ipſum furem cum ſanguine, uel ſine: non teneatur ad pœnam. Volumus ſtatuentes, quòd quicunq; acceptauerit fures, uel furta, robbatores, vel robbarias, ſeu illa ſcienter emerit eadem pœna puniatur, quemadmodum puniuntur, & puniri debent fures, & robbatores per formam ſtatuti: ſi ſcienter fures, robbatores, furta, uel robbarias, receptauerint. Volumus tamen, quòd in furtis pœnæ non duplicentur ratione temporis, uel loci.

De fure nocturno inuento de nocte in domo ad furandum, uel cauſa cognoſcendi aliquas vxores alicuius. Rub. 126.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd quicunq; fecerit furtum de nocte, uel furari uoluerit in domo alicuius (quod præſumatur eo ipſo, quòd in domo noctis tempore inueni-

retur) ſi ille, cuius domus fuerit, vel eius famulus, vel famula, uel alius, qui ſtaret in dicta domo, illum furem interfecerit, ad pœnam aliquam minimè teneatur. Siquis inueneri aliquem ad frangendum domum ſuam, oſtium, vel feneſtram domus, in qua habitaret, ſiue ſit propria, ſiue non, vel in ipſa domo, ſiue de die, ſiue de nocte ad furandum, uel cognoſceudum vxorem, uel filias, uel neptes, cognatam, vel aliquam aliam conſanguineā, vel affinem, familiarem cum ea in domo manentem, & tunc eum offenderit, uel interfecerit: ad pœnam aliquam minimè teneatur.

De incidente burſiam, ſiue crumenam, vel gironem alicuius. Rub. 127

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd quicunq; furtiue inciſerit, ſiue mutilauerit ſeu euacuauerit burſiam, vel erumenam, manicham, gironem, gaglioſſam, ſiue ſaccocciam: puniatur in.L.lib.den. Et damnum emendet patienti. quā pœnam ſi non ſoluerit infrà.x. dies poſt condemnationem: ei manus dextera debeat amputari. Et quicunq; defenderet aliquem, qui euacuauerit, ſiue amputauerit alicui burſiam, vel manicham, vel gironem, ſiue gaglioſſam, vel ſaccocciam: quominus duceretur in fortiā cōis, puniatur pœnæ nomine in xxv.lib.den.

De robbatoribus, & pœnis eorum. Rub. 128.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſiquis malæ cōditionis, & famæ aliquem per violentiam robbauerit, & res robbata valuerit.c.ſol. den. uel vltrá vſq; in.c.lib. den. condēnetur pro qualibet vice in xl. lib. den. Et ſi non ſoluerit infrà.x. dies poſt condemnationē: ſibi manus dextera debeat amputari. Si verò robbauerit rem valoris vltra.c.lib.den. capite puniatur. Si verò fuerit minoris valoris.c. ſol. puniatur in xxv.lib.den. & in reſtitutione rei robbatæ, vel eſtimationem ipſius, & in eadem ſententia, ſi petitum fuit in accuſatione, ſiue non, debeat condemnari in omnibus caſibus ſupradictis,. Et ſi non fuerit malæ conditionis, & famæ, & res robbata fuerit minoris valoris. c. ſol. den. condemnetur in.x.lib.den. & in reſtitutione rei robbatæ, uel eſtimatione ipſius in eadem ſententia, ſi petitum vtrūq; fuerit in accuſatione, ſiue non. Et ſi fuerit maioris valoris: puniatur, & condemnetur in quadruplum valoris rei robbatæ, & in eſtimatione rei robbatæ in eadē ſententia, ſiue petitum fuerit vtrunque, ſiue non: dummodò non intelligatur de rebus robbatis, quæ valerent minus.x.ſol. de quibus puniatur arbitrio poteſtatis, vel iudicis maleficiorum uſque in.c. ſol. den. ita quòd ſint bene puniti, & in reſtitutione rei robbatæ attenta conditione, & qualitate perſonæ.

De pœna frangentis murū, ſiue ſtationē alicuius, ſiue oſtiū vel feneſtrā. Rub. 129.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſiquis inuentus fuerit ad frangendum domū, ſtationem, oſtium, uel feneſtram alicuius: condemnetur in.c. lib. den. pro qualibet vice. Si probatum fuerit aliquem ire ad frangendum domum, ſtationem, oſtium, vel feneſtrā alicuius: poſſit Poteſtas, Cap. & quilibet de maleficiis cognoſcens arbitrio eorum condemnare inſpecta conditione, & qualitate perſonæ uſque in x. lib. den.

De frangentibus carceres communis Camerini publicos, in quibus captiui detinentur. Rub. 130.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd nullus audeat, vel præſumat rumpere, uel frāgere carcerem cōis publicum, in quibus captiui detinentur: nec de illo exire contra voluntatem cuſtodum, & ſine licentia D. Poteſtatis, & Cap. vel alterius officialis cōis Camerini ex quorum parte fuerint recommendati. Et qui contrafecerit: puniatur in.c.lib.den. vltrà pœnam, quam ſoluere deberet pro maleficio, pro quo eſſet detentus. Et ſi dictā pœnā ſoluere non potuerit: ſibi manus dextera debeat amputari. Prætereà volumus, quòd per aliquam curiam Poteſtatis, vel Cap. uel alterius iudicis de maleficiis cognoſcentis procedi non poſſit contra aliquem, qui eſſet detentus in carcere cōis ad aliquod exbannimentum, vel condemnationem, niſi haberet licentiam, & facultatem comparendi per ſe, uel alium legitimè corám curia; quæ procederet contra illum. Et cuſtodes carceris illum, contra quem procederetur, ducant, & ducere poſſint, & teneantur ad petitionē dicti

dicti carcerati tuta fiducia corâm curia procedente contra eum,ad hoc vt poſſit ſe defēdere. Et quòd cuſtos,ſiue cuſtodes permittant, quòd tales detenti poſſint conſtituere ꝓcuratorem,quem voluerint,ad ſe defendendum.

Quòd mulier exiſtens cum proprio viro non poſſit diffamari,vel accuſari de adulterio,niſi per certas perſonas. Rub. 131.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd nulla mulier maritata bonæ conditionis, & famæ ſtans,& commorans in vna domo cum proprio viro ſuo modo aliquo infamari,uel accuſari poſſit de adulterio,niſi per proprium uirum ipſius mulieris,uel patrem , uel fratrē, uel alium conſanguineum uſq; in tertium gradum. Et ſi aliquis accuſauerit aliquam cōtra dictam formam: in xxv.lib.den.condemnetur.

De pœna frangentis pacem. Rub. 132.

ITem ſtatuimus, et ordinamus pro ſtatu pacifico, & tranquillo ciuitatis , comitatus, & diſtrictus Camerini, quòd ſi inter aliquos inimicatos pax, ſeu concordia interuenerit, & facta fuerit de quibuſcunque iniuriis,& offenſionibus , uel odio quomodolibet. Et talis, qui pacem fecerit,offenderit , uel offendi fecerit poſt pacem factam ab eo publicè,uel occultè cum aliquo genere armorum,uel baſtono,capite puniatur: ita quòd moriatur tàm offendens, quàm offendi faciens rumpendo pacem . Et ſi haberi nō poſſit, ſit in perpetuo banno cōis Camerini . Et bona omnia ipſorum ſint communi Camerini applicata pro dimidia,& pro alia dimidia hæredibus offenſi,uel ipſi offenſo. Et ſuper prædictis tàm Poteſtas, quàm Cap. uel alius iudex de maleficiis cognoſcens, & ipſorum quilibet habeant plenum arbitrium inquirendi,procedendi,& condemnandi . Et à ſententia, quæ fieret, & proceſſu quolibet, qui fieret in prædictis, appellari non poſſit ad Cap. uel ad Poteſtatem,uel alterum iudicē. Et obſeruare teneantur tàm Poteſtas, quàm Cap. ſub uinculo iuramenti & alii de maleficiis cognoſcentes: non obſtantibus aliquibus ſtatutis communis,uel populi Camerini in contrarium loquentibus. Quibus omnibus per præſens ſtatutum uolumus derogari . ☞ Addimus huic ſtatuto , quòd prædicta non vendicent ſibi locum in pacibus,& inſtrumentis pacis per principalem , ſeu per procuratorē factis de maleficiis,de quibus facta eſſet accuſatio,inquiſitio,uel denunciatio. quæ paces fiunt ad euitandū pœnam, & bannum . Sed locum habeat in pace,& pacibus inter principales factis per oſculum , et promiſſionem factam hincinde de non offendendo per ſe, uel alium. Et de hoc per publicum inſtrumentum appareat,uel per teſtes fide dignos. Et etiam locum habeat in pacibus tantùm factis modo prædicto. Si uerò pax dicta,uel concordia facta fuerit per potum,uel comeſtionem , ſiue manuum tactum , ſiue amplexum, ſiue per paceri os communis,uel procuratores ad hoc ſpecialiter conſtituros. et talis, qui pacem fecerit , offenderit , uel offendi fecerit poſt pacem factam cum aliquo genere armorum,ut ſupra,puniatur, et puniri debeat in.ccccc.lib. den.communi Camerini . Et ſi non ſoluerit dictam pœnam,uel ſoluere non potuerit,uel noluerit infrà.x.dies poſt condemnationem factam : perpetuò banniatur à ciuitate , comitatu, et diſtrictu Camerini. Et non poſſit ad ciuitatem, comitatum,uel diſtrictum Camerini reuerti , uel rebanniri, niſi prius dictam pęnam ſoluerit,et pacem ab offenſo,uel eius hæredibus habuerit.

Quòd paces ſint ratæ,et firmæ: et detur opera,ut concordentur diſcordes non tamen cogantur. Rub. 133.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd Poteſtas, et Cap.et quilibet de maleficiis cognoſcens teneatur, et debeat pacē,et concordias factas hactenus,et fiendas inter homines ciuitatis,comitatus,et diſtrictus Camerini de maleficiis , et occaſione maleficiorum , et alia quacunq; de cauſa ratas , et firmas habere, et eas facere inuiolabiliter obſeruari. Similiter Poteſtas, et Cap.et quilibet de maleficiis cognoſcens teneantur inquirere contra omnes homines ciuitatis,comitatus,et diſtrictus Camerini , qui habent ad inuicem diſcordias : et dare auxilium,conſilium,et fauorem et ſtudium, et operā efficacem, qualiter àd concordiam reducantur : non tamen poſſint diſcordantes cogere,niſi quatenus

de eorum proceſſerit voluntate.

De pœna portantium arma vetita. Rub. 134.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd nemo audeat portare cultellum, ſpontonem, vel alia arma vetita per ciuitatē,& burgos ciuitatis Camerini de die vel de nocte. Et quicunq; inuentus fuerit portare de die per ciuitatem,& burgos cultellum, ſpontonem, vel alia arma vetita, puniatur,& condemnetur pro qualibet vice in xl.ſol.den. Si verò fuerit de nocte obſcura: puniatur in.c.ſol.den.dummodò qui inuentus fuerit portare in eūdo,& redeundo extrà ciuitatem,ad pœnam non teneatur. Et ad hoc ſufficiat probatio vnius teſtis.Et hoc Poteſtas,vel alius de maleficiis cognoſcens bannire faciat infrà octo dies poſt introitum ſui regiminis.

Quòd non ordinetur aliquid contra punitionem maleficiorum, vel pro tollendo, caſſando,& ſuperſedendo. Rub. 135.

STatuimus,& ordinamus,quòd propter punitionem maleficiorum,& pro conſeruatione iuris,& iuſtitiæ,& ne illi,qui cōmittunt maleficia,euadant impuniti: dñi Poteſtas, & D.Priores populi Camerini præſentes, & futuri nunquàm poſſint proponere,ordinare, vel facere aliquid contra punitionem maleficiorum: nec de tollendis, caſſandis, ſuſpendendis, vel reuocandis aliquibus condemnationibus criminalibus,nec aliquibus ꝓceſſibus ciuilibus,vel criminalibus pendentibus in curia Poteſtatis,vel Cap.communis, ſiue alterius iudicis maleficiorum dictæ ciuitatis: nec deliberatione, vel abſolutione,vel impunitione aliquorum maleficiorum, vel qui maleficium commiſerit ad pœnā cccc. lib.den.pro quolibet Cap.& alio quolibet contrafaciente,& qualibet vice puniantur. Et ſi ſecus factum fuerit, vel ordinatum: non valeat, nec teneat vllo modo.Et quòd de prædictis ſyndicentur expreſſe prædicti Poteſtas, & Cap. vel alius Iudex aliquibus aliis ſtatutis,& ordinamentis incontrarium loquentibus non obſtantibus.

De pœna exbanniti committentis maleficium, vel homicidium,vel alias percuſſiones facientis. Rub. 136.

ITem ſtatuimus, & ordinamus,quòd ſi quis exbannitus à L.lib.ſupra, & condemnatus pro maleficio pro quo poſſet impune offendi, donec de dicto banno exiuerit, fecerit homicidium: Poteſtas,& Cap.ſeu alter eorum, vel alius de maleficiis cognoſcens, eidē ſi capi poterit, caput faciat amputari, ita quòd moriatur. Si autem percuſſerit, & de percuſſione ſanguis exiuerit: Poteſtas,& Cap.ſeu iudex de maleficiis cognoſcens ſibi manū dexteram faciat amputari.

Quòd non offendatur malefactor, qui duceretur per familiam Poteſtatis, & Cap. vel officialis cōmunis. & liceat offendere forenſem aſſociantem malefactorem exbannitum. Rub. 137.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, & præſenti ſtatuto duximus decernendum, quòd nemo audeat, uel præſumat aliquem offendere malefactorem,dum duceretur per familiam Poteſtatis, & Cap.ſiue alterius iudicis de maleficiis cognoſcentis, vel per homines caſtri,uel villæ,ſeu alterius loci cōis Camerini in fortiam cōis,vel eum conduceretur ad carcerem cōis Camerini,uel in ipſo carcere,& palatio. Et ſiquis offenderet: duplici pœna puniatur, qua puniri deberet, ſi aliū offenderet, qui non eſſet exbannitus de illo maleficio, vel ſecundùm maleficium illud quod faceret, uel perpetraret: non obſtante aliquo exbannimento de eo facto. Et ſi aliquis offenderet aliquem forenſem, qui aſſociauerit,uel aſſociaret aliquem exbannitum cōis, vel condemnatum,uel malefactorē, uel qui ei daret auxilium, vel fauorem ad pœnam aliquam minimè teneatur.

De pœna ſerui,& famuli percutientis dominum,uel dominam, filios, vel filias, et nepotes ſimul habitantes. Rub. 138.

ITem ſtatuimus, et ordinamus,quòd ſi quis famulus,uel ſeruus,uel ſcutifer alicuius occideret, vel percuteret, interficeret,uel vulnerauerit, ſeu percuſſerit ſuum dominum, vel dominam,filios, ſiue filias,nepotes, vel neptes ſimul habitantes, cum quo,uel quibus

moraretur

moraretur, ſi interfecerit: capite puniatur, ita quòd moriatur. Si verò percuſſerit: puniatur duplici pœna, qua punitur forenſis, ſi percuſſerit ciuem.

De pœna iniuriantium, uel blaſphemantium patrem, matrem, auum, vel auiam. Rub. 139.

CVM leges, et iura non ſolum offenſores parentum eſſe filios erubeſcant, ſed eis per filios omnem obedientiam, ac reuerentiam adhiberi præcipiant: ſtatuimus, et ordinamus, quòd nullus, vel nulla tàm nequam exiſtat, quòd patrem, vel matrem, auum, vel auiam modo aliquo verberare, uel ei contumeliam inferre præſumat. Et quicunq; filiorum, vel liberorum auſus fuerit contrafacere: de quo ſimplici, et nudo verbo patris, vel matris, aui, vel auiæ credatur: tribus annis extrà ciuitatem, comitatum, et diſtrictum per Poteſtatem, vel Capitaneum, ſiue alium iudicem de maleficijs cognoſcentem debeat exulare: aut per quinquennium in carcere communis in compedibus ſit detentus. Et de altero prædictorum faciendo ſit in prouidentia Poteſtatis, vel Capitanei, ſiue alterius iudicis de maleficiis cognoſcentis, filijs, uel liberis, tàm perfidis inferre. Et Poteſtas, et Cap. vel alter iudex maleficiorum qualitatem conſideret perſonarum in prædictis. Et ex tunc tàm crudelis filius, et liber ab omni hæreditate paterna, et materna, et auita priuetur, ſi pater, et mater, vel auus, et auia voluerint. Bona verò, et iura talium filiorum, et liberorum ſic delinquentium caſtrenſia, et quaſi caſtrenſia, et aduentitia, et profectitia, uel de quibus proprietas ad filios pertineret, merito tales filii, et liberi perdant, et pleno iure ad patrem, et auum paternum perueniant, ita quòd de eis poſſint liberè teſtari, et alienationes facere ſicut de aliis ſuis bonis. Ad quæ omnia, et ſingula ſeruanda, et executioni mandanda præcisè ſpeciali vinculo iuramenti Poteſtas, et Cap. et alij de maleficiis cognoſcentes teneantur, et duriorem ſententiam, ſi pater, uel mater, uel auus, uel auia voluerint, promulgare. Et de prædictis teneantur facere inquiſitionem ſingulis mēſibus. Et teneantur præſens capitulum legi facere in pleno, et generali conſilio ciuitatis Camerini. Et ſi Poteſtas, uel Cap. vel alius de maleficiis cognoſcens prædicta non fecerint, uel non obſeruauerint. c. lib. den. de eorum ſalario pro quolibet eorum ſoluere teneātur. Sed ſi filium, et nepotem infrà dictum tempus verè pœnituerint commiſſorum in patrem, matrem, uel auum, uel auiam, et pater, uel mater auus, vel auia cum maxima inſtātia filio, uel nepoti petierint indulgeri paterna pietate commoti: Poteſtas, et Cap. et quilibet alii iudices de maleficiis cognoſcentes poſſint, et debeant in omni caſu præſentis capituli talem filium, et nepotem reſtituere: et ei poſſint ueniā impartiri. Et quod iuſſerint, uel pronunciauerint iuxtà uoluntatem parentū, tollere contrario iudicio poſſint. Et prædicta vendicent ſibi locū, tàm in legitimis, quàm in non legitimè natis, emācipatis, et non emancipatis, et in deſcendentibus ab eis.

Quòd filii, et nepotes non uerberent patrem, et matrem, et ſint priuati alimentis, et poſſint emancipari. Rub. 140

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſi filius, uel nepos, qui patrem, uel matrē, uel auū paternum, uel alios parentes utriuſq; ſexus percuſſerit, uel in futurum percutiet: ab alimentis, et omni commodo paternis, et maternis, uel aui ſit priuatus. qui pater, mater, uel auus non cogantur, nec cogi poſſint per Poteſtatem, uel Cap. uel aliquem officialem communis Camerini ſub pœna. c. lib. den. ad præſtandum dicto filio, uel nepoti aliqua alimenta, niſi de ipſius patris, matris, uel aui proceſſerit uoluntate. Et quòd de prædictis iniuriis, et percuſſionibus factis ſufficiat publica uox, et fama, uel unius teſtimonium de uiſu. Et quòd tales filii, uel nepotes poſſint cogi per patrem, matrem, auum emācipari ad uoluntatem patris, uel aui paterni: non obſtante, ſi filius, uel nepos noluerit, uel nō conſenſerit ſe emancipari: et à paterna, uel auita poteſtate relaxari. Et Poteſtas, et Cap. et alii officiales tales emancipationes admittant ad petitionem patris, uel aui, capitulo aliquo nō obſtante, ſub pœna. c. lib. den. pro quolibet: et realiter, et perſonaliter cogāt tales filios, et nepotes talem emancipationem recipere. ſi talis filius, uel nepos ex parte Poteſtatis

ſtatis, Cap. uel alterius eorū officialium ſemel, et bis, peremptoriè fuerit citatus, ut ueniat ad recipiendum emancipationem. Et ſi non uenerit talis filius, uel nepos: protinus pro emancipato habeatur. Et prædicta omnia in prædictis capitulis proximè contenta ſeruentur in nepotibus non habentibus parentes.

Quòd non poſſit quis trahi extrà curiam cōis Camerini contra formam priuilegiorum. Rub. 141.

ITem ſtatuimus, quòd nemo de ciuitate, comitatu, & diſtrictu Camerini audeat, vel præſumat habere, vel vocare aliquem ciuem, vel comitatenſem ciuitatis Camerini ad aliam curiam, quàm ad curiam dictæ ciuitatis pro aliqua cauſa mota vel mouenda: nec audeat dare, uel concedere ius alicui ad hoc vt inde trahatur. & contrafaciēti Poteſtas, & Cap. vel alius de maleficiis cognoſcens auferant pœnæ nomine. L. lib. den. & ſi dictam pœnam ſoluere non potuerint: auferant eis quantum plus potuerint. Et hoc vltrà pœnas, & cenſuras in breui contentas. Et nihilòminus procurator, & aduocatus vltrà dictas pœnas priuentur eorum officio, & illud per annum continuum exercere non valeāt: & acta facta in cauſa ſint ipſo iure nulla, & executionem non mereantur. Et exequenti reſiſti poſſit. Et inſuper in defectu pecuniæ ipſum faciant forbāniri. Et inſuper cogāt ipſum amplius non procedere, nec procedi facere in alia curia. quā pœnam ſi Poteſtas, & Cap. vel alii de maleficiis cognoſcentes auferre neglexerint: de ſuo eandem pœnam ſoluere teneantur. Item ſi aliquis impotens ad ſoluendum dictam pœnam vocaret aliquem ciuē vel comitatenſem ad aliam curiam, & aliquis ciuis, vel comitatenſis de Camerino daret ei auxilium, & fauorem, ſupradictam pœnam. L. lib. den. debeat ſuſtinere. Item quòd notarius, qui ſcienter ſcripſerit citationem, quando aliquis citaretur ad aliquam curiā, ſoluere debeat ſupradictam pœnam. Excipimus clericos, uel laycos in cauſis matrimonialibus, & vſurarum. Et ſi aliqua perſona de ciuitate Camerini, aut eius comitatu, vel aliunde habens poſſeſſiones, & res in ciuitate, comitatu, vel diſtrictu Camerini traxerit per ſe, vel alium, ſeu alios, ſeu iura ceſſiſſet contra formam indulgentiarum cōceſſarum, ſeu priuilegiorum conceſſorum cōi Camerini à ſummis Pontificibus in aliquā curiam: condemnetur in pœna ſuperius declarata. Et in ciuili iudicio, ſeu criminali, niſi ſtatim deſiſteret, non audiatur. Et Camerarius cōis teneatur ipſi vocato contra dictam formā omnes expenſas facere omnibus expenſis communis Camerini. Sed prædicta non præiudicent habentibus pacta inter eos, quòd poſſint alibi conueniri: maximè mercatoribus publicis mercantiam exercentibus per ſe ipſos, vel contrahentibus cum eis de ciuitate, comitatu, & diſtrictu Camerini tantùm: quibus ſeruentur pacta, & promiſſa facta, & habita inter eos pro præterito, & futuro. Et quòd trahens aliquem ciuem, vel diſtrictualem ad aliquam curiam teneatur ipſi vocato reficere omnes expenſas per ipſum vocatum factas in dicta cauſa, ſeu dicto cōi, ſi pro cōi fuerint factæ dictæ expenſæ, ſummariæ ſine ſtrepitu, & figura iudicii: capitulo & ſtatuto aliquo non obſtante.

Quòd exbanniti pro debito morantes infrà diſtrictum Camerini capiantur. Rub. 142.

ITem ſtatuimus, & ordinamus quòd ſi aliquis exbannitus pro debito, quod ſit liquidū per ſententiam, ſteterit, vel habitauerit in aliquo caſtro, ſeu villa, ſeu in curia pertinētiis, vel diſtrictu alicuius caſtri, villæ comitatus, uel diſtrictus Camerini præcipiatur ſyndico, vel ſubſtituto à dicto ſyndico, & maſſariis illius caſtri, vel villæ, vbi vel in cuius iuriſdictione, vel pertinentiis, ſeu diſtrictu talis exbānitus extiterit, & habitauerit: ex parte Poteſtatis, vel Cap. vel alicuius eorum iudicis, vel alterius eorum ex iudicibus communis Camerini, per aliquem baiulum cōis Camerini, qui haberet licentiam in ſcriptis authenticam vel literam ſigillatam ſigillo cōis Camerini, vel Populi, quòd taliter exbannitum capere, vel ducere debeant: & repreſentent coràm ipſo officiali communis Camerini, ſiue Poteſtate, ſiue Cap. ſine iudicis mandato, cuius dictum præceptum factū fuerit ad terminum in eodem præcepto, vel literis eiſdem ſyndico, & maſſariis factis.

quod

quod ſi idem ſyndicus, uel maſſarii non fecerint, vel adimpleuerint: & poſt dictum præceptum eiſdem ſyndico, & quatuor maſſariis factum, exbanniti huiuſmodi ſteterint, & habitauerint in dicto caſtro, vel villa, vel eius pertinentijs, curia, vel diſtrictu, vel iuriſdictione teneantur & compellantur dictus ſyndicus, & maſſarij, quibus dictũ præceptũ factum fuerit, & commune, & vniuerſitas caſtri, vel villæ præciſè ſine oblatione libelli, litis conteſtatione, non obſtante aliquo ſtatuto cõis, ſeu populi dare, & ſoluere, & ſatisfacere creditori exbãniti prædicti omne id & quãlibet pecuniæ quantitatem, in quo vel qua ipſe exbannitus eidem creditori teneretur, vel eſſet obligatus. Et ad hoc cogatur ad petitionem ipſius creditoris, nulla exceptione obſtante, & ad ſciendum & inquirendum an exbannitus huiuſmodi poſt dictum præceptum ſyndico., & maſſariis caſtri, vel villæ factum ſteterit, & habitauerit in ipſo caſtro, uel villa, & eius pertinentiis, curia, vel diſtrictu: talis modus, & forma ſeruetur, videlicet, quòd coràm illo officiali, cuius mandato ſupradictum mandatum factum fuerit, offerantur per creditorem huiuſmodi exbanniti intentiones, & articuli ad hoc probandum: quibus omnibus oblatis citentur ſyndicus, & maſſarii ipſius caſtri, vel villæ. Et ſi comparuerint: detur eis copia ipſarum intentionũ & articulorum, vt poſſint ſuper ipſis facere interrogatorium, ſi uoluerint. Et poſtea ſuper ipſis intentionibus, & articulis recipiantur, & examinentur teſtes, quos creditor producere voluerit, nulla alia ſolennitate iuris, vel ordine iudiciario ſeruato, ſeu requiſito. Si autem præfati ſyndicus, & maſſarii infrà terminum aſſignatum non comparuerint, vel interrogatorium facere noluerint: recipiantur teſtes, quos creditor producere voluerit, ipſius ſyndici, & maſſariorum abſentia non obſtante. Et ſi per duos teſtes fidedignos probatum fuerit huiuſmodi exbannitum ſtetiſſe, & habitaſſe in ipſo caſtro, villa, & eius pertinentiis, curia, vel diſtrictu ipſius caſtri vel villæ: habeatur pro plena, & legitima probatione. & procedatur contra ſyndicum, & maſſarios, cõe, & vniuerſitatem ipſius caſtri, vel villæ ad petitionem ipſius creditoris modo prædicto, non obſtantibus feriis, nec diebus feriatis. & ſuper prædictis oĩbus, et ſingulis procedi poſſit quoad receptionem teſtium, et ad omnia alia diebus feriatis, et non feriatis: dummodò creditor teneatur cedere iura ſoluenti tale debitum: non obſtante ſtatuto in contrarium loquente. Et prædicta vendicent ſibi locum in præteritis, præſentibus, et futuris.

Quòd emẽtes bona exbannitorũ cogantur ſatisfacere creditoribus exbannitorum. Rub. 143.

QVia plerunq; contingit, quòd per debitores aliquorum delicta committuntur, propter quæ exbanniuntur, et condẽnantur, & eorum bona venduntur pro cõmuni Camerini: Et illi, qui emunt, recuſant ſoluere creditoribus illius exbanniti, et cõdemnati: et etiam dotes reſtituere, ſed petunt ſibi libellum dari, quod eſt valde iniquũ. Statuimus, et ordinamus, quòd ſi aliquis emeret à communi Camerini, ſeu ſyndico ipſius communis bona alicuius exbanniti, uel condẽnati pro maleficio, ſeu eius bona fuerunt ſtabilita, uel ſequæſtrata, teneantur, et debeant ſoluere, reſpondere, et ſatisfacere creditoribus illius exbanniti, et condemnati, cuius bona emerint, uel ſibi ſtabilita fuerũt eo modo, et ordine, et forma ſecundùm quòd tenebatur ille talis exbannitus, et condemnatus: et eo modo, forma, et ordine compellatur per Poteſtatem, et Cap. uel eorum iudices, uel alterius eorum ſeu per alios officiales communis Camerini, vt compelli poterat talis exbannitus ante maleficium commiſſum, et ante exbannimenta, et condemnationem. Et inſtrumenta, confeſſiones et alia executioni mandentur contra eum ſecũdùm quòd mandare poterant contra illum, cuius bona emerent. Et ſi ſtabilita, vel ſequęſtrata fuerint, aliquo capitulo cõis Camerini non obſtante, teneantur, et debeant præſens capitulum obſeruare, et executioni mandare ad petitionem petentis ad pœnam. c. lib. den. & ad hoc, vt præſens capitulum nullum errorem inducat, quòd ante venditionem, et ſtabilitationem bonorum alicuius debeat publicè bãniri per ciuitatem, et burgos Camerini, quòd quicunq; debet aliquid recipere à dicto exbannito, uel condemnato,

to cuius bona venderentur, cum omnibus ſuis iuribus corám D.Poteſtate, uel Cap. uel alio officiali debeat comparere.

Quòd notarii D.Poteſtatis, et Cap.et aliorum officialium forenſium non poſſint copiare, uel exemplare acta, uel ſententias cõis Camerini. Rub. 144.

SIquis notarius dominorum Poteſtatis, uel Cap. populi, uel alterius officialis forenſis dictæ ciuitatis copiauerit, exemplauerit, uel in publicam formam reduxerit aliquem actum, ſeu acta, ſeu condemnationem, ſeu abſolutionem maleficiorum: puniatur per rationatores communis tempore ſyndicatus ipſe notarius ꝓ quolibet, et qualibet uice in xxv.lib.den.communi Camerini applicandis. Et nihilòminus ipſa acta, ſeu ſcripturæ nõ ualeant, et pro non publicis habeantur. et ipſis actis, et ſcripturis per aliquem officialem dicti cõis fides aliqua non debeat adhiberi, uidelicet copiatis, uel exemplatis.

De libris, actis, et ſtatutis reſtituendis per officiales communis ſex diebus ante exitum ipſorum. Rub. 145.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd Poteſtas, et Cap.populi, et quilibet alius officialis forenſis teneantur, et debeant pœna.L.lib.den.pro quolibet, et qualibet vice in qua pœna per arrationatores communis tempore eorum ſyndicatus debeant condemnari, omnes, et ſingulos eorum libros publicos manu notarii, qui ipſos libros ſcripſerit, et omnia, et ſingula acta, et ſcripturas, quæ tempore eorum officii ad manus ipſorum, vel alterius ipſorum, et etiam ſtatuta dicti cõmunis quomodolibet peruenerint, ſex diebus ante exitum ipſorum officialium, ſeu alterius ipſorum, camerario dicti communis reaſſignare, et reddere cum effectu. Et facta dicta reaſſignatione: camerarius cõis teneatur, et debeat pœna.x.lib.den. et præſtiti ſacramenti, in qua per arrationatores ipſius tempore eorum ſyndicatus debeat condemnari, ipſos libros ſigillare ſigillo dicti cõis, et ſic ſigillatos ſtatim dare, et aſſignare iudici, et notarijs, qui ad reuidendum, et examinandũ ipſos libros per Magnificos D.Priores, et conſilium credentiæ ciuitatis Camerini fuerint deputati. Et ſi aliqua accuſatio, vel denunciatio poſt dictam conſignationem librorum ipſis iudicibus, et officialibus, vel alicui ipſorum daretur, vel porrigeretur per aliquẽ, quòd notarius maleficiorum teneatur ad pęnam.L.lib.den.ipſas in palatio, et ad banchum recipere, et iurari facere, et in quodam quaterno tranſcribere: et ipſum quaternum in fine eorum regiminis reaſſignare: et commiſſiones, citationes, et relationes, quæ fierent dictis vltimis ſex diebus in palatio Dñorum Poteſtatis, vel Cap. Camerini, vel alterius iudicis de maleficiis cognoſcentis valeant, et teneant, ac ſi facta eſſent ad banchum iuris maleficiorum traſannæ plateæ ſancti Angeli de Cam. dummodò prima citatio fiat cum tranſmiſſione cedulæ ſecundùm quòd continetur in ſtatuto de citationibus faciendis in criminalibus cauſis. Et idem dicimus in notario appellationum dicti Cap. populi, et in receptatione appellationum, quæ interponuntur ad Cap. uel alium ſuperiorem à ſentẽtiis, et proceſſibus Dñi Poteſtatis dicti communis, vel alterius iudicis maleficia cognoſcentis.

Quòd opponentes certas exceptiones in maleficiis, et non probantes puniantur certa pœna. Rub. 146.

ITem ſiquis in curiis maleficiorum dominorum Poteſtatis, vel Cap. uel alterius officialis ciuitatis Camerini iuriſdictionem habentis, per ſe, vel per alium contra aliquẽ proceſſum, accuſationem, inquiſitionem, vel denunciationem, uel cedulam, aliquam exceptionem oppoſuerit, vel opponi fecerit: & ipſam exceptionem, vel exceptiones non probauerit in totum, uel in partem infrà terminum opponenti per iudicem, vel officialem, qui de maleficio cognouerit, ſtatuendum: ſi de contentis in accuſatione, inquiſitione, vel denunciatione pœna reſultaret applicanda cõi Camerini uſq; in.x.lib. den. vel à. x. lib. infrà. Et opponens, vel opponi faciens, exceptionem, ſeu exceptiones non probauerit (vt dictum eſt) infrà terminum ſibi per iudicem, vel officialem, qui de maleficio cognouerit, aſſignatum, puniatur pro quolibet, & qualibet vice, & qualibet exceptione ꝑ

iudicem, vel officialem, qui de cauſa cognouerit, de facto ſine aliqua ſcriptura, uel proceſſu in xx. ſol. den. Si verò de contentis in accuſatione, inquiſitione, vel denunciatione pœna reſultaret communi applicanda vſq; in xxv. lib. opponens, ſeu opponi faciens, & non probans: puniatur in xl. ſol. den. modo, & forma prædictis. Si verò de contentis in accuſatione, denunciatione, vel inquiſitione pœna reſultaret communi applicanda vſq; in. L. lib. den. puniatur in. c. ſol. den. & abinde ſupra opponens, ſeu opponi faciens puniatur in. x. lib. den. modo, & forma prædictis. Quas pœnas, & quamlibet ipſarum iudex, ſeu officialis, qui de maleficio cognouerit, in cõe prædictum faciat deuenire.

Quòd bannimenta in maleficiis, & damnis datis ad ſententias audiendas habeant vim citationis. Rub. 147.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd bannimentum, ſeu bannimenta, quæ fiunt, vel fierent impoſterùm exparte D. Poteſtatis, vel Cap. populi, uel alterius officialis forenſis ad audiendum ſententiam, vel ſententias ſuper proceſſibus maleficiorum, vel damnorũ datorum, uel ſuper proceſſibus appellationis, habeant vim citationis, uel citationum peremptoriarum: facta tamen notificatione cum tranſmiſſione cedulæ prout in præcedentibus ſtatutis de materia loquentibus diſponitur. Et ipſa bannimenta, et bannimentum valeât ipſo iure, ac ſi oretenus pars per baiulum communis Camerini citata legitimè, & peremptoriè fuiſſet. Et perinde poſſint ſententiæ fieri ſuper dictis proceſſibus maleficiorum, vel damnorum datorum, uel proceſſibus appellationum, ac ſi partes eſſent legitimè citatæ peremptoriè, & ac ſi perſonaliter intereſſent ad dictas ſententias, ſeu ſentẽtiam audiendam, vel audiendas. Nec propterea poſſint vitiari ſententia, ſeu ſententiæ ſuper dictis proceſſibus ferendæ per dictos Poteſtatem, vel Cap. ſeu alium officialem forenſem dicti cõis, ex eo quòd teſtes non fuerint, ſeu eſſent citati ad dictam ſententiam, ſeu ſententias audiendas: dummodò bannimenta fiât pro parte dictorũ Poteſt. & Cap. vel alterius officialis forenſis, ſeu gerentis vices ad audiendum ſententias iam dictas. Et quòd facto dicto bannimento cum notificatione, & tranſmiſſione cedulæ, ut ſupra, & relatione ipſius in continenti, uel eodem die ipſæ ſententiæ poſſint ferri. & nullus poſſit dicere, allegare, uel opponere cauſam ignorantiæ, quòd dictum bannimentum non peruenerit ad ſuã notitiam. Et ſi allegaretur, uel opponeretur: ipſa allegatio, vel oppoſitio non valeat, nec teneat ipſo iure.

De non ludendo ad taxillos, vel morlam, vel alios ludos vetitos: & de denunciantibus ludentes: & quòd baractaria nullo modo vendatur. Rub. 148.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd nulla perſona audeat, uel præſumat ludere ad aliquem ludum taxillorum, morlæ, et chartarum in ciuitate, comitatu, & diſtrictu Camerini. & qui contrafecerit, ſi ad ludum azardi: ſoluat pro banno cõi Camerini pro vice qualibet decem lib. den. Si verò ad alios prædictos ludos: ſoluat pro banno cõi quilibet contrafaciens pro vice qualibet. c. ſol. den. cuius pœnæ medietas ſit communis, & alia ſit denunciatoris, & accuſatoris. Et ſi in aliqua taberna luderetur ad azardum, quòd Tabernarius, in cuius taberna luderetur, puniatur pro quolibet, & vice qualibet in. x. lib. den. Et idem dicimus, ſi luderetur in domo alicuius propria, vel conducta ſciente Dño domus, uel conductore in ipſa domo exiſtente, quòd ille, cuius eſſet domus, condemnetur in. x. lib. den. & ſi aliquis mutuaret ludenti, uel ludentibus ad ludum taxillorum, uel accõmodauerit taxillos ludentibus, ſoluat pro banno communi. c. ſol. den. Et quilibet ex ludentibus denarios ſibi mutuatos non teneatur reddere ipſos, nec debeat. Et ſi pignus habuerit mutuans, teneatur reddere illi, cuius fuerit. Et ſi de dicto mutuo fuerit factum inſtrumentum, non ualeat nec teneat, ſi hoc probatum fuerit per duos teſtes fidedignos dictum inſtrumentum ex iſta cauſa fuiſſe celebratum. ¶ Addimus huic ſtatuto, quòd cuilibet ſit licitum ludere ad aleas, ſiue tabulas in ciuitate, comitatu, et diſtrictu Camerini. Sed ante eccleſias per decem pedes, et uſq; ad tres petras vulgò nuncupatas plateę S. Venantii dictæ ciuitatis (quod ſpatium erit per trigintaquinq; pedes ante dictã ec-

cleſiam S. Venantii) nec in eiu s traſannis, nec in taberna, nec propè tabernam per tres domos, nec in traſanna, ubi ius redditur per D. Poteſtatem, uel Cap. populi, ſiue iudicē appellationis aliquis ludere non poſſit ſub dicta pœna. Et quòd nulla perſona poſſit ludere ad petramcauallam in plateis, et ſtratis publicis in ciuitate prædicta, nec in locis, nec in clauſtris religioſorum, et eccleſiarum pœna .x. ſol. den. pro quolibet et qualibet uice, qua contrafactum fuerit. et in prædictis poſſit procedi per Poteſtatem, Cap. et eorū officiales, et alios de maleficiis cognoſcentes cōis Camerini per accuſationem, inquiſitionem, uel denunciationem. Et denunciator habeat medietatem dictæ pœnæ uenientis in cōe. Et teneatur in credentia, ſiue ſecreto nomen denunciatoris. Et teneatur Dñs Poteſtas, & Cap. vel alius iudex de maleficiis cognoſcens in ciuitate prædicta inquirere de prædictis quolibet menſe: & repertos culpabiles punire in pœnis ſuperius annotatis. Et ſi fuerit negligens Poteſtas, & Cap. vel alius iudex de maleficiis cognoſcens, & eorum officiales: cōdemnētur per rationatores communis tempore ſyndicatus in xxv. lib. den. de ſuo ſalario retinendis. ¶ Addimus huic ſtatuto, quòd baractaria in ciuitate, comitatu, & diſtrictu Camerini vendi uel emi non poſſit ullo modo. Et quicunq; emerit, retinuerit, uel exegerit, uel retineri, uel exigi fecerit per ſe, uel alium: ſit infamis. Et poſſit ipſe offendi, & omnia eius bona applicentur, & ſint perpetuò communis, nec reddatur, uel reddi ſibi poſſit ius in ciuili, uel criminali iudicio.

Quòd exceptio excōmunicationis, hæreſeos, factochiariæ, interdicti contra officiales, uel proceſſus non opponatur. Rub. 149

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd nulla perſona audeat, uel præſumat opponere, nec opponi facere aliquam exceptionem excōmunicationis hæreſis, factochiariæ, interdicti contra Poteſtatem uel Cap. populi, nec contra alios officiales forenſes, eorumq; iudices, uel officiales communis Camerini: nec contra proceſſum, qui per officiales prædictos, uel alterum ipſorum fieret, ad pœnam .c. lib. den. pro quolibet, et qualibet uice. quæ pœna per Poteſtatem, & Cap. populi, uel eorum officialem, uel alium officialem forenſem, uel alterum eorundem poſſit, & debeat auferri de facto à contrafacientibus, et deueniri in cōe prædictum.

De pœna priuantis aliquem de propria libertate. Rub. 150.

ITem ſtatuimus et ordinamus, quòd ſiquis priuauerit aliquem de propria libertate retinendo eum in priuato carcere per duodecim horas, uel plures, communi Camerini condēnetur in .c. lib. den. et damnum emendet patienti.

De cuſtodia carceris, et ordine ſolutionis. Rub. 151.

ITem ſtatuimus et ordinamus, quia multæ contemptiones de carcere communis retroactis temporibus ſunt exortæ, quòd in ciuitate Camerini ſit, et eſſe debeat unus publicus carcer communis Camerini, qui poſitus eſt in contrata medii iuxtà plateā S. Mariæ, plateam paleæ, & alia latera: & non alter carcer habeatur pro carceratis cōis, niſi prædictus carcer: & ipſe carcer modo debito cuſtodiatur, & captiui, & immiſſi in dicto carcere non aufugiant: & pro cuſtodiendo dictum carcerem bene, & legaliter, & vt ipſi cuſtodes ipſius carceris cuſtodire valeant captiuos exiſtentes in eo, præſtita ab eo idonea cautione, ac fideiuſſione de cuſtodiendo ipſum carcerem, & captiuos ſtantes in eo, & omne damnum, quod contingere poſſet de captiuis, ſeu carceratis, & in ipſo carcere ſtantibus, ipſi communi, ſeu ſpecialibus perſonis integraliter reficere, & reſarcire promittat cuſtos prædictus. & habeat, & habere debeat dictus cuſtos pro ſuo labore prout in tabula facta inferius deſcribenda, & nō plus, ad pœnam xl. ſol. den. pro quolibet, et vice qualibet. Et nihilòminus cogatur ad refectionem, ſeu ad reſtituendum illud plus, quod acceperit vltrà dictam formam. Et ſi aliquis ex dictis captiuis, ſeu incarceratis exiret, ſeu aufugeret de dicto carcere non obtenta licentia ab officialibus, ad quorum, ſeu cuius mandatum, vel petitionem detineretur in dicto carcere: teneatur, & debeat cōdemnationem, ſeu condemnationes talium exeuntium, vel aufugientium de dicto carcere

cere

cere ipſe integraliter dicto cõi perſolnere. Et ſi ipſi incarcerati detinerentur in dicto carcere ad petitionem alicuius perſonæ occaſione alicuius pecuniæ quantitatis mandato alicuius officialis communis Camerini, uel alia quacunq; de cauſa, teneatur ipſe cuſtos illam quantitatem pecuniæ, cuius occaſione ipſi tales detinerentur, vel detinentur, eiſdẽ integraliter perſoluere: & omne damnum, quod ipſi faciẽtes incarcerari per dictos officiales, reſarcire damnum paſſo, ſeu damnum, vel damna paſſis, exceptione, & appellatione remotis, teneantur. Et quia per cuſtodem carceris, uel miniſtros, vel familiares ipſius in dicto carcere in compedibus conſtituti, qui vltimum ſupplicium ſuſtinere debent nale, & nequiter tractãtur in diſpoliãdo, & exuendo pãnos de dorſo vſq; ad interulã, & ...ia eis aufert: & ne ipſi, vel aliquis de prædictis captiuis ad vltimum ſupplicium dãnandis, ſeu damnatis inducatur habere occaſionem aliquam deſperationis in præiudicium animarũ ipſorũ, & cuiuſq; eorum, auferatur ab eis occaſio dictę deſperationis, ne detur afflictis afflictio: quòd dictus cuſtos non poſſit, nec debeat dictis captiuis damnatis, vel damnandis in amiſſione perſonæ, nel membri auferre pannos de dorſo: nec ipſos ſpoliare ipſius pannis quoquomodo, uel cauſa: nec aliquid aliud, nec alicui perſonæ incarceratæ pœna, & banno. xxv. lib. den. & ad reſtitutionem dictorum pannorum, quos accepit damnatis prædictis, uel alicui perſonæ. Qui panni dictorum damnatorum debeant per ipſum cuſtodem, uel barigellum, ſiue capitaneum cõſignari, & tradi in manibus gubernatoris, uel deputatorũ ſocietatis miſericordiæ ciuitatis Camerini. & per eum, uel eos vendi: & ipſorum precium diſtribui pro animabus ipſorum damnatorum ad mortẽ. Et quòd cuſtos carceris pœna xxv. lib. den. & vinculo iuramenti teneatur, & debeat dictis deputatis per tres dies ante, quàm dicti condemnati pœnam vltimi ſupplicij ſuſtineant, notificare qualiter ipſi ſunt condemnati ad mortem. Et præfati deputati ipſius ſocietatis teneãtur, & debeant notificare eiſdem damnatis ad mortẽ vno die ante, quàm dicti damnati ad mortem pœnam vltimi ſupplicii ſuſtineant, quòd ipſi pati debent cruciatum mortis: & quòd debeant ipſi damnati confiteri peccata ſua, & pœnitentiam aſſumere: et omnia eis dicere, et monere, quæ ſint de ſalubri ſalute talium damnatorum.

¶ Addimus, quòd nullus audeat frangere, uel rumpere carcerem communis publicum in quo captiui detinentur, nec exire ex eo contra voluntatem cuſtodum, et ſine licentia Poteſtatis, vel Cap. vel alterius officialis cõis Camerini, quorum ex parte fuerint condemnati, pœna. c. lib. den. vltrà pęnam, quam ſoluere deberet pro maleficio, vel alio pro quo eſſet detentus. Quam ſi non ſoluerit infrà decem dies poſt condemnationem faciendam: manus dextera ei debeat amputari. Nec aliquis detentus in carcere communis poſſit condemnari, vel exbanniri, niſi habeat licentiam, et facultatem comparendi p ſe, uel alium legitimè coràm curia, qua procederetur. Et cuſtodes carcerum teneantur eum ducere coràm curia, qua procederetur ad petitionem ipſius detenti tuta fiducia, vt poſſit ſe defendere: et dicti cuſtodes permittant eum conſtituere procuratorem, quem voluerit, ad ſe defendendum. Et quòd Poteſtas, et Cap. uel aliquis alius officialis communis Camerini non poſſit aliquem carcerare, nec carceratum tenere in aliquo alio carcere, quàm in dicto carcere communis ad pœnam. c. lib. den. pro quolibet, et qualibet vice: in quibus per rationatores communis debeant condemnari cuius pœnę medietas ſit communis, et alia medietas dicti carcerati.

De condemnationibus exequendis contra principales, et fideiuſſores. Rub. 152

Item ſtatuimus, & ordinamus, quòd Poteſtas, et ſui officiales, et alii de maleficiis cognoſcentes faciant exigi omnes condemnationes ab omnibus condemnatis, à quibus habeant fideiuſſores infrà vnum menſem poſt condemnationem firmatam. Et poſſint cogere condemnatos, & fideiuſſores, etiam inſolidum, & vt principaliter obligatos ad ſoluendum in perſonis, & rebus, prout eis placuerit: dummodò fiat prius diſcuſſio, & executio contra principalem, & eius bona, quàm contra fideiuſſorem, & inſolidum, & vt principaliter, & cum iuramento obligatum ſecundùm formam ſtatutorum aliorum.

Et ſi ipſe D. Poteſtas, vel officialis de maleficiis cognoſcens fuerit negligens in faciendo exequi dictas condemnationes infrà ipſum terminum vnius menſis, vel contra prædicta faciendo: condemnetur in xxv.lib.den. pro qualibet vice per eorum ſyndicatores tempore eorum ſyndicatus. qui ſi de prædictis ſpecialiter non ſyndicauerint, condemnetur ipſe, & quilibet ipſorum in.xxv.lib.den.& Cap. infrà.xv.dies poſt terminum vnius menſis ipſas condemnationes exigere debeat, & poteſtatem habeat de prædictis condemnationibus exequendis. Et Poteſtas, vel alius officialis teneatur prædicta obſeruare: capitulo aliquo non obſtante. Et idem dicimus de Cap. ut ſupra de Poteſtate, & aliis officialibus, vt dictum eſt.

De proceſſibus, & cōptentu mandatorum. Rub. 153.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd Poteſtas, et curia ipſius, vel alius officialis de maleficiis cognoſciens teneantur, et debeant procedere per accuſationē, inquiſitionem, vel denunciationem ad petitionem cuiuſcunq; petentis. De omnibus comptēptis, ſiue ſpretis mandatis, quæ fiunt per iudicem cauſarum ciuilium communis Camerini, et ipſos inobedientes punire, et condemnare pro illis diebus, quibus in mora fuerit, dictorum iudicum, ſeu alicuius eorum parere mandatis: dummodò condemnatio inde ſiēda ſuper vna accuſatione, ſeu inquiſitione non excedat ſummam.x.lib. Et quòd non obſtante accuſatione, inquiſitione, vel denunciatione, quæ fieret de dictis contemptoribus mandatorum coràm curia maleficiorum dicti communis, iudex cauſarum ciuilium dicti cōmunis, qui de dictis cauſis cognoſceret, poſſit, teneatur, et debeat vinculo iuramēti pœna.c.lib. in ipſis cauſis ciuilibus procedere ad petitionem partis, quæ petierit, ad omnes, et ſingulos actus imminentes in cauſa, vt fuerit rationis: non obſtante quòd accuſatio penderet de huiuſmodi præcepto ſpreto coràm iudice maleficiorum dicti communis: & dicta de cauſa proceſſus ciuilis nō poſſit, nec debeat retractari, ſeu quomodolibet vitiari, & retardari.

De non intrando, nec exeundo aliunde, quàm per portas ciuitatis, & caſtrorum: & de non habendo feneſtras in muris caſtrorum. Rub. 154.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd nullus debeat intrare, nec exire, niſi per portas ciuitatis, & caſtrorum Camerini. Et quòd non debeat aliquis habere oſtium, nec feneſtras magnas in muro alicuius caſtri dictæ ciuitatis. & qui contrafecerit: ſoluat pro bāno cōi Camerini.x.lib.den.& murare compellatur, & ſit licitum cuilibet accuſare.

De incitante canem, uel aliud animal contra aliquem. Rub. 155

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſiquis incitauerit canem, equum, uel aliud animal ad nocendū alicui, cōdemnetur in xx.ſol.den. Si verò momorderit, uel calcem dederit vel aliud nocumentum fecerit: puniatur in pœna, qua puniri deberet talis incitans, ſi ꝑſonaliter feciſſet cum armis. Si verò pannos dilaniauerit: in. x.lib. den. condemnetur. & damnum emendet patienti.

De pœna interficientis, vel occidentis animal, vel pullos alicuius. Rub. 156.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſiquis interfecerit animal quadrupes alicuius, incurrat pœnam. c. ſol. et damnum emendet patienti. Si verò percuſſerit. x. ſol. den. pœnæ nomine ſoluere teneatur pro qualibet percuſſione: ſaluo ſi dictum animal eum offenderet, vel inueniretur in re propria, uel conducta dare damnum. quo caſu liceat offendere ſine pœna, et banno. Si verò interfecerit pullum alicuius in alio loco, quàm in re propria: condemnetur pro quolibet pullo in. v. ſol.den. Et in emendatione pulli.

Quòd iudices Poteſtatis, et Cap. ciuitatis ſint iudices competentes forenſibus venientibus ad ciuitatem, comitatum, et diſtrictum Camerini. Rub. 157.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd iudices Poteſtatis, et Cap. ciuitatis Camerini intelligantur, et ſint iudices competentes omnibus, et ſingulis forēſibus venientibus, vel ſtantibus in ciuitate, comitatu, et diſtrictu Camerini, capitulo aliquo non obſtante.

Quòd in maleficiis, in quibus incurritur pœna perſonalis in defectu ſolutionis, poſ

ſit

ſit excuſari cum fideiuſſore. Rub. 158

ITem ſtatuimus,et ordinamus,quòd de omnibus, et ſingulis, ſeu quibuſcũq; maleficiis, vel damnis datis, vel aliis quibuſcunq;, de quibus,uel aliquo eorum in defectum ſolutionis pœnæ pecuniariæ imponeretur pœna perſonalis poſſit quilibet ciuis, et comitatẽſis,& diſtrictualis Camerini ſe excuſare, et legitimè defendere dando fideiuſſores idoneos de ſoluendo pęnam pecuniariam, in qua veniret condemnandus, et emendando damnum: Exceptis homicidijs, furtis,robbariis,adulteriis, incendiis, ſodomiis, falſitatibus,truncationibus membrorum, raptu virginum,et monialium inceſtu, doloſo latrocinio, ſacrilegio, et delictis commiſſis in perſonis officialium cõis.

Quòd nemo exterminet, nec remoueat terminum immiſſum pro diffinitione, et terminatione rerum vicinorum. Rub. 159.

SIquis exterminauerit, ſeu terminum remouerit exiſtentem immiſſum pro diffinitione,et terminatione rerum vicinorum.c.lib.den.pro quolibet termino ſoluere teneatur: et in ſuo loco terminus reponatur ſecundùm formam ac primam ſtantiam. Et nullus audeat, uel præſumat exterminare, ſeu terminos extrahere, qui eſſent inter res cõmunitatis et cõis Camerini,et res ſpecialium perſonarum. et qui cõtrafecerit.c.lib.den. cõi Camerini pęnæ nomine ſoluere teneatur. Et quilibet de prædictis poſſit eſſe accuſator. Et quia termini ſunt conſeruatores pacis,ſtatuimus, et ordinamus, quòd nullus habens facere iuxtà grippum, vel limitem alicuius ex parte inferiori,ne termini cadãt, vel grippus,vel limes minetur ruinam,poſſit ſe appropinquare termino, vel terminis, grippo, ſeu limiti cum aliqua forma, vel foueam fieri facere ad vnum pedem communis Camerini. Et ſi oportebit fieri forma ad vnum pedem,vt dictum eſt: fiat,et fieri poſſit tantùm caua, ſeu cupa duobus pedibus,et non vltrà. Et ſi oportuerit fieri caua, uel cupa vltrà dictos duos pedes,tunc fiat, et fieri debeat tantùm diſtans à dicto limite, grippo,ſeu termino quantum caua, ſeu cupa dictam formam quis facere voluerit, computando dicto pede in dicta diſtantia. Et qui contrafecerit,uel fieri fecerit: puniatur pro vice qualibet in xxv. lib.den. et pro forma miſſa contra dictam formam contra iudicium habeatur pro plena probatione.

De non fodendo, nec accipiendo lapides cõis Camerini. Rub. 160.

ITem ſtatuimus et ordinamus, quòd nulla perſona debeat fodere lapides, ſeu foſſam facere,ſeu lapides rumpere de muro, et ſaxo communis in circuitu ciuitatis, et burgorum Camerini, ſeu infrà ciuitatem,et burgos iuxtà ipſos muros ad xxx. pedes ad pedem communis Camerini: ſub pęna.c.lib.den. pro quolibet,et qualibet vice. Et nihilòminus damnum reficiat ipſi communi. Et prædicta non habeant locum contra illos,qui vellent facere vel fieri facere puteum,uel ciſternam in aliquo prædictorum locorum. Et nullus audeat,uel præſumat eleuare, uel exmurare, uel tollere aliquos lapides de muris communis muratis ad arenam,et calcem,et lapides, uel alio modo,et maximè de muris factis,et ædificatis in circuitu ciuitatis prædictæ, et burgorũ: et in muris et de muris portæ angeleſchæ,et aliarũ portarũ intus,et extrà: et in muris pontiũ,et fontiũ. Et ſiquis in prædictis, uel aliquo prædictorum contrafecerit: puniatur pro quolibet lapide, et vice qualibet in.x.lib.den.Et nihilòminus ad reſarciendum dictum murum, et faciendum reponi dictos lapides ſuis expenſis ad arenam, et calcẽ cogatur. Et quòd Poteſtas,et Cap. et alii de maleficiis cognoſcentes,et eorum officiales poſſint in prædictis, et quoliber p̄dictorum procedere ſummariè,ſine ſtrepitu,et figura iudicii, ſimpliciter,et de plano, et repertos culpabiles punire, et cõdemnare in pęnis prædictis. Et Poteſtas,et Cap. et eorum officiales,ſeu aliquis ipſorum, et alii iudices de maleficiis cognoſcentes teneantur, et debeant quolibet menſe inquiſitionem facere de prædictis cõtra auferentes,et exmurantes, et fodientes lapides prædictos. et ſi ex ipſa inquiſitione, et proceſſu fiendo appareret,et conſtare poterit de malefactore: puniatur vt ſupra dictum eſt. Sin autem nõ cõſtaret de malefactore, ſex proximi vicini cogantur ad reponendum et remoliẽdum di-

& ii ctos

ctos lapides in priſtinum ſtatum. Item quòd D.Poteſtas,vel Cap.vel alius officialis, qui deputabitur ſuper vijs,pontibus,& fontibus,debeat quolibet menſe inquirere,et inquiſitionem facere contra omnes proijcientes letamen, & encâmoramen iuxtà murũ communis in vijs publicis infrà ciuitatem,& extrà, & præcipuè in via, quæ vadit ad muraltũ iuxtà monaſteria Monialium de muralto ab vtraq; parte viæ, & turionem. Et ſi inueneverit aliquem,vel aliquos cõtrafacientes: auferant ab eis de facto.x.ſol.den. pro vice qualibet. Et nihilòminus eleuet dictum encamoramen. Et ſi prædictus officialis fuerit negligens: puniatur in xxv. lib. den. de ſuo ſalario retinendorum per rationatores cõis tempore ſyndicatus.

1 De citationibus ſuper accuſationibus: & de cõtẽptu mandatorum: & moleſtatione tenutarum: et de remiſſione certæ partis propter pacem, et quietationẽ,et quòd cõdẽnatio nõ excedat ſummam debiti. Rub. 161.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſuper accuſationibus contemptorum mandatorum, et exbannimentorum, ac etiam moleſtatione tenutarum fiant primæ citationes per infraſcriptum modum, videlicet, quòd tranſmittatur, & præſentetur per baiulum cedula accuſato de cõtemptu mandati, exbannimenti, ſeu moleſtationis tenutæ perſonaliter, ſi perſonaliter eum inuenerit, ſin autẽ domi ſuæ ſolitæ habitationis, vel apud proximiores conuicinos, uel apud proximiorem eccleſiam in præſentia vnius teſtis ad minus: de cuius nomine baiulus, qui dictam citationem fecerit, in ſua relatione faciat mentionem. Quã cedulam poſſit quilibet ſcribere: dummodò contineat in ſe diem commiſſionis nomen iudicis, qui commiſſionem fecerit, nomen baiuli, cui committitur, nomen accuſati, et totum tenorem, et locum, et tempus commiſſi maleficii, et ad quid, et pro quo maleficio, uel delicto citetur: et ſubſcripta ſit manu notariorum maleficiorum, ſeu moleſtationum D.Poteſtatis, vel Cap. uel alterius iudicis, qui talem accuſationẽ habuerit. Et ſi aliter factum fuerit: non ualeat, nec teneat ipſo iure. Volumus tamen, quòd proceſſus, qui fient ſuper talibus accuſationibus, uitiari, ſeu retractari non poſſint abſq; eo, quòd tales cedulæ ſcriptæ non appareant manu notariorum moleſtationum, ſeu maleficiorum. Quæ citatio prima fieri debeat pro prima die iuridica poſt citationem de eo factam: et elapſo dicto termino, ſi accuſatus, ſeu accuſati non comparuerint: tunc iudex faciat talem accuſatum, ſeu accuſatos citari pro ſecunda citatione: quæ fieri poſſit, & debeat cum tranſmiſſione cedulæ, in qua citatione iudex talibus accuſatis, ſeu accuſato terminum ſtatuat ad comparendum octo dierum poſt citationem de eis, ſeu eo factam. Et elapſo dicto termino, ſi non comparuerit: tunc ponatur in banno per præconem dicti communis. Et in ipſo banno terminum ſtatuat trium dierum ad comparendũ. infrà quẽ ſi non comparuerit, et ſe non excuſauerit: contumax reputetur. Et pro confeſſo, & conuicto habeatur de omnibus, & ſingulis, de quibus extiterint accuſati, uel accuſatus. Et talem accuſatum, ſeu accuſatos condemnent Poteſtas, ſeu alii officialis ſecundùm formam ſtatutorum, & ordinamentorum dicti communis. dummodò pœna condemnationis nõ excedat ſummam debiti principalis, uel eſtimationis rei: de qua uel quo extiterit accuſatus. Volumus tamen, ſi tales accuſati, uel accuſatus ab accuſatore de his, quæ accuſauerit finem, & quietationem habuerit: et ipſam quietationem coràm iudice maleficiorum produxerit antequàm ſententia proferatur: quòd tres partes eius in quo condemnari deberet, ſeu deberent, detrahi debeant, & quòd pro pace habita intrà terminũ ſtatuti duæ partes. quæ pax poſſit produci etiam uſq; ad ſententiam capitanei, & iudicis appellationum populi Camerini.

Quòd nulla perſona poſſit excaſare, uel exmaſiare aliquam perſonam, nec expropiare aliquem ciuem uel comitatenſem. Rub. 162.

ITẽ ſtatuimus, & ordinamus, quòd nulla perſona cuiuſcunq; conditionis exiſtat, audeat uel præſumat aliquo iure, modo, uel cauſa excaſare, uel exmaſiare aliquã perſonã, nec expropriare de bonis aliquem ciuem, uel comitatenſem, uel habitatorem à x. annis citrà in ciuitate

in ciuitate,comitatu,uel diſtrictu Camerini,& maximè perſona,quæ aufugeret,et recuſaret facere obſequia realia,& perſonalia communis prædicti,& iret ad habitandū extrà ciuitatem,comitatum, uel diſtrictum Camerini, nec etiam ab ea, uel ab eo, ſeu ab eis emere,ſeu emi facere domum, uineam,uel terram,& alias poſſeſſiones: nec recipere inſtrumentum emptionis,donationis,obligationis,uel aliquid aliud cuiuſcunq; generis inſtrumenti: ita quòd non remaneant tali uendenti,donanti,uel aliter obliganti,et ius ſuū transferenti bona valētia ad minus,ſi ciuis fuerit.cc.lib.den.ſi uerò comitaten.c.lib.den. Et ſiquis cōtrafecerit in emēdo, uel recipiēdo donationē,uel aliā obligationē expropiādo,uel exmaſiādo aliquē ciuē,comitatēſem, uel diſtrictualē dictæ ciuitatis Camerini,ut exinde à dicta ciuitate, & diſtrictu aufugeret, uel euitaret onera realia,et perſonalia dictæ ciuitatis non remanendo ei domus, uel bona ualentia ad minus ut ſupra dictum eſt: puniatur talis emens,ſeu ementes,ſeu donationem,uel obligationem,uel aliud genus cōtractuum,uel obligationis quocunq; nomine dici,et cenſeri poteſt, recipientes,in.L.lib. den.pro quolibet,& qualibet uice per dictum Poteſtatem,uel Cap.populi ciuitatis præfatæ,uel alterum de maleficiis cognoſcentem condemnetur: non obſtantibus aliquibus ſtatutis, ordinamentis,& reformationibus dicti cōmmunis Camerini in contrarium loquentibus. Saluo tamen,& penitus reſeruato, quòd cuilibet liceat uendere, & obligare bona ſua in totum, uel in parte pro redemptione ſui, & aliorum de domo habitationis ipſius,uel eorum,& pro filia, nepte,& ſorore dotandis abſq; aliqua licentia,& in dotibus repetendis,& adiudicationibus autoritate curiæ faciēdis in quibus ſimiliter prædicta nō uendicent ſibi locum. Sed omnia bona poſſint ſimiliter uendi, & obligari,ut ſupra abſq; licentia. Pro alia uerò cauſa habeatur licentia à communi Camerini,uel alio iuriſdictionem habente, habita ueritate facti & conditione perſonæ inſpecta. de quo ſtari debeat diſcretioni huiuſmodi licentiam concedentis.

De non faciendo aliquem cadere,uel deſcendere de equo, uel alio animali. Rub. 163.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd ſi aliquis iniurioſè fecerit aliquem ſedentem equeſtrem ſuper equum,uel aliud animal cadere in terrā: cōdemnetur in xxv.lib. den. pro quolibet, & qualibet vice. Si verò aliquem equeſtrem deſcendere fecerit in terram de animali, ſuper quo ſedet: condemnetur in.x.lib.den. pro qualibet vice.

De non faciendo cadere aliquam ſalmam de aliquo animali, ſeu aliquod animal, vel accipiendo funes de animali. Rub. 164.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd ſiquis iniurioſè fecerit cadere aliquam ſalmam alicuius de aliquo animali alterius,ſiue fecerit cadere in terram dictum animal cum ſalma, condemnetur pro quolibet, & qualibet vice in.v.lib.den. Si verò funes inciſerit ſedentes ſuper animali alterius, vel acceperit: condemnetur pro vice qualibet in xx. ſol. den. & damnum emendet patienti.

De non faciendo herbas in montibus ante feſtum beati Petri de menſe iunii. Rub. 165

ITem ſtatuimus, & ordinamus,quòd nullus audeat, uel præſumat facere herbas exiſtētes in montibus comitatus Camerini ante feſtū beati Petri Apoſtoli de menſe Iunii. Et ſi contra factum fuerit: condemnetur contrafaciens dicto communi pro quolibet, & qualibet vice in x.lib.den.

Infrà quantū tēpus debeant reſtitui per notariū cōmiſſionum acta. Rub. 166.

ITem ſtatuimus,et ordinamus, quòd cum in maleficiis, & damnis datis, vt plurimum fiunt defenſiones, & opponuntur exceptiones: & etiam fiunt,& producuntur reuocationes: & ad probandum, ſeu probationem ipſarum defenſionum,exceptionum, & reuocationum produeuntur articuli, ſeu poſitiones,& per iudices maleficiorum, Poteſtatem, & Cap.& etiam per officialem damnorum datorum fit commiſſio examinationis teſtium ſuper ipſis articulis, & poſitionibus notariis commiſſionum dicti communis, &

iurant teſtes ſuper ipſis articulis; et demum ipſi opponentes, ſeu producentes non curắt quòd teſtes examinentur, et acta curiæ reſtituantur cauſa retardandi proceſſus: quòd producens ipſas poſitiones, et articulos debeat infrà duos mẽſes proximè ſecuturos poſt productionem prædictam conducere teſtes, et ipſos facere examinari, vel conſignare, et notariis cõmiſſionis inde rogatis ſatisfacere de competenti mercede. Et acta facta ſuper dictis poſitionibus, et articulis reſtitui facere curiæ, coràm qua penderet cauſa. Saluo quòd in cauſis moleſtationum tenutarum, et contemptionum mandatorum habeat terminum trium menſium: aliàs elapſo dicto termino ſine alia interpellatione officialis, coràm quo penderet dicta cauſa, teneatur de prædictis proceſſum facere, et expedire per ſententiam diffinitiuam, prout iuris fuerit, non obſtante, quòd dicta acta non eſſent reſtituta. et notarius commiſſionum, qui fuerit rogatus de dictis actis, teneatur infrà dictum terminum dicta acta reſtituere, ſi ſibi eſſet ſatisfactum de competenti mercede. Item notarius teneatur dictum producentem conſeruare indemnem, et reficere omnia damna, quæ dictus producens ſuſtinuerit propter dicta acta non reſtituta ex negligentia ipſius notarii, et niſi apparuerit de euidenti impedimento ipſius notarii, uel producentis, et facientis defenſiones prædictas. de quo impedimento ſtetur diſcretioni, et declarationi officialis cognoſcentis de proceſſu, et cauſa prædicta.

De pœna facientium vſuras. Rub. 167.

ITem ad extirpandum vſurariorum voracitatem duximus ſtatuendum, quòd quicunq; fecerit uſuras, ſeu vſuraria prauitate aliqua extorſerit quantitatem ab aliquo, condemnetur cõmuni Camerini pro qualibet vice in medietate quantitatis pecuniariæ mutuatæ ad vſuras: et ad reſtitutionem quantitatis extortæ, ſeu acceptæ pro vſura illi. Et ad prædicta probanda ſufficiat dictum, et atteſtatio vnius teſtis bonæ famæ per ſenſum corporeum deponentis cum duobus teſtibus de publica fama. Et per prædicta non derogetur ſtatuto communis Camerini de executione inſtrumentorum, et ſcripturarum, ſeu apodiſſarum loquente: nec alii cuicunq; ſtatuto dicti communis Camerini, nec etiam iuri cõis alias pœnas, uel alio modo quomodocunq; aliter diſponentibus circa prædicta. Sed quodlibet in ſuo robore perſiſtat, et locum ſibi uendicet in prædictis. nec per concurſum ſe nullatenus impediant.

Quòd ſiquis eſſet accuſatus ab aliquo de aliquo maleficio, vel damno dato, et fatigari fecerit accuſatorem in actis, condemnetur in expenſis. Rub. 168.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ad obuiandum cauillationibus, quòd quicunq; accuſauerit aliquem, uel aliquos de aliquo maleficio, vel dãno dato, vel moleſtatione tenutæ, uel contemptu mandati: et accuſatus fecerit ipſum accuſatorem defatigari in expẽſis in faciendo acta incumbentia ad probandum ipſam accuſationem, et accuſator probauerit ipſam accuſationem: et dictus accuſatus fuerit condemnatus: quòd dictus accuſatus, et condemnatus condemnetur per officialem de cauſa cognoſcentem in expenſis accuſatori prædicto. Et ſimiliter, ſi accuſatus fuerit abſolutus: condemnetur accuſator ipſi accuſato abſoluto per officialem de cauſa cognoſcentem. quas officialis prædictus reſici facere teneatur ipſi accuſarori, uel accuſato reſpectiuè ſummarie lata condemnatione, uel abſolutione prædicta.

Quòd non poſſint fieri ſtatuta, uel ordinamenta per artes, uel aliquod collegium, nec per aliquod caſtrum, villam ſeu vniuerſitatem contra commune Camerini & eius ordinamenta. Rub. 169.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd nullum caſtrum, ſeu vniuerſitas, nec aliqua ars, ſeu collegium aliquorum artificum ciuitatis prædictæ audeat, vel præſumat facere aliquod ſtatutum, vel ordinamenta, quod & quæ eſſent in præiudicium, vel contra ſtatuta, & ordinamenta communis Camerini, nec aliquod monapolum contra dictum commune, vel ſingulares perſonas dicti commnnis, niſi forſan facta fuiſſent de licentia, volũtate, & autoritate totius conſilii maioris ciuitatis Camerini. Et ſi contrafecerint: non valeant,

valeant, nec teneant ipſo iure. & nihilòminus caſtrum contrafaciens in.c.lib.den. & villa in.L.lib.den. pro quolibet,& qualibet vice condemnentur. Et idem dicimus, ſi facerent aliquod ſtatutum, vel deliberationem, quòd poſſeſſiones communis Camerini, vel alicuius ciuis dictæ ciuitatis, vel alterius perſonæ non laborentur. Et idem dicimus de illis vniuerſitatibus,quæ facerent interdictionem alicui ſpeciali perſonæ aquæ, ignis, & conuerſationis vicinorum. Magnifici D. Priores populi ciuitatis prædictæ in principio cuiuslibet anni infrà menſem eorum introitus teneantur,& debeant pœna præſtiti iuramenti, & pœna L. lib.den. de eorum ſalario retinendorum præcipere Capitaneo cuiuslibet artis dictæ ciuitatis, quòd coràm eis apportent, & præſentent ordinamenta,reformationes, & ſtatutum ſuæ artis. Et ſi Capitanei artium prædictarum neglexerint adimplere ad mandata præfatorum Magnificorum Dominorum Priorum infra terminũ eis, & cuilibet ipſorum ſtatutum: puniantur pro quolibet,& vice qualibet in.x. lib. den. Et nihilòminus ipſa ordinamenta debeant apportare, exibere, & oſtendere. Quibus ordinamẽtis habitis, & receptis per præfatos Magnificos Dominos Priores infrà octo dies poſtquàm ipſa ordinamenta eis fuerint præſentata, facere congregari generale cõſilium dictæ ciuitatis, in quo etiam ſint ſapientes, & Iurisperiti dictæ ciuitatis, ſeu maior pars dictorum iurisperirorum: & omnibus ſic congregatis faciant legi ipſa ordinamenta ad hoc, vt videant, & deliberent, quæ ex dictis ordinamentis ſint approbanda, vel etiam reijcienda. Et ſi aliqua erunt improbata, tunc tanquàm illius artis, quæ ipſa ordinamẽta obſeruauerint: condemnetur contrafaciens pro quolibet,& vice qualibet in xxv. lib. den. per Poteſtatem, vel alium iudicem de maleficiis cognoſcentem. Et ordinamenta improbata, et improbanda faciant aboleri de libro, et ordinamento dictarum artium.

Explicit Liber Tertius Voluminis Statutorum
Magnificæ Ciuitatis Camerini.

INCIPIT LIBER QVARTVS DAMNORVM DATORVM.

De modo, & ordine procedendi ſuper damnis datis. Rub. 1.

IN Primis ad hoc vt damna nō inferantur, et mares, et mulieres metu pœnæ terreantur, et á damnis ſe abſtineāt, et qui dederint damnum, debita poena puniantur. Statuerunt, & ordinauerunt ſtatutarij prædicti, quòd ſint, et eſſe debeāt duo officiales ciues Camertes, quorum vnus ſit principalis, et appelletur officialis maior in officio: alter verò notarius bonus, legalis, et expertus. Qui officialis maior poſſit, et valeat vnum, vel plures officiales ſuper inuentionibus faciē dis eligere, et deputare. Qui officiales deputati teneant̄, et debeant ire extrà ciuitatē ad inueniendum, et videndum damna quæ fierent: et ad ea referendum maiori officiali, vel eius notario prædicto: niſi alii officiales fuerint per commune Camerini deputati, & electi. Et dictus officialis maior habeat arbitrium, & iuriſdictionem procedendi, puniendi, condemnandi, & exequendi in damnis datis ſub infraſcripta forma, & ſecundùm formā infraſcriptorum ſtatutorum, videlicet, quòd dictus officialis exiſtens in loco ſuæ ſolitæ reſidentiæ poſſit, & valeat cognoſcere, punire & condemnare, & exequi, vel abſoluere, prout iuris fuerit, de omnibus damnis datis per vnum annum ante introitum officii ſui, & per totum tempus ſui officii ex ſuo officio & ad petitionem cuiuſcūq; petentis per inquiſitionem, accuſationem, vel denunciationem, ſummariè, & de plano, diebus feriatis, & non feriatis: & repertos culpabiles punire, & condemnare, tàm ad pœnam fiſci, quám ad emendationem damni damnumpaſſo ſecundùm formam infraſcriptorum ſtatutorū, & ordinamentorum: & non aliter, nec alio modo. Et quòd quilibet accuſatus, inquiſitus, vel denunciatus, contra quem modo aliquo procederetur occaſione damni dati, debeat bis citari Perſonaliter, vel Domi ſuæ ſolitæ habitationis per Publicos Baiulos ciuitatis Camerini: & citetur vna die pro alia, ita quòd pro prima citatione habeat terminum vnius diei ad comparendum, & poſt ſecundam citationem quatuor dierum proximè futurorum terminum habeat ad ſe excuſandum, & defendendum: aliàs dicto termino elapſo contumax reputetur, & habeatur, & condemnari debeat. Saluo quòd in denunciationibus gualdariorum factis contra aliquem, cuius poena non excedat ſummam. xx. ſol. den. ſufficiat vna citatio peremptoriè facta. & quando in cauſa, quæ agitaretur coràm ipſo maiori officiali, eſſet contentio de proprietate, vel poſſeſſione rei, in qua damnum eſſet datum, teneatur in ipſa cā etiam procedere ad omnes, & ſingulos actus ſecundùm formam iuris, & infraſcriptorum ſtatutorū: & teneatur & debeat dictus officialis maior omnes proceſſus dictorum damnorum datorum terminare & finire per ſententiam diffinitiuam infrà duos menſes à die factæ, ſeu formatæ accuſationis, inquiſitionis, vel denunciationis in abſoluendo, vel condemnando ſub poena xxv. lib. den. & quòd dictū tempus duorum menſium non currat dicto officiali (quod curreret) propter oppoſitionem, & examinationem exceptionis, vel exceptionum declinatoriarum, vel dilatoriarum, quæ opponerentur per accuſatum, inquiſitum, vel denunciatum, vel eius procuratorem. Notarius verò officialis teneatur, & ſtare debeat in apotheca damnorū datorum, et ad banchum iuris dānorum datorum exiſtens in dicta apotheca ad reddendū ius vnicuiq; ſuper damnis datis, & debeat ſcribere, & mittere ad librum omnes accuſationes, inquiſitiones, & denūciationes & querelas, acta, & condemnationes, et abſolutiones, et eſtimationes, vt iuris fuerit. Et finito ſuo officio teneatur aſſignare ſucceſſori, et ei dimittere, et relaxare omnes libros, acta, et ſcripturas pertinentes, et pertinentia ad

dictum officium. ¶ Addendo, quòd omnes officiales damnorum datorum deputati, vel deputandi tàm in ciuitate, quàm extrà in villis, caſtris, et quibuſcunq; locis ciuitatis comitatus, et diſtrictus Camerini teneantur, et debeant iurare in manibus officialis maioris prædicti de exercendo eorum officium bene, et fideliter, et ſine aliqua fraude. aliàs inuentiones factæ, et fiendæ ſint, et eſſe debeant nullæ ipſo iure: necnon ſi ab aliquo dictorum officialium appellaretur, debeat appellari ad præfatum officialem maiorem: et dictus officialis maior teneatur, et debeat cognoſcere, terminare, et finire ipſas appellationum cauſas, et recurſus ſummarie, et de plano, vt ſupra infrà menſem à die proſecutionis interpoſitæ appellationis incipiendo.

Quòd officialis teneatur ire ad inueniendum damna dantes infrà Clentim, et Potentiam, et extrà ad ſuæ libitum voluntatis. Rub. 2.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd dictus officialis ſuper inuētionibus deputatus ſaltim bis in ebdomada de die, et de nocte teneatur, et debeat ad pœnam.xxv.lib.den.ire extrà ciuitatem Camerini infrà clentim, et potentiam ad inueniendum damnum, et videndum damna data, et quæ darentur in bonis, et poſſeſſionibus aliquorum: ſed de mēſe iunii, iulii, auguſti, ſeptembris, et octobris teneatur ire ad videndum damna prædicta quolibet die. Et quòd viſus oculorum dicti officialis, vel alterius eorum familiarium videntis, vel videntium damna dare, habeatur pro plena probatione cum ſacramento præſtando per dictum officialem, et eius familiarem ad petitionem partis, cui damnū ſit datum, ac ſi probatum eſſet per teſtes: niſi forte de innocentia probaretur per duos teſtes fide dignos. Et de his, quæ dictus officialis deuenire fecerit in commune per eius inuentionem, habere debeat mediam partem: et quòd in prædictis inuentionibus factis per dictos officiales admittatur ſolummodo beneficium pacis: dummodò facta ſit infrà.x. dies poſt citationem factam de eo, ſi pœna damni excederet ſummam.xx.ſol.den. abinde infrà monitio officialis habeat vim citationis. hoc ſemper intellecto, quòd dicti officiales non poſſint, nec debeant habere dictam medietatem dictorum bannorum, niſi de damnis, quæ darentur in poſſeſſionibus ciuium, et habitantium in ciuitate Camerini, et burgis, et de damnis inuentis per officiales in terris vineatis, clauſuris, hortis, terris bladatis, et cannetatis, et leguminibus, et pomis. Et volumus, quòd per inuentionem procedi non poſſit de damnis datis in ſodis. Et quòd dictus officialis ad ſuæ libitum voluntatis poſſit ire extrà clentim, & potentiam pro damnis inueniendis. Et quòd de ipſis habeat medietatem.

De pœna accuſantium, vel denunciantium fraudulenter. Rub. 3.

ITem quia ſæpeſæpius ſuper damnis datis calumnioſè, & fraudulenter conſueuerant fieri accuſationes, ad hoc vt ipſi fraudulentes, & calumnioſi accuſatores eorū fraudulentia non gaudeant, ſed, vt iuſtum fuerit, puniantur: & eorum pœna ſit aliis in exemplum. Statuimus, & ordinamus, quòd dictus officialis poſſit, & debeat per accuſationem, inquiſitionem, & denunciationem, & ex ſuo officio, ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura iudicii, die feriata, & non feriata contra omnes, & ſingulos per fraudem accuſationes, ſeu denunciationem facientes, & porrigentes procedere: & ipſos, & ipſorū quēlibet repertos culpabiles punire, & condemnare ad eius arbitrium, & volūtatem: dummodò non excedat ſummam.x.lib.den. & conſtet de fraude: & dummodò in citando ſupradicta forma ſeruetur, prout ſupra in primo capitulo eſt expreſſum.

Quòd ſyndici caſtrorum, et villarum cogantur dare cuſtodes ad denunciandum dāna dantes: & officialis maior teneatur dare, & deputare ad petitionem quatuor ciuiū ad minus, vel alicuius Rectoris eccleſiarum vnum officialē ad vidē dum, & denunciandū dāna data in eorū bonis, & poſſeſſionibus. Rub. 4.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ad petitionē cuiuslibet petentis domini, uel poſſeſſoris, & habentium terras, vineas, hortos, vel ſyluas, uel aliam rē in aliqua villa, uel caſtro comitatus, vel diſtrictus ciuitatis Camerini duo, vel tres, vel quatuor, vel ſex homines

mines de dicta villa, vel caſtro eligantur, et nominentur per ipſos poſſeſſores, uel dominos: qui cogantur per dictum officialem iurare ad ſancta dei Euangelia bona fide, ſine fraude dicere, & denunciare dicto domino, uel poſſeſſori omnes, & ſingulas perſonas, & damna dantes, quæ darent damnum cum beſtiis, vel perſonaliter de die, uel de nocte quocunq; modo in dictis terris, et poſſeſſionibus, ſyluis, vineis, hortis, pratis, ſepibus, vel fractis, & arboribus alicuius domini, vel poſſeſſoris. Et ſi dicti homines ſic electi, vel nominati per dominum, uel poſſeſſorem ſuerint negligentes, uel fraudem commiſerint in prædictis: ſoluant pro banno communi xl. ſol. den. pro quolibet ipſorum, & qualibet vice. et de dicta fraude, et negligentia ſtetur ſacramento domini, vel poſſeſſoris cũ publica fama duorum teſtium denunciatium, uel accuſatium prædictos, uel aliquem committentem fraudem, vel negligentiam in non denunciando. et puniatur in prædicta pœna pro quolibet, et quolibet contrafaciente, et qualibet vice. et dictus officialis teneatur facere obſeruare prædicta ad pœnam. x. lib. den. de ſuo ſalario auferendam. ¶ Addentes etiam, quòd ipſe officialis maior ad omnem petitionem cuiuslibet Rectoris eccleſiarum, ſeu locorum religioſorum, uel altertius pro ipſis eccleſiis, uel locis, ſeu aliquo ipſarũ uel ipſorum interuenientis ciuitatis, comitatus, vel diſtrictus Camerini, uel quatuor ciuium Camertium ſaltim ad minus habentium terras, vineas, hortos, cannetum, clauſuram, vel ſyluas, vel aliam rem in aliqua villa, uel caſtro comitatus, uel diſtrictus ciuitatis Camerini, et ipſorum pertinentiis, et ſyndicatibus, teneatur, et debeat conſtituere, et deputare vnum officialem per dictos Rectorem, uel alium pro ipſis eccleſiis, uel locis religioſis interuenientem, ſiue ipſos quatuor ciues ad minus, uel plures eligendum, et nominandum delato ſibi per dictum officialem maiorem iuramento de ueritate dicenda, et de officium bene, et fideliter exercẽdo. Qui officialis deputatus cogatur dicere, et denunciare dicto maiori officiali, uel eius notario omnes, et ſingulas perſonas, et dãna dãtes, quæ darent damnum cum beſtiis, uel perſonaliter de die, uel de nocte quocunq; modo in dictis terris, & poſſeſſionibus, ſyluis, uineis, hortis, cannetis, clauſuris, pratis, fractis uel ſepibus, et arboribus alicuius ex dictis ciuibus, et eccleſiarum, locorum religioſorum uel bñficiorũ rectorib⁹. relationi cuius cũ iuramẽto credatur de inuentione facta. Et dictus officialis maior cogat, et aſtringat tales, qui damna dederunt, et denunciati, uel relati fuerint, ad ſoluendum pœnam contentã in infraſcriptis ſtatutis, ordinamentis, uel decretis factis, et faciendis ab autoritatem habente illa cõdendi. Cuius pœnæ medietas ſit dicti officialis deputati, et alia medietas ſit cuiuslibet uniuerſitatis, ubi facta fuerũt damna. Et nihilòminus emendare faciat damnum per relatum, uel denũciatum ipſi dãnumpaſſo. Et ſi dictus officialis fraudem commiſerit in non referendo communitati loci ad hoc vt poſſit, et conſequi valeat ſuam medietatem pœnæ, vel in non denunciando, et non referendo dicta damna officiali maiori, vel eius notario: puniatur in pœna. v. lib. den. pro quolibet, & qualibet vice applicanda cõi ciuitatis Camerini.

Quòd non poſſint portari vuæ, vel agreſtæ ſine licentia officialis, nec vendi, nec donari. Rub. 5.

ITem ſtatuimus, et ordinamus quòd nulla perſona poſſit de vinea propria, uel cõducta comitatus, et diſtrictus Camerini apportare, vel apportari facere vuas agreſtas, uel maturas abſq; apodiſſa, vel licentia dicti officialis pœna. x. ſol. pro quolibet raſpo, et qualibet vice. Et cum ipſa apodiſſa non poſſit portare vltrà numerum octo raſporum vuarũ maturarum, et quatuor raſporum agreſtarum: et dicta apodiſſa non duret, niſi per vnã diem tantùm. Et ſi daretur pro maiori tempore: non valeat. & cuilibet ſit licitum delinquentes accuſare, & denunciare: & habeat medietatem dicti banni. quam pœnam dictus officialis poſſit, et debeat auferre de facto. Et ſiquis non habuerit vineam propriam, vel conductam, et inuentus fuerit vuas, vel agreſtas portare de comitatu, & diſtrictu ciuitatis prædictæ: puniatur duplici pœna pro quolibet raſpo, & qualibet vice. Pro moſcatello verò puniatur in pœna quadruplici. quæ pœna auferatur de facto. & vltrà ſolu-

tionem dictæ pœnæ mittatur ad catenam plateæ Sanctæ Mariæ,& ibi moram trahat arbitrio officialis. In quibus etiam caſibus cuilibet ſit licitum accuſare, & denũciare: & habeat medietatem banni in omnibus caſibus ſupradictis: & credatur,& ſtetur ſacramẽto accuſatoris,vel denũciatoris abſq; aliqua probatione. & quòd nulla perſona poſſit emere vuas,vel agreſtas ab aliquo ad dictam pœnã.et quilibet poſſit contrafacientem accuſare, & denunciare, & habeat medietatem dicti banni. & ſuper prædictis ponantur custodes per ipſum officialem: quibus credatur cum iuramento,& teneantur in credentia, & habeant tertiam partem banni. Et hoc tamen excepto, quòd cuilibet ſit licitum apportare de vinea propria,vel conducta duos raſpos vuarum,vel agreſtarum abſq; aliqua licentia. Et quòd nulla perſona debeat vendere,nec alio modo donare alicui vltrà duos raſpos vuarum,vel agreſtarum abſq: licentia ante tempus vindemiarum. & ſi contrafecerit: puniatur in.xx.ſol.den.tàm in dante, quàm in recipiente. quæ pœna de facto auferatur. & dictæ pœnæ de nocte debeant duplicari. Et ſi iudęus aliquis deliquerit in prædictis: puniatur, & puniri debeat in duplici pœna. Et ſiquis poſt dictam licentiam vindemiandi, non habens vineam propriã, uel conductã, inueniretur habere in domo ſuæ habitationis vuas,puniatur in xx.ſol.den.pro quolibet raſpo, niſi forte probaret dictas vuas habuiſſe à Dño vineæ vnde dictas vuas portauerit. quo caſu non teneatur ad pęnã. Et de prædictis prædictus officialis dannorum datorum teneatur inquirere,& punire ad petitionem petentis ad pęnam.x.lib. den.pro qualibet vice.

De accuſato, & denunciato de damno dato cum beſtiis, & beſtias non habuerit. Rub. 6.

ITem ſtatuimus, & ordinamus,quòd quicunq; accuſatus fuerit de damno dato cum beſtiis: & talis accuſatus non habuerit beſtias, de quibus fuerit accuſatus, quòd dictus officialis non poſſit talem accuſatum,vel denunciatum condemnare. & ſi condemnationem fecerit: non valeat,nec teneat. Et ſi reperiretur aliquẽ non habere tot beſtias,quot inuentæ fuerint damnum dare, & per accuſatum,uel denunciatum legitimè probatũ fuerit: debeat ſolui pęna ſaltim pro beſtiis, & animalibus,quas,& quæ probatum fuerit fuiſſe ſuas. Et ſi accuſator probaret accuſatum habere beſtias, & accuſatus in excuſatione negaſſet ſe ipſas habere beſtias, de quibus accuſatus eſt, & probaretur ſibi: ſoluat communi.xl.ſol.den.ultrà pęnam,et quantitatem,quam ſoluere teneretur pro damno dictarum beſtiarum.

De pęna euntis per terram,campum,uel clauſuram alicuius. Rub. 7.

ITem ſtatuimus, & ordinamus,quòd nulli liceat ire perſonaliter per terram bladatam alicuius,ſiue laboratam: et ſiquis contraecerit: ſoluat pro banno cõi,ſi iuerit per terrã bladatam, & condemnetur pro quolibet,et qualibet vice in.xx. ſol.den. Si uero per terram laboratam,et mageſatam puniatur pro quolibet,et qualibet uice in.x.ſol.den.Si verò aliquis iuerit perſonaliter per campum alicuius non bladatum,puniatur in.v.ſol.den. pro quolibet, et qualibet vice, et damnum emendet patienti. Si uerò iuerit per terram alicuius, quæ fuerit clauſura poſtquàm bladata, et laborata fuerit cauſa eundi ad aliquã ſuam poſſeſſionem,ſi habet viam publicam, per quam ipſe poſſit ad ipſam ſuam poſſeſſionẽ ire: puniatur in xx.ſol.den.pro quolibet,et qualibet uice,et emendet damnum patiẽti. Et de banno, et eſtimatione damni ſtetur ſacramento accuſantis in prædictis omnibus vſq; in.xx.ſol den.pro quolibet cõtrafaciente, et dicto vnius teſtis vſq; in xl.ſol.den. abinde ſupra legitima probatione teſtium, et non poſſint opponere, nec opponi facere, quòd alia uice iuerit.

De non accuſando in una accuſatione ultrà quatuor, et unum de domo,et de pluribus uicibus quàm de quatuor. Rub. 8.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd nullus tàm ciuis, quàm comitatenſis, ſeu diſtrictualis dictæ ciuitatis, uel alia perſona poſſit, nec debeat accuſare, uel denunciare vno ſacramento,et una accuſatione ultrà quatuor homines, et unum de domo,et familia tàtùm:

túm, et pluribus uicibus, quàm de quatuor uicibus de aliquo damno dato perſonaliter, uel cum beſtiis. et ſi contrafactum fuerit: in illo pluri nõ ualeat, nec teneat ipſo iure, et condemnatio, quæ fieret contra dictam formam, ſit nullius ualoris.

Quòd à kalendis Septembris uſq; ad kalendas Nouembris canes teneantur ligati. Rub. 9.

STatuimus, et ordinamus, quòd à kalendis Septembris uſq; ad kalendas menſis Nouẽbris quilibet habens canem in ciuitate Camerini, uel burgis, uel extrà per uillas, et diſtrictum Camerini, ipſum canem de die, et nocte ligatum teneat, uel ſaltim ipſi cani debeat, et teneatur alligare ad collum baculum longitudinis unius pedis cum dimidio cũ uncino ſolido, et firmo longitudinis quinq; digitorum. quem baculum cum uncino toto dicto tempore durante: teneatur ipſe habens canem per ipſum canem apportari facere, ad hoc ut damnum non inferat in vuis, et uineis alicuius. et qui contrafecerit, uel eius canis in uinea alicuius damnum dederit, ſoluat pro banno communi, ſi fuerit de die xx. ſol. den. pro qualibet uice: ſi fuerit de nocte, xl. ſol. den. et credatur ſacramento accuſatoris de prædictis, et quolibet prædictorum uſq; in x. ſol. den. Et nihilòminus quatenus dicti canes modo, et forma prædictis non fuerint alligati, uel eis ad collũ dictus baculus cum uncino non fuerit alligatus, ultrà dictas pœnas poſſint ipſi canes taliter inuenti impunè offendi, et occidi. Addimus, quòd ſyndici caſtrorum, et uillarũm comitatus, et diſtrictus Camerini teneantur, et debeant denunciare dicto officiali uſq; ad. x. dies menſis nouembris eos, qui non tenuerint canes ligatos. Et ſi non denunciauerint, ſoluat quilibet ſyndicus contrafaciens pro quolibet cane, quem non denunciaret. xx. ſol. den.

Quòd non teneantur capræ intrà ſynaitas infraſcriptas. Rub. 10.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd capræ non teneantur, nec teneri poſſint à Triuio graſſiani intrà uerſus ciuitatem Camerini, quod triuium ſit, et eſſe intelligatur, ubi fabricata eſt quædam cappella, fundata, et cõſtructa per familiam de Rubeis de uilla Sabbietæ ultrà domos uillæ Turronis, et per quã demonſtratur uia, quæ uadit uerſus caſtrũ Criſperii, et altera uerſus Turrim Peregnæ à Sancto Gregorio, ſicut exit in ecclesiã Sãcti Blaxii de Paganico: et exit in eccleſiam Sanctæ Luciæ de Varano: et exit ad Podium et arcem Sentini: et exit ad Barbaram et ad S. Blaxium de Murro: et exit ad S. Andreã de Calcina: & exit ad S. Martinum de Viminianò: & exit ad triuium Seluazzani: & exit ad S. Martinum de valle: & exit ad S. Seuerum: & exit ad S. Petrum de Ormagnano: & exit ad S. Saluatorem de Lanciano: & ad S. Blaxium de Agello, et ad S. Helenam de Criſperio, et exit, & redit ad dictam cappellam, ſeu picturam Triuii Graſciani. et ſi aliquis inuenerit vnam, vel plures capras dare damnum: poſſit eam, uel eas capere, ducere, et tenere, donec emendet ſibi damnum, et ſoluat bannum cõmuni. ſol. xl. pro qualibet capra: Exceptis capris, quæ ducerentur ad forum cauſa vendendi, in eundo, uel redeũdo. Et qui cõtrafecerit: ſoluat ꝑ bãno cõi dictã pœnã, videlicet, pro qualibet capra, quæ teneretur ab aliquo infrà ſynaitas prædictas. de quo banno medietas ſit cõis, et alia accuſatoris, vel officialis. Et de hoc ſtetur ſacramento accuſatoris vſq; in. x. ſol. den. Et nullus audeat tenere, vel ducere ad ciuitatem, niſi die ſabbati, et tempore nundinarũ cũ ducerentur ad forum. Et qui contrafecerit: ſoluat pro banno communi pro qualibet vice. x. ſol. den. ¶ Addimus huic ſtatuto, quòd cuilibet ſit licitum tenere vnam caprã infrà ſynaitas ſupradictas, capitulo aliquo non obſtante, pro neceſſitate tantùm, tamen cũ licentia officialis. Qui officialis dicto caſu neceſſitatis imminente teneatur impartiri licentiam vinculo iuramenti: dummodò qui petierit licentiam teneatur præſtare ſacramentum, quòd neceſſitatem habeat de ipſa capra ſecundùm modum, et ordinem contentum in ſtatuto loquente de præſenti materia: et alio modo non valeat.

De pœna dãna dantium in terra mageſata, giſſata, uel guardata, ſyluis, rotis, vel pratis, et liceat percutere ſine ſanguine, et beſtias reducere. Rub. 11.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſiquis perſonaliter damnũ dederit in terra alicuius

mageſata,giffata,vel guardata, ſyluis, rotis, uel pratis alicuius, ſi de die fuerit: ſoluat p banno cōi pro quolibet,& qualibet vice.xx.ſol.den.ſi de nocte xl.ſol.den.ſoluere teneaẽ & damnum emendet patienti. & ſtetur ſacramento accuſatoris, uel denunciatoris de banno communis, & de eſtimatione damni pro quolibet damnumdante vſq; in xx. ſol. den.ſi fuerit de die: ſi verò de nocte vſq; in xl.ſol.den. ſi verò cum beſtiis ſcilicet cũ equo vel equa, boue,vel vacca, aſino,vel aſina,porco,uel porca, capra,uel bicco, uel his ſimilibus: ſoluat pro banno communis,v.ſol.den.pro qualibet ipſarum beſtiarum. Sed tempore pluuiarum in terra mageſata duplicetur pœna ad duos dies poſt pluuiam. Si verò cum aliis beſtiis, duos ſol. den. pro qualibet ipſarum: & ſtetur ſacramento accuſatorum de prædictis pro quolibet accuſato in xx.ſol. den. & dicto vnius teſtis in xl. ſol.den. pro quolibet accuſato: abinde ſupra legitima probatione teſtium. Et hoc locum habeat à kalendis Aprilis vſq; ad kalendas Nouembris. de aliis verò menſibus ad medietatem dictarum pœnarum,tàm ad pœnam cōi ſoluendam,quàm ad emendationem damni fiẽdam damnumpaſſo condemnetur. Et poſſit dominus rei, poſſeſſor, vel filius domini rei, uel poſſeſſoris damnum dantem perſonaliter, uel cum beſtiis in ipſo dãno, ſeu in re, in qua damnum daretur, prædictos inſultare, et percutere moderatè ſine ſanguine: & beſtias in rebus prædictis inuentas damnum dare reducere, & tenere quouſq; ad emendationem damni dati fuerit eidem recipienti damnum integrè ſatisfactum.

De incidentibus,ſcapecciantibus,vel extirpantibus arborem alicuius. Rub. 12.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd ſiquis inciſerit,uel extirpauerit, vel cortices amouerit, ſeu ſcorzauerit arborem fructiferam alicuius exiſteutem in horto, vinea,clauſura,terra laboratiua, vel fracta ipſarum poſſeſſionum, uel alicuius earum, vel in area aliqua,uel iuxtà ipſam aream, domum, uel caſſinam alicuius, ſoluat pro banno communi, ſi fuerit arbor magna, uidelicet arbor piri, nucis, mali, morici, agoſinæ, amygdalæ, oliuæ,cereſiæ,ficus,& quærcus, caſtaneæ,& perſichi,& his ſimilium pro quolibet,& qualibet arbore.x.lib.den. De plantis uerò menandariis minutis ſtantibus in dictis locis cōdemnetur pro quolibet & qualibet arbore in. L. ſol. den. & in vtroq; dictorum caſuum damnum emendet patienti: & ſtetur ſacramento accuſatoris de arboribus ſupradictis magnis uſq; in tribus libris den. & dicto unius teſtis uſq; in.c.ſol.den. tàm de pœna communis, quàm de emendatione damni facienda dãnumpaſſo: abinde ſupra legitima probatione teſtium. Si autem aliquis euulſerit arborem domeſticam inſitam exiſtentem in quibuſcunq; locis, puniatur in.c.libris den. & damnum emendet patienti. & niſi ſoluerit infrà.x. dies poſt condemnationem: fuſtigetur per loca ſolita ciuitatis Camerini: & non admittatur aliquod beneficium. Si verò inciſerit arborem infructiferam, ſiue ſcapecciauerit, ſiue ſalcem in quocunq; loco ſtantem: ſoluat pro banno communi, ſi fuerit arbor magna.c.ſol.den.pro qualibet arbore: & dãnum emendet patienti. Et ſi fuerit arbor parua, ſoluat pro banno communi.xx.ſol. den. & dãnum emendet patienti. & ſteẽ ſacramento accuſatoris,tàm de banno cõmunis, quàm de emendatione dãni vſq; in xx. ſol.den. & dicto unius teſtis uſq; in quadraginta ſol.den. abinde ſupra legitimæ probationi teſtium. Si verò de arboribus magnis menãdariis ſtantibus in dictis locis inciſerit aliquem ramum: ſoluat pro bãno cōi,& pro quolibet ramo.L.ſol. den. & dãnum emendet patienti. & ſtetur ſacramento accuſatoris,tàm de banno cōis, quàm de emendatione damni vſq; in.xx.ſol.den. pro quolibet. et dicto unius teſtis uſq; in xl.ſol. den. abinde ſupra legitimę probationi teſtium. Et de arboribus uerò infructiferis ſtãtibus in aliis locis medietatem dictarum pœnarum ſoluere teneatur, tàm de banno cōi ſoluendo,quàm de emendatione damni. Et an arbor inciſa,uel extirpata ſit in totum,uel in partem,ut ſupra dictum eſt, et ſit magna,uel parua, ſtetur iudicio officialis.

De pœna incidentium, uel deuaſtantium fractas alicuius. Rub. 13.

ITem ſtatuimus, & ordinamus,quòd nullus de ciuitate, comitatu, vel diſtrictu Camerini, uel aliunde audeat incidere aliquam ſepem, uel fractam alicuius in totum uel in partem.

partem. Et ſiquis contrafecerit: condemnetur communi pro quolibet, et qualibet uice in.x.lib.den. Et damnum emendet patienti: & ſtetur de prædictis ſacramento accuſatoris, tàm de banno communis, quàm de emendatione damni uſq; in. xl.ſol.den. Et dicto unius teſtis uſq; in.c.ſol.den.abinde ſupra legitima probatione teſtium. Si uerò aliquis extraxerit clauſumen, ſeu ſpinas de fracta alicuius, ſeu alio modo fractas deuaſtauerit: condemnetur communi pro quolibet, et qualibet uice in xl.ſol. den.et damnum emendet patienti. et ſtetur ſacramento accuſatorum, tàm de banno communis, quàm de emẽdatione dãni uſq; in quantitatem.xx.ſol.pro quolibet.et dicto unius teſtis uſque in quãtitatem.xl.ſol.den.abinde ſupra legitima probatione teſtium.

De pœna uaſtantium, uel deſappantium, uel ligonizantium limitem alicuius. Rub. 14.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſiquis ſfaſciauerit, ſeu ſappauerit, uel ligonizauerit, ſeu ſappari, uel ſfaſciari fecerit limitem alicuius: ſoluat cõi pro banno pro quolibet et qualibet uice.x.lib.den. et damnum emendet patienti: et ſtetur ſacramento accuſatoris, tàm de banno communis, quàm de emendatione damni, uſque in. xl. ſol. den. pro quolibet. Et dicto unius teſtis uſque in.c.ſol.den.pro quolibet. Abinde ſupra probatione legitima teſtium.

De pęna occupantis aliquid ultrà terminos. Rub. 15.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſiquis ſuperapprehenderit de rebus alicuius, vel occupauerit vltrà terminos deputatos: condemnetur in.c.ſol.den. Et quod ſuperapprehẽderit, uel occupauerit, reſtituere, et relaxare teneatur ſtatim ad petitionem illius, cuius eſſet res apprehenſa, vel occupata: & damnum emendet patienti. Et ſiquis laborauerit propè terminum per medium pedem: condemnetur in xl. ſol.den.pro quolibet, & qualibet vice.

De non faciendo formam communem ſine requiſitione conſortis. Rub. 16.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd nullus debeat ſcarcare, uel fodere aliquem foſſum, ſeu formam communem ſine requiſitione conſortis. Et ſiquis contrafecerit in prædictis, vel aliquo prædictorum: condemnetur in xl.ſol.den.pro quolibet, & qualibet uice. Et ſi conſors requiſitus noluerit fodere, uel remundare ipſum foſſatum, ſeu formam: poſſit poſtea ipſe requiſitor fodere, remundare, & ſcarcare ſine pęna ad ſuum libitum, & uoluntatem. Et mundatura ſit ipſius remundantis.

De non metendo herbam prati cõis ſine requiſitione cõſortis. Rub. 17.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd quicunq; habet ptatum, uel aliam rem cõmunem cum aliquo, uel aliquibus, non debeat metere fęnum, ſeu herbam ipſius prati, ſeu poſſeſſionis ſine requiſitione conſortis. Et qui contrafecerit: ſoluat pro banno communi xl. ſol.den.pro quolibet, & qualibet vice: & damnum emendet patienti: & ſtetur de prædictis ſacramento accuſatoris, tàm de banno cõis, quàm de emendatione damni vſq; in dictam quantitatẽ xl.ſol.den.pro quolibet, & qualibet vice. abinde ſupra legitima probatione teſtium.

Quòd non petatur ſemita per terram habentem viam à duobus lateribus: et de pęna facientis ſemitam. Rub. 18.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd per aliquam terram, quæ habet viam à duobus lateribus, per quam quis ire poſſit, & redire commodè, quod non poſſit peti ſemita aliqua pro eundo ad aliquam poſſeſſionem, ſeu terram. Et ſiquis contrafecerit: condemnetur communi in xx.ſol.den. pro qualibet vice. Cuius banni medietas ſit communis, et alia accuſatoris. Et ſiquis iuerit per ſemitam alicuius, in qua non habet ius eundi: condemnetur in.xx.ſol den. pro qualibet vice: & ſtetur ſacramento accuſatoris. Volumus tñ, quòd tempore meſſium, ſiquis nõ haberet viam, per quam quis poſſit commodè ire cum baraſtis, & treggis cum blado, liceat ire, & redire per terras laboratiuas non bladatas: non tamen per vineas, hortos, vel cannetum.

De pœna damna dantium in hortis,& viridariis ſitis infrà,uel propè muros vel ſaxum ciuitatis,& burgorum. . Rub. 19.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quia per nonnullos hactenus damna inferebantur enormia in hortis infrà ciuitatem,& burgos Camerini,& inferentibus ipſa damna ſequebatur impunitio, quod ſatis incommodum, & inconueniens videbatur: quòd nulla perſona de cetero audeat,vel præſumat perſonaliter, uel cum beſtiis dare,aut inferre damnũ aliquod in horto, viridario,ſeu iardino,uel aliquo alio territorio alicuius ſito infrà muros ciuitatis, & burgorum Camerini,& contrafacientes puniantur in duplici pœna,quà condemnari deberent dãnumdantes in vinea, ſeu clauſura alicuius, & damnum emendet patienti: non obſtante, ſi talis hortus,iardinum,uel territorium,non fuerit allibratũ in appretio, & in libra hominum communis Camerini,uel quòd datiua non ſolueretur, occaſione dictæ allibrationis non factæ de prædictis. proceſſus, uel ſententia non valeat vitiari, nec aliquo modo retractari, ſtatuto in contrarium loquente non obſtante. Et nihilòminus officialis ſuper damnis datis in prædictis ſummarie procedat ſine ſtrepitu,& figura iudicii: dummodò conſtet de damno per ſacramentum domini,uel alterius de ſua familia.Et poſſit dans dãnum perſonaliter in dictis rebus impunè offendi ſine ſanguine: & beſtiæ inuentæ poſſint occidi,& penès ſe retineri,donec ei damnum emendet. Et idem dicimus de hortis, et viridariis exiſtentibus iuxtà, & propè ſaxum, vel menia ciuitatis, & burgorum Camerini.

De pœna damna dantium in re cõi cum aliquo Rub. 20.

ITem ſtatuimus, & ordinamus,quòd quicunq; habet terram, ſyluam, ſeu vineam cõmunem cum aliquo ex conceſſione, uel alio quocunq; iure,vel titulo,& damnum dederit aliquis conſors incidendo, ſeu aliud dãnum dando ſine requiſitione conſortis perſonaliter,uel cum beſtiis,ſiue poma vel alios fructus collegerit: ſoluat pro banno cõi illã pœnam, ſeu pœnas. quam,uel quas ſolueret quilibet alius,qui damnum, uel damna daret, & non eſſet ſocius, ſiue conſors. et de hoc ſtetur ſacramento accuſatoris de banno communis,et eſtimatione damni, vſque in xx.ſol.den.dummodò probet rem eſſe cõem.

De pœna dãna dantium in croco alicuius. Rub. 21.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd quicunque damnum dederit perſonaliter, vel cũ beſtiis in croco alicuius, ſi perſonaliter, ſoluat pro banno cõi pro quolibet,& qualibet vice.xl.ſol.den.& emendet damnum patienti. Si verò damnum dederit cum beſtiis,videlicet boue,vel vaccha, aſino,vel aſina, porco,vel porcha,capra, uel bicco, equo, vel equa,ſoluat pro banno communi pro qualibet beſtia, & qualibet vice.x.ſol.den. Si verò cum aliis beſtiis ſoluat tàm pro banno cõi, quàm pro emendatione damni pro quolibet vſque in.xx.ſol.den.& dicto vnius teſtis vſque in.xl.ſol.den.ſtetur abinde ſupra legitima probatione teſtium.

De pœna damna dantium in vinea, horto, clauſura,terra bladata, arboribus fructiferis,& cãneto: & interroget accuſator de proprietate poſſeſſionis. Rub. 22.

ITem ſtatuimus, & ordinamus,quòd ſiquis alicui damnum dederit perſonaliter in vinea, horto,clauſura,terra bladata,arboribus fructiferis,vel canneto,vel fracta dictarũ poſſeſſionum,condemnetur per dictum officialem cõis Camerini in.c.ſol.den. pro quolibet, & qualibet vice. Et ſi dictam pœnam non ſoluerit infrà.x. dies à die cõdemnationis: fuſtigetur. Si verò aliquis dederit damnum perſonaliter de nocte in dictis rebus: duplum dictæ pœnæ ſoluere teneatur. Et de prædictis ſtetur ſacramento accuſatoris, ſiue denũciatoris de bãno cõis,& de eſtimatione damni pro quolibet vſque in.xl.ſol. den. Et dicto vnius teſtis cum ſacramento accuſatoris, & denunciatoris vſque in quantitatẽ. xl. ſol. den. pro quolibet. abinde ſupra legitima probatione teſtium. Et ſi dictam pœnã ſoluere non potuerit: detineatur in carcere per octo dies. Statuentes etiam, quòd notarius ad officium damnorum datorum deputatus teneatur,& debeat tempore excuſationis interrogare accuſatum, uel inquiſitum, Si res, de qua accuſatus, vel inquiſitus eſt, p tinet

tinet ad accuſatorem, vel denunciatorem reſpectu poſſeſſionis, ſi accuſator fuerit principalis. Si verò laborator, ſi detinetur ab eo an ne? & dictum accuſatum, vel denunciatũ cogat reſpondere ad prædicta præcisè. Sic, vel non. Et hoc locum habeat in damnis datis, tàm perſonaliter, quám cum animalibus in qualibet accuſatione de quibuſcũque bonis. Et poſſit induci in teſtem laborator rerum, in quibus rebus damnum datum fuerit, ad probandum. Et clauſura intelligatur illa, in qua ſtant ad minus.x. arbores oliuarum, vel decem arbores malorum, pirorum, & ficuum, mororum, vel aliorum quorũcunque fructuum inter omnes, uel ſint ad minus.xl.vites, uel vinea in aliqua parte poſſeſſionis, et colatur, vt vinea. & ſi accuſatus, inquiſitus, vel denunciatus in reſponſione negauerit rẽ, de qua accuſatus, inquiſitus, vel denunciatus eſſet, pertinere ad accuſatorem, uel denũciatorem: condemnetur cõi Camerini in.x.lib, den. Si contrarium apparebit, uel oſtenderetur rem pertinere ad accuſatorem, vel ad denunciatorem: niſi accuſatus, denunciatus, vel inquiſitus probaret ad alium pertinere. Et dictus officialis contra talem negantẽ poſſit inquirere ex ſuo efficio, & ad denunciationem cuiuslibet petentis: & repertos culpabiles condemnare, & punire in pœna prædicta. Et quòd á kalendis Aprilis vſque ad kalendas Nouembris dantes damnum in vinea, horto, clauſura, vel terra laboratiua bladata, canneto, & arboribus fructiferis, pœnam duplam dictorum bannorum, tàm communi, quàm perſonæ recipienti dãnum ſoluere teneantur, dictam pœnam continuò duplicando. Addentes, quòd hebræi non poſſint emere, vel receptare dictas agreſtas, vel vuas per damnum, uel furto ſubtractas. et ſi emerint, vel receptauerint: puniantur pro quolibet, & qualibet vice in.L.lib. den.

De pœna damna dantium in ſyluis guardatis. Rub. 23.

ITem ſtatuimus, & ordinamus ad hoc, ut ſyluæ modo debito manuteneantur, & cuſtodiantur, quòd quicũque damnum dederit in ſyluis guardatis alicuius perſonaliter incidẽdo ligna, ſoluat pro bãno cõi.c.ſol.deu.pro quolibet, & qualibet vice. Si verò extirpauerit, ſiue foderit, ſiue cauauerit radicitus cippos de dicta ſylua: pro quolibet, & qualibet vice in.x.lib.den. condemnetur, & in quolibet dictorum caſuum damnum emendet patienti. Et de prædictis ſtetur ſacramento accuſatoris, uel denunciatoris, videlicet incidendo ligna prædicta vſque in.xx.ſol.den.pro quolibet. & de ſtirpatione, cauatione, ſeu foditione vſque in.xl. ſol.den.pro quolibet. Et quòd ſylua guardata intelligatur eſſe, ſi ſolita eſt incidi in quinquennium, uel aliter, ante, vel poſt quandocunque.

De pœna damna dantium cum beſtiis in uinea, horto, uel clauſura, terra bladata, & pomis. Rub. 24.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi boues, equi, equæ alicuius, aſini, pecudes, arietes, capræ, bicchi, porci, ſcrofæ, vel ſimilia damnum dederint in horto, vinea, uel clauſura, terra bladata, canneto, ſeu in qua ſtaret legumẽ alicuius perſonæ illæ, cuius fuerint dicta animalia, uel poſſeſſor eorum ſi fuerit de die pro quolibet equo, equa, boue, aſino capra, biccho, porcho, ſcofra, vel his ſimilibus: ſoluat pro bãno cõi.L.ſol.den.pro quolibet, & qualibet uice. Pro qualibet verò pecude, ariete, & his ſimilibus, & qualibet vice.v.ſol.den.cõi Camerini condemnetur. Si verò fuerit de nocte, ſoluat, & condemnetẽ in pœna dupli. Et eo ipſo quòd inuenta fuerint dicta animalia, vel ſimilia, vel aliquod eorum, uel intrauerint in rebus prædictis, vel aliqua earum, præſumatur damnum dediſſe in re prædicta. Et ille, vel illi, quorum fuerint dicta animalia, condemnetur per dictũ officialem in banno prædicto, & emendatione damni dãnum patienti: & liceat domino, rei poſſeſſori, uel eius ſeruienti, campanario, laboratori, filio familiari ipſa inuenta ſua autoritate accolligere, capere, & percutere cum ſanguine, & ſine ſanguine ſine pena, & banno (exceptis bobus quoad percuſſionem cum ſanguine, vel ſine) & quo voluerit ducere: & credatur ſuo ſacramento de accollectione dictorum animalium, ſi negaretur in re ſua accollecta fuiſſe. & ſiquis abſtulerit eidẽ accollectori dicta animalia ſic inuenta, & accollecta: condemnetur per dictum officialem in.x. lib. den. & nihilòminus ſoluere te-

neatur pro cõi pro quolibet animali prædicto pœnã ſuperius nominatã : & emendet dãnum in duplum patienti. Et ad probandum prædicta ſufficiat modus infraſcriptus . Et ſi dominus animalium, uel ille, ad quem pertinerent dicta animalia, contumax ſteterit per duos dies: & non petierit ei reſtitui : ſtent , & ſtare debeant ad omnem eius reſicum , & fortunam. & pro paſtura dictorum animalium ſic accollectorum habeat accollector , & habere debeat ab illo, cuius erant animalia, pro quolibet die , quo retinuerit ea , infraſcriptam quantitatem, videlicet pro quolibet aſino, equo, uel equa, boue, porco, ſcrofa, capra, uel bicco, et his ſimilibus vi. ſol. den. et banna ſuperius nominata ſoluere teneant: et accollectori animalium ea reaſſignare non cogatur , donec non fuerit ſibi integrè ſatisfactum de expenſis , et damnis prædictis . Pro pecude verò , caſtratis , agnis, ædis, et his ſimilibus vltrà dicta banna pro quolibet die, et quolibet animali ſex den. accollectori ſoluere teneatur . Et ſimiliter ipſum accollectorem ea reaſſignare non cogatur , donec ſibi non fuerit integrè ſatisfactum. Accollector verò animalium ea die , uel ſequenti , in qua accollegerit animalia, debeat coràm ipſo officiali accuſare, et denunciare dicta animalia accollegiſſe : et tempus accollectionis, et rem, in qua fuerint accollecta, declarare, ad hoc vt dicta animalia non ſtent ſuo periculo . Et ſi aliquis accuſauerit aliquem de accollectione animalium, et accuſatus probauerit per duos teſtes dictum denunciatorem, accuſatorem, vel accollectorem dicta animalia accollegiſſe in alio loco, quàm accollector dixerit : dictus accuſatus dictam pœnam ſoluere non cogatur. Et ſiquis dederit dãnum cum dictis beſtiis ad glandes, et poma arborum menandariarum , vel corrodi faciẽdo corticem dictorum arborum, uel ipſas arbores: ſoluat pro quolibet boue, equo, aſino, porco, capra, vel his ſimilibus. v. ſol. den. pro quolibet , et qualibet vice . Et pro qualibet pecude, ariete, uel ſimilibus, duos ſol. den. pro qualibet beſtia, et qualibet vice. ¶ Addimus huic ſtatuto, quòd in ablatione animalium ſufficiat probatio vnius teſtis cum iuramento accuſatoris in damnis datis prædictis cũ animalibus : et ſtet ſacramento accuſatoris tàm de bãno cõis, quàm de emẽdatione dãni pro quolibet accuſato vſq; in. xx. ſol. den. Et dicto vnius teſtis cum iuramento accuſatoris vſq; in xl. ſol. den. abinde ſupra legitima probatione teſtium. Et quòd de omnibus damnis datis inuentis per officialẽ dãnorum datorum debeat habere dictus officialis medietatem banni , eius quod peruenire fecerit in commune. Hoc ſemper ſaluo , et intellecto, quòd dicti officiales non poſſint, nec debeant dictam medietatem pęnæ dictorum damnorum datorum habere, niſi de dãnis, quæ darentur in poſſeſſionibus ciuium habitantium in ciuitate , & burgis Camerini ac etiã de damnis datis inuentis per dictos officiales in clauſuris, vineis, hortis, terris bladatis, cannetis, leguminibus, & pomis ciuium comitatenſium, & diſtrictualium .

Quòd laboratores non vendant, nec donent vuas, vel agreſtas : & cuilibet liceat de vinea propria duos raſpos aſportare. Rub. 25.

ITem ſtatuimus , & ordinamus, quòd nullus laborator alicuius perſonæ, nec aliquis de ſua familia uendat, nec uendi faciat, uel donet alicui vuas vineæ, quam laborauerit: & vuæ agreſtæ nullo modo uendi poſſint per aliquem laboratorem, uel aliam perſonã , uel donari de ſuo, uel alieno, nec portare, uel portari facere ad ciuitatem ſine licentia officialis. Et qui cõtrafecerit, in. c. ſol. den. cõdemnetur. Ad quæ probanda ſufficiat ſacramẽtũ domini accuſantis de credulitate : dummodò ſit bonæ cõditionis, & uitæ : & etiam quęlibet perſona poſſit de prædictis accuſare, & denunciare: & ſtetur ſacramento accuſatoris cum uno teſte bonæ famæ vſq; in quantitatem. c. ſol. den. quæ probatio locum habeat in continuis habitantibus ciuitatis Camerini, & eorum familiaribus . In aliis verò probationes iuris fiant . Hoc ſemper ſaluo , quòd cuilibet ſit licitum de uinea propria duos raſpos vuarum, vel agreſtarum apportare pro vicẽ qualibet ſine pęna, et bãno, et ſine licentia officialis prædicti: Et ſi plures apportaret abſq; licentia officialis: cõdemnetur de ipſis duobus, et omnibus aliis, quos aſportaret. ¶ Addimus huic ſtatuto , quòd nulla pſona poſſit emere ab aliquo vuas, agreſtas, vel maturas vſq; ad kalendas Octobris: et ẽt apportare

apportare vuas agreſtas ſtructas in aliquo vaſe. Et ſiquis contrafecerit in prædictis: condemnetur per dictum officialem pro quolibet, et vice qualibet in.c.ſol.den. Et ſi aliquis iudæus delinquerit in prædictis, condẽnetur per dictum eius officialem pto quolibet, et qualibet vice in duplum eius, quo aliquis alius deberet puniri, et condemnari.

Quòd liceat ponere tribulos facto prius bannimento. Rub. 26

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd cuilibet licear ponere tribulos, et tenere in poſſeſſionibus ſuis ſine pęna, et banno: et prout ſibi placuerit. facto tamen (priusquàm ponat) bannimento in platea S. Angeli per publicum præconem cõis Camerini. et ex eo facta ſit relatio penès vnum ex notariis cauſarum ciuilium cõis Camerini.

Quòd non receptetur aliquis portans vuas, uel agreſtas. Rub. 27

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd nullus hoſpes, tabernarius, et beccarius, lanaiolus, conciarolus, ſcortachiarius, tintor, uel fornacciarius, et eorum operarii, uel famuli, nec aliqua alia perſona poſſint in eorum hoſpitiis, tabernis, ſtationibus, habitationibus, et fornacibus receptare aliquem, qui apportaret vuas agreſtas, uel maturas, uel agreſtas ſtructas in aliquo uaſe: nec ipſas emere. Et ſiquis contrafecerit: condemnetur ꝑ quolibet, et qualibet vice in.x.lib.den. Et quilibet accuſare, et denunciare poſſit: et ſtetur ſacramento accuſatoris vſq; in.c.ſol.den. dummodò accuſator, ſiue denunciator ſit bonæ condirionis. et dicto vnius teſtis bonæ famæ, et conditionis vſq; in quantitatem .x. lib.den. Et ſi fuerit ciuis, vel comitatenſis apportans: condemnetur in eadẽ pęna. x. lib. den. Et ſi fuerit forenſis, qui deliquerit in prædictis: condemnetur in duplum dictæ pęnæ et banni. Et ſi dictam pęnam ſoluere non poterit: fuſtigeẽ per totam ciuitatem. Et prædicti hoſpitatores, tabernarii, et famuli teneantur, et debeant prædicta denunciare, et referre dicto officiali ſtatim infrà ſecundam diem ad minus ſub pœna dicta: in qua pœna condemnetur per officialem prædictum. Et dictus officialis, qui nunc eſt, et pro tempore fuerit, faciat comparere coràm ſe omnes prædictos hoſpitatores, fornaciarios, operarios & famulos eorum tempore condecenti, & recipere ſacramentum ab eis de obſeruando, & non contrafaciendo in prædictis, vel aliquo prædictorum ſub pœna præſtiti iuramenti, & xxv. lib. den. auferendarum ab eo tempore ſyndicatus de ſuo ſalario.

De pœna vaſtantis rappum, oſtium, vel ſerramen alicuius. Rub. 28.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd nulla perſona poſſit, nec debeat rumpere, deuaſtare, ſeu aſportare aliquẽ rappum, ſeu oſtium exiſtentem, vel exiſtens in aliqua poſſeſſione alicuius, vel viæ, ſeu itineris vicinalis ſerramen de ipſis eleuare, nec deuaſtare aliquo modo. Et ſiquis contrafecerit in prædictis, vel aliquo prædictorum: condemnetur in.x. lib.den. pro quolibet, & qualibet vice, & damnum patienti emendare teneatur. Et de ꝑdictis ſtetur, & credatur ſacramento accuſatoris damnumpaſſi, vel alterius, qui haberet ius in dicto rappo, ſeu oſtio vſq; in quantitatẽ.xl. ſol.den. tàm de bãno communis, quàm de emendatione damni damnumpaſſo facienda. Er quilibet poſſit accuſare, & denunciare. Et dictus officialis poſſit, & debeat procedere per inquiſitionem, accuſationem, & denunciationem, & ex ſuo officio ad petitionem cuiuslibet petentis: & repertos culpabiles punire, & condemnare in pœnis prædictis.

Quòd remundentur arbores exiſtentes in confinibus vicini. Rub. 29

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd quicunq; habet arbores in confinibus, ſeu propè confinia alicuius poſſeſſionis alterius per duos pedes, debeat ad petitionem dicti vicini, cuius eſſet dicta poſſeſſio, remũdare dictas arbores, & leuare fraſchas circũcirca in altitudinem octo pedum adminus ad pedem communis infrà quintam diẽ poſt petitionem vicini. & ſi non fecerit: vicinus poſſir ipſe requirens facere ſine pœna, & banno. & requiſitus condemnetur in.xl.ſol.den. medietas quorum ſit communis, & alia accuſatoris: exceptis ficubus, oliuis, amygdalis, malis cotoniis, malis granatis, & piris.

¶ Addimus, quòd prædicta remundatio peti non poſſit, niſi à kalendis Nouembris vſq; ad kalendas Aprilis. Siquis verò habuerit arborem quercus, ceraſiæ, nucis, viſiulorum,

& quanecunq; arborem infructiferam inter terram, & vineam,& vineam , & vineam , in confinibus per ſex pedes : debeat ipſas incidere, & radicitus extirpare , & extrahere ad pœnam.c.ſol.den.pro quolibet contrafaciente. Et hoc ad petitionem habentis vineam tantùm , & non ad petitionem habentis terram . Et ſi requiſitus ceſſauerit remundare, & amouete, vt dictum eſt , liceat vicino ipſas incidere,& extirpare,vel amouere ad voluntatem vicini.

Quòd non fiat impedimentum areis. Rub. 30.

STatuimus,& ordinamus, quòd nullus de ciuitate,comitatu, & diſtrictu Camerini audeat,uel præſumat facete aliquod impedimentum areis , ſeu alicui areæ alicuius, vel aliquorum ædificando,plantando,uel fractas faciendo, ſiue quocunq; alio modo impedimentum ſimile, vel diuerſum inferendo , quòd impediat ventilare . et ſiquis haberet aliquam arborem iuxtà ipſas areas,uel propè ipſas arbores , incidere, et radicitus extirpare, et extrahere ad petitionem illius, cuius eſſet area,ad mandatum dicti officialis teneatur : et ipſum impedimentum eleuare,et deuaſtare ad pœnam.x.lib.den. dummodò area conſueuerit eſſe prius, quàm arbor fuerit ſubleuata.

De pœna damna dantium de nocte : et ſi ignoretur malefactor : emendetur per vicinos . Rub. 3r.

ITem ſtatuimus, quòd quicunq; inuentus fuerit per aliquem officialem damnorum datorum cõis Camerini , ſeu alterius officialis ab officiali maiori , uel eius notario deputati cum lignis , pomis , foliis, vuis agreſtis , vel maturis portare , condemnetur pro quolibet damnadante, & qualibet vice in.xxv.lib.den.& damnũ emendet patienti : niſi forte legitimè oſtenderit talis inuentus ea, cum quibus inuentus fuerit,apportare de ſuo proprio, vel demandato domini. Et ſi aliquod damnum eſſet datum in contrata, ſeu villa,vbi dictus talis,ſeu tales inuenti fuerint: dictus inuentus teneatur emendare damnum paſſo : & ſtetur,& credatur ſacramento damnumpaſſi, vſq; in quantitatem xl.ſol.den. & dicto vnius teſtis vſque in quantitatem.c.ſol.den.abinde ſupra legitima probatione teſtium. & officialis , qui inuenerit tales damnadantes , & ſic inuentus de nocte prædicta portare, debeat habere medietatem pœnæ, & banni eius,quod deuenire fecerit in commune. Si verò eſſet damnum datum per aliquem , ſeu aliquos perſonaliter , uel cum beſtiis in clauſura, terra bladata,ſeu ſeminata,horto,canneto, uel vinea alicuius : & ignoraretur à quo damnum datum, vel cuius ſunt beſtiæ, quòd quatuor proximiores conuicini continuò habitantes aſſignare teneantur damnum dantes : aliàs ſi neglexerint aſſignare infrà quintam diem, poſtquàm reclamatum extiterit per aliquem : ipſi tales proximiores conuicini teneantur emendare dictum damnum damnũpaſſo.Et ſi plures quatuor eſſent conuicini in dicto loco , vbi dictum damnum eſſet datum, omnes æqualiter teneantur ad emendationem damni prædicti damnumpaſſo. Et conuicini illi intelligantur eſſe, qui ſint propè locum,vbi damnum eſſet datum , ſeu commiſſum per vnam baliſtatam arbitrandam , & declarandam arbitrio dicti officialis . Et nihilòminus dictus officialis damnorum datorum ad petitionem cuiuslibet damnumpaſſi,ſeu petentis teneatur accedere ad locum, vbi dictum damnum datum eſſet, ad pœnam.x.lib.den.auferendarum eidem de ſuo ſalario tempore ſui ſyndicatus. & ſtetur de emendatione damni p̄dicti ſacramento damnumpaſſi vſq; in quantitatem xl.ſol.den. abinde ſupra legitima ꝓbatione teſtium .

De dantibus damnum in columbario , & capientibus columbos , & pernices cum buccino . Rub. 32

ITem ſtatuimus, et ordinamus, & decernimus nos ſtatuentes prædicti , quòd quicunq; fregerit oſtium alicuius columbarii,ſeu ſcalas appoſuerit cauſa intrandi palumbarium alicuius cauſa accipiendi columbos,ſeu pipiones , condemnetur pro quolibet,& qualibet in.L.lib.den.Et ſi repertus fuerit per dominum dicti columbarii,vel palumbariæ,ſeu per aliquem de ſua familia : licitum ſit eis,ſeu alteri ipſorum ipſum talem prædicta committentem

mittentem capere, & in fortiam Poteſtatis, ſiue alterius de maleficiis cognoſcẽtis in ciuitate Camerini mittere abſq; pœna, & banno. & dictus talis delinquens, ſi reſiſtentiam fecerit, poſſit impunè offendi per dominos columbarii, & familiares ipſorum abſq; pœna, & banno cum ſanguine, & ſine ſanguine abſq; debilitatione membrorum. Et nihilòminus dictus ſic delinquens teneatur ad emendationem damni domino dicti columbarii. Si verò lapides, baculos, vel quid ſimile proiecerit, baliſtauerit, vel bottauerit, percuſſerit, vel pulſauerit in columbario, vel verſus ipſum columbarium, ſiue columbos cum arcubuſio, ſchioppo, vel baliſta ad palluctam diſcarcauerit, vel tàm propè ipſum columbarium ſiue columbos, quàm à longè, vel quocunq; alio in loco verſus ipſos columbos deferauerit: ſoluat pro banno cõis. c. ſol. den. pro quolibet, & vice qualibet, & damnum emendet patienti. Si verò graticulam, vel graticchiam poſuerit, ſeu retia extenderit, vel alia ingenia poſuerit propè aliquod columbarium per vnam baliſtatã: puniatur pro quolibet, & qualibet vice in. xl. ſol. den. & puniatur pro quolibet columbo accepto in xx. ſol. den. Et de prædictis credatur ſacramẽto damnumpaſſi tàm de banno cõis, quàm de eſtimatione damni vſq; in quantitatem xl. ſol. den. pro quolibet. Et dicto vnius teſtis cum ſacramento domini columbarii vſq; in quantitatem. c. ſol. den. abinde ſupra legitima probatione teſtiũ. Volumus, quòd pœnæ prædictæ de nocte duplicentur. ¶ Addimus, quòd quicunq; arborem infructiferam haberet propè columbarium per xxv. pedes, debeat radicitus extirpari. Fructiferam verò per xv. pedes debeat ſcapecciari, & taliter reduci, quòd vltrà medietatem columbarii non traſcendat ad dictam pœnam. Et nihilòminus facere compellatur per quẽlibet officialem cõis. Prætereà volumus, quòd nullus audeat, vel præſumat aucupare, ſeu capere pernices, qualeas ad ſcutum, ſeu ad ingenium, quod dicitur buccinum. Et qui contrafecerit: pœna. x. lib. den. ſe nouerit puniendum.

De pœna accipientium ligna de cataſta alterius, vel aliunde. Rub. 33.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd quicunq; acceperit ligna de cataſta alicuius, ſeu accepi fecerit, ſeu aſportauerit, puniat̃ pro quolibet, & vice qualibet in. xxv. lib. den. Si verò portauerit ligna inciſa non accataſtata: puniatur in x. lib. den. & nihilòminus teneatur emẽdare damnum paſſo, & pro quolibet faſcio. x. ſol. den. ſoluere teneatur. Et de prædictis ſtetur, & credatur ſacramento damnumpaſſi, tàm de banno communis, quàm de emendatione damni vſq; iu quantitatem. xl. ſol. den. Et dicto vnius teſtis cum ſacramento damnumpaſſi vſq; in quantitatem. c. ſol. den. abinde ſupra legitima probatione teſtium.

De pœna immittentium ſulcos in præiudicium alterius. Rub. 34.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſiquis ſulcos vnum, vel plures per terrã ipſius, vel alterius contra antiquam formam, & conſuetudinem in damnũ, et præiudicium alterius immiſerit: puniatur pro quolibet, et quolibet ſulco in. xl. ſol. den. et ſulcos prædictos teneatur remouere ad petitionem illius, in cuius damnum et præiudicium eſſent facti, et immiſſi ſulci prædicti: et damnum patienti emẽdare teneatur. et ſtetur de prædictis probationi duorum deponentium, et teſtificantium ipſos ſulcos eſſe immiſſos in terra prædicta ſeu terris prædictis in damnum, et præiudicium alterius, et contra antiquam formam: poſito, quòd ipſi teſtes non vidiſſent immittere: ſed ſufficiat, ſi apparerent eſſe immiſſi ſulci prædicti contra prædictam formam.

De pœna damna dantium in ſylua de Agolla. Rub. 35

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd in ſyluis de Agolla nemo incidat ſine licentia ſyndici dictæ villæ. Et qui contrafecerit: ſoluat pro banno cõi. xx. ſol. den. et hoc capitulũ banniatur.

De pœna damna dantium in ſyluis vallis vecchiæ. Rub. 36.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd cum homines ciuitatis Camerini defectum patiãtur de lignis ſyluæ Vallis vecchiæ poſitæ olim iuxtà flumen, ſodũ fargunti iuxtà foſſum ſerunculæ, iuxtà monaſterium Vallis vecchiæ, et iuxtà uiam, quæ ducit ad dictum mo-

naſterium, et ſyluam communis Abaſſafontis uſq; ad monaſteriũ Vallis vecchiæ, et vſq; ad terras laboratiuas hominum villæ Tufi à capite ipſius collis, et exit per vallem, quæ vadit ad bauaritum, et iuxtà viam, quæ vadit ad monaſterium Vallis vecchiæ, et iuxtà terram Talfonis, et Tebaldonis mulicti, ſupra, et infrà cum ſcagnolo pauli de grani pro terra in fauo cacciati, et camillo raynutii cũ aliis, et iuxtà viam recentini, quæ vadit ad vallem vecchiam cum aliis lateribus recuperentur, et inueniantur pro commune, et ad vſum cõis Camerini perueniant totæ, et integræ, quæ ſunt, et ſint infrà dicta latera. Et ſiquis, vel ſiqui apprehendidiſſent, vel laboraſſent de dictis ſyluis, ſtatim debeant relaxare id, quod apprehendidiſſent: non obſtante aliqua cõceſſione, datione, et licentia ſibi, vel eis data per aliquem; et non obſtante aliquo ſtatuto communis, vel Populi, vel deliberatione conſilii à xxv. annis citrà. et nullus audeat, vel præſumat de ipſis ſyluis laborare, ſcotere, vel cæſare, nec occupare, nec aliqua ligna incidere. Et ſiquis cõtrafecerit, tàm in relaxando quod occupaſſent, quàm etiam in laborando, vel cæſando in ipſis ſyluis, vel tagliando, ſiue incidendo: ſoluat pro banno cõi xxv. lib. den. pro qualibet vice. Et cuilibet ſit licitum accuſare, et habeat medietatem banni. Et nihilòminus dictus officialis teneatur de prædictis inquirere. et officialis maior damnorum datorum, uel eius notarius, ſiue alii officiales à cõi deputandi faciant poni cuſtodes ad cuſtodiendum dictas ſyluas, et ad accuſandum omnes, et ſingulos facientes contra prædicta. et officialis maior, vel alii ſupradicti fieri facere teneantur infrà vnum menſem introitus ſui regiminis. Et ſi fuerint negligentes: condemnentur pro quolibet ipſorum in. c. lib. den. Et officialis maior vel alii officiales ſupradicti, qui mõ ſunt, et pro tempore fuerint, banniri faciant prædicta infrà dictum menſem, quòd quicunq; apprehẽdidiſſet, vel laboraſſet, vel ligna feciſſet in dictis ſyluis, debeat relaxare infrà octo dies à die facti bannimenti de mandato dictorum officialium, vel alterius eorum ad pœnam ſuperius notatam. Et cuilibet habitatori infrà ciuitatem Camerini, et eorum famulis ſit licitum iu dictis ſyluis incidere ſine pœna, et banno: dummodò non præiudicet habenti ius infrà dictas ſynaitas.

De his qui admittuntur ad accuſandum in damnis datis. Rub. 37.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd de omnibus, et ſingulis damnis daris perſonaliter, vel cum beſtiis factis quocunq; modo, et vbicunq; in ciuitate, pertinẽtiis, in comitatu, vel diſtrictu ciuitatis Camerini in bonis vel rebus, vel poſſeſſionibus alicuius admittatur ad accuſandum, et denũciandum dominus, poſſeſſor, filiusfamilias, famulus, familiaris, et laborator, et coptumarius ipſius rei: et quòd non poſſit vno ſacramento in vna accuſatione aliquis accuſare, vel denunciare vltrà quatuor homines, et vnum tantùm de domo, et familia de pluribus vicibus, quàm de quatuor vicibus. Et quòd aliquis de caſtris, et villis comitatus, & diſtrictus Camerini non poſſit ſine teſtibus aliquem accuſare ciuẽ, vel habitatorẽ ciuitatis Camerini de aliquo dãno perſonaliter, vel cum beſtiis. et ipſorũ vel alicuius ipſorum ſacramento non ſtetur de banno cõis, & de eſtimatione dãni abſq; probatione teſtium. nec tale iuramentum ipſorum probationem aliquam faciat in prædictis. & quòd ille intelligatur laborator, & coptumarius, qui fuerit à domino rerũ approbatus.

Quòd liceat accolligere beſtias in ſuis poſſeſſionibus inuentas. Rub. 38

ITem ſtatuimus, & ordinamus quòd quicunq; dominus, poſſeſſor, filiusfamilias, familiaris, laborator, & coptumarius ipſius rei inuenerit aliquem, vel aliquas beſtias damnum dare in vineis, hortis, & clauſuris, bonis, & poſſeſſionibus ipſius, vel ipſorum patris, vel domini, vel laboratoris poſſit, & licitũ ſit eis, & cuilibet ipſorum dictas beſtias reducere & eas in ipſo damno inuentas tenere ſine pœna, & banno quouſq; de damno fuerit eis ſatiſfactum. & ſi dominus beſtiarum, vel paſtor, vel aliquis alius conſanguineus, vel familiaris parabit ſe, vel oppoſuerit, & voluerit dictas beſtias reaccipere: ſoluat cõmuni xx. ſol. den. & credatur ſacramento accuſatoris cum vno teſte. & nihilòminus de inſultu, & iniuria puniatur.

De

De accuſatione facta cum teſtibus non probantibus, per ſacramentum quis non condemnetur. Rub. 39.

ITem ſtatuimus & ordinamus, quòd ſi aliquis accuſauerit aliquem de dãno dato per ſonaliter, vel cum beſtiis,& in ipſa accuſatione teſtem,vel teſtes poſuerit: & dãnum datum per aliquem teſtem productum per eundem accuſatorem ſuper ipſa accuſatione non probauerit; quòd ſuper ipſa accuſatione ſacramẽto ipſius accuſatoris nõ ſtet: & ipſius ſacramentum quoad pœnam cõi applicandam,& emendationem damni ſibi ſiẽdam nullam faciat probationem. & accuſatus (ipſo accuſatore in probatione teſtiũ fienda deficiente ſuper ipſa accuſatione) ipſo iure,& facto ſit totaliter abſolutus. Et ſi condẽnaretur dicto ſacramento: ipſa condemnatio ipſo iure ſit nulla, & exequi non valeat vllo modo.

Quòd in accuſationibus clericorum procedatur via ordinaria. Rub. 40.

STatuimus, & ordinamus,quòd ſuper accuſationibus fiendis per Clericos,& Syndicos vel procuratores eccleſiarum, ſeu per conuerſos,& oblatos eccleſiarum, ſeu monaſteriorũ de damnis datis,& aliis offenſionibus factis in poſſeſſionibus ipſorum, de bãno cõis & emendatione damni non ſtetur ſacramento ipſorum, vel alterius eorum. & eorũ ſacramentum in prædictis nullam faciat probationem, niſi quatenus teſtibus probaretur: & ſuper ipſis curia procedere teneatur ordinaria via,& ſecundùm teſtium probationem punire: & aliter non. Et ſi aliter factum fuerit: non valeat, nec teneat ipſo iure.

De pœna damna datium cum vnica beſtia tantùm. Rub. 41.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſiquis cum vna beſtia tantùm damnum dederit in poſſeſſione, vel poſſeſſionibus alicuius, puniatur arbitrio officialis ſuper dãnis datis conſiderato loco in quo damnum daretur, & quantitate dãni, & qualitate ipſius beſtię, quæ damnum daret.

Quòd liceat accipere à dantibus damnũ clamidem, ferramenta, & alias res Rub.42

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd ſiquis inuentus fuerit in re alterius damnum dare quòd dominus rei per ſe, & quem ſecum ducere vellet, poſſit,& eorum dominis liceat tali, vel talibus damnũ dantibus clamidem,vel palium, ferramenta, & alias res accipere,& ſecum portare ſine pœna & banno. Et ſi damnum dans contempſerit eidem domino dare, condemnetur per dictũ officialem in.xl.ſol den. & credatur de tali contemptu ſacramento domini, cuius banni medietas ſit communis,& alia accuſatoris.

De pœna dãna dantium cum Pullis. Rub. 43.

ITem ſtatuimus, & ordinamus,quòd ſi Pulli alicuius damnum dederint alicui modo aliquo, ille, cuius eſſent pulli, condemnetur pro quolibet, & qualibet vice in.v. ſol.dẽ. et emendet damnum patienti. Et dominus rei, & familiaris, cui damnum datur, poſſit eundem pullum, uel pullos occidere, & capere ſine pœna, & banno. & intelligatur, & præſumatur damnum dediſſe eo ipſo, quòd reperti fuerint in re alterius.

De damnis datis in poſſeſſionibus non valentibus xv.lib.den.iuramentum accuſatoris non releuet in aliquo. Rub. 44.

ITem ſtatuimus,& ordinamus, quòd nulli tàm ciui,quàm comitatenſi,& diſtrictuali liceat,nec poſſit aliquem de damno dato accuſare ſine teſtibus, ſi poſſeſſio,de qua accuſaretur, non valeret xv.lib.den.& ſacramento accuſantium de damno dato in re valoris xv.lib.den.infrà nullo modo ſtetur tàm de pœna communi ſoluenda,quàm de emendatione damni niſi quatenus teſtibus probaretur. Et quòd ſi per accuſatum negaretur rem de qua accuſatus eſſet, non eſſe valoris.xv. lib. den. & accuſator non probauerit: quòd eo ipſo accuſatus remaneat abſolutus, niſi quatenus teſtibus probaretur de damno.

De electione gualdariorum de damnis datis denunciandis. Rub. 45.

ITem ſtatuimus, & ordinamus,quòd ſyndici,& maſſarii cuiuslibet villæ,caſtrorum, & parrocchiarum,& vniuerſitatum communis Camerini gualdarios per infraſcriptum modum eligere teneantur,videlicet,quòd quilibet ſyndicus, & maſſarii ipſius, in quorũ

ſyndicatu fuerint,quatuor vintinę;teneãt,& debeãt dare,& aſſignare dicto officiali maiori duos gualdarios.à quatuor verò vintinis infrà, teneãtur dare vnũ gualdariũ. Si verò ſyndicatus habuerit vltrá quatuor vintinas,vel vſq; in octo vintinas: teneantur dare tres gualdarios. abinde ſupra quatuor gualdarios dare teneantur.Qui ſyndici,& maſſãrii caſtrorum, & villarum dictos gualdarios eidem officiali dare teneantur, & debeant infrà octo dies, poſtquàm eis, vel alicui ipſorum per dictum officialem, vel eius notariũ mandatum fuerit ad pœnam,& bannum. xl. ſol. den. pro quolibet, qui contrafecerit in prædictis. Quam pœnam elapſo dicto termino dictus officialis á dictis ſyndicis contrafacientibus poſſit de facto exigere ſine ſcriptura aliqua, uel proceſſu: dummodò in actis appareat de præcepto facto. & quòd dicti ſyndici eligere debeant, & teneantur in gualdarios, qui beſtias non habuerint. Et nihilòminus ad dictam pœnam dicti ſyndici eligere debeant, & teneantur. quorum gualdariorum officium duret uno anno tantùm. Et finito eorum officio dicti ſyndici alios teneantur eligere ad dictam pœnam infrà terminum ſupradictum. qui gualdarii teneantur, & debeant infrà primam citationem de eis fiendam pro parte dicti officiales coràm dicto officiali perſonaliter comparere ad iurandum, quòd bene, & diligenter,& ſine fraude officium gualdariæ exercebunt, & facient: et denunciare debeant omnes, & ſingulos damnum dantes in vineis, hortis,clauſuris,cãnetis, terris bladatis,mageſatis, giffatis,vel guardatis,ſyluis, pratis,& rotis de die tantũ ſaltim bis in menſe ad pœnam. x.ſol. den.pro quolibet gualdario. Et credatur, & ſtetur ſacramento,et relationi ipſorum gualdariorum pro quolibet damnumdante uſq; in.xx. ſol.den.abinde ſupra ſecundùm formam præſentium ſtatutorum. qui gualdarii habeãt et habere debeant tertiam partem banni,et condemnationis, quæ fieret ex denũciatione ipſorum. et quòd camerarius damnorum datorum teneatur ſoluere dictis gualdariis dictam tertiam partem infrà tres dies, poſtquàm dicta tertia pars ad manus ipſius camerarii peruenerit pœna.x.lib.den.pro quolibet,et qualibet vice,et pœna præſtiti ſacramẽti. Et quicunq; fuerit gualdarius in uno anno,non poſſit eſſe in eodem officio deinde ad duos annos: dummodò dicti gualdarii denunciare non debeant aliquos damnum dantes in poſſeſſionibus extrà eorum ſyndicatum. Et quòd dictus officialis cõtra dictos gualdarios non denunciantes dicta damna,et quemlibet eorum, et eos, uel alterum ipſorũ puniat,et condemnet in pœna prædicta ad petitionem cuiuslibet petentis. Hoc addito, quòd ſi dicti gualdarii non denunciauerint infrà tertiam diem à die dãni dati: dicta pœna puniantur. et ad denunciandum nihilòminus compellantur: et ipſorum denunciatio ualeat, et teneat, ac ſi exhibita fuiſſet infrà dictos tres dies. Et ſi dicti gualdarii negarent rem, in qua diceretur damnum eſſe datum in eorum uillis, uel caſtris,et eorum pertinẽtiis,et non probauerint dictam rem eſſe in alia villa, caſtro, ſeu eorum pertinentiis: puniantur in pęna prædicta. Hoc intellecto,et addito,quòd habitantes in burgis propè muros ciuitatis Camerini,et propè ipſam ciuitatem,et qui ſunt in temporibus retroactis cõſueti ſoluere datiuas,et collectas in dicta ciuitate per tempus xx.annorum uſq; nunc, debeant haberi,et tractari tanquàm ciues, et pro ciuibus ciuitatis Camerini. et debeant, et habeant gaudere beneficio ciuium ciuitatis Camerini. Et ſi aliquis, qui habitaret in dictis uillis,inuenus fuerit damnum dare de nocte propè ipſam ciuitatem per unum miliare in uineis, hortis,clauſuris,uel bladis,uel cannetis: condemnetur per dictum officialem in.x.lib.den.Et ſi dederit damnum in terra guardata de menſe Maij,et Iunij: puniat in.c.ſol.den.Hoc addito huic capitulo,quòd quoad negligentiam dictorum gualdariorum, ad probandum,quòd damnũ ſit datum, credatur, et pro plena probatione habeatur dicto duorum teſtium iurantium, qui dicant damnum datum eſſe, licet nõ dicat per quem datum fuerit dictum damnum. Et quòd accuſator tempore accuſationis porrectæ teneatur, et debeat iurare,quòd dictum damnum per ſe, uel alterum eius mandato ſine licentia datum non ſit.

Quòd inuentus dare dãnum,ſi aufugerit, pro confeſſo habeatur. Rub. 46.

Item

ITem ſtatuimus & ordinamus,quòd quicunq; inuétus fuerit per officiales,qui inerint ad inueniendum damnadantes in poſſeſſionibus alicuius,uel aliquorum: et talis dãs damnum inuentus fuerit per officialem, ſeu familiarem dicti officialis,uel alium, cui ipſe officialis commiſerit, dummodò de commiſſione appareat, in poſſeſſione, ninea, ſeu clauſura alicuius, ſeu in uia,uel iuxtà portas ciuitatis Camerini, et aufugerit,habeãt pro confeſſo, et conuicto, ac ſi dediſſet damnum in uinea, ſeu clauſura. Et intelligatur dãnum dediſſe,ſicut collegiſſet xx. raſpos vuarum, et in maiori, uel minori, quantitate inſpecta qualitate delicti, et conditione perſonarum. Et de prædictis ſtetur ſacramento officialium dicti officialis, ſeu alicuius de ſua familia,uel alterius perſonæ,cui dictus officialis commiſerit: dummodò de commiſſione appareat: et repertos culpabiles punire, & condemnare ſecundùm formam præſentium ſtatutorum teneatur.

Quòd liceat vicino intrare rem vicini cauſa reaptandi ſepes. Rub. 47.

ITem ſtatuimus,et ordinamus,quòd cuilibet vicino liceat hortum, vineam,uel clauſurã,uel poſſeſſionem vicini intrare ſine pœna,& banno cauſa reaptandi ſepes, vel limitem rei ſuæ, & cauſa recolligendi fructus arborum ſuæ rei cadẽtes in re vicini: dummodò non det aliter damnum in re vicini. quod ſi dederit, emendare debeat dãmnũpaſſo.

Quòd non habentibus vias publicas, vel vicinales liceat ire per terras vicinorum. Rub. 48.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd habentes poſſeſſiones, ad quas ire, & redire non poſſent per vias publicas,uel vicinales: ire,& redire poſſint ſine pœna,& banno ipſe, & eorum familiares,laboratores & operarii per terram,ſeu terras vicinorum per locum dictæ terræ, ſeu terrarum minus damnoſum, vnde conſueuerit ire commodè, & tempore congruo, & eis opportuno poſſint cum beſtiis oneratis fimo, ſeu letamine, vel aliis rebus opportunis pro dicta eorum poſſeſſione, & reportare ligna, & fructus quoſcunq; de ſua poſſeſſione, & cum bobus,& aliis beſtiis aptis, & neceſſariis ad laboritium pro laborando, & colendo dictam poſſeſſionem. Et ſi dicti vicinus, ſeu vicini aſſignarent, uel aſſignarent, alium locum ab alio latere per dictas eorum terras, quàm locum vndè conſueuerit ire, quòd debeat ire, & redire per illum locum aſſignandum per dictos vicinos, ſeu vicinum: dummodò per dictum locum aſſignandum poſſit commodè ire, & redire perſonaliter,& cum ſupradictis eorum beſtiis. Et ſi eſſet contentio de commoditate,vel incommoditate,ſtetur diſcretioni officialis, & dicto duorum teſtium vicinorum terris prædictis: dummodò ipſi euntes,& redeuntes in dictis terris vicinorum perſonaliter,vel cum beſtiis alia damna euidentia non inferant ſub pęna in ſtatutis contenta. ¶ Addentes, quòd dictum ſtatutum non vendicet ſibi locum in alienantibus partem aliquam poſſeſſionis,ad quam pro parte alienata iuxtà uiam ſituatam eſſet aditus, & reditus.

De laboratoribus,& laboritiis,& coptumis. Rub. 49.

ITem ſtatuimus, & ordinamus,quòd quicunq; habet,uel habuerit colere terras, vel uineas ad laboritium,uel coptumum ab aliqua perſona, teneatur, & debeat ipſas terras, ſi fuerit laboratiua hoc modo colere,& laborare,videlicet, quòd primò debeat eas maggeſare, ſiue rumpere ſecundò ſmozzare,tertiò reſmozzare, quarto ſulco ſeminare cum arato ad granum bonum,& recipiens. Et ſimiliter ligonizare, ſiue zappare, vel ſeminatã cum zappa recooperire, & ſtabbiare, ſi ſtabium habuerit domibus poſſeſſionis, nel propè ipſam poſſeſſionem per vnam baliſtatam. Si verò fuerit terra vineata, teneatur illam putare, vangare, ſiue vanga fodere,palos affigere, ſiue reficcare, folia inutilia, ſiue ſuperflua de vitibus tollere,vel ſcamare, & palmites inutiles, vel coſtagiolos remouere,appicciare, ſiue capreolos ad palos appendere,vel arrigere,& rãnare, & omnia alia neceſſaria & opportuna facere,& colere teneatur ipſe conductor,& coptumarius temporibus congruis,& competentibus,ac condecentibus ad vſum,& conſuetudinem boni laboratoris & contratæ vbi terra poſita eſſet: niſi aliter inter locatorem,& conductorem fuerit con-

uentum: quo caſu pacta, & conuentiones inter eos habitæ, & initæ ſeruentur: nec non blada mundare bene, & legaliter,& diligenter de menſe Martii,& Aprilis: & non trahat, nec trituret, vel bactet bladum ipſarum terrarum ſine licētia locatoris, vel eius hæredis, uel eius, cui eſſet ius quæſitum: nec dictus conductor, uel coptumarius trituret granum, vel alias fruges, vel ſegetes, neque vindemiet in alio loco, quàm in area domini, et eius canalibus reſpectiue, ſi habet, ad pœnam.x.lib.den. pro quolibet, & qualibet vice. Et ſi laborator, vel coptumarius fuerit requiſitus à locatore, uel eius hærede, vel ab eo, cui ius eſſet quæſitum, quòd debeat bladum, quod habet cum eo, trahere, verberare, vel bactere: laborator, & coptumarius infrà octo dies poſt requiſitionē ſibi factam teneatur, & debeat dictum granum, & bladum extrahere, & bactere, ſicut locatori, vel eius hæredibus videbitur, & placebit. Si autem laborator, vel coptumarius differret metere, trahere, & bactere dictum bladum, granum, uel fabam, ſiue alias ſegetes poſt requiſitionem ſibi factam à locatore, uel eius hæredibus: poſſit locator liberè metere, vel metiri facere, vel carpere dictum granum, vel bladum, ſiue fabam: & ipſa trahere, & bactere ſine pœna: & reddere partem contingentem laboratori, vel coptumario retentis primò damnis, & expenſis, quæ, & quas ſuſtinuerit dictus locator dicta occaſione, de quibus dãmnis, expenſis, & intereſſe credatur ſacramento locatoris, uel ſuorum hæredum. Et ſi laborator, uel coptumarius contra prædicta, vel aliquod prædictorum fecerit, uel venerit: condemnetur cōi Camerini in xl.ſol.den. cuius banni medietas ſit cõmunis, & alia accuſatoris. Et hæc omnia ſupradicta intelligantur tàm de vineis, quã de terris. Teneatur etiam laborator, vel coptumarius (ſi locatori placuerit) bladum prædictum diuidere per couum in campo, in quo ſteterit, & dare electionem, vel electam locatori, vel eius hæredibus, vel cui ius eſſet quæſitum, accipiendi partem, quam voluerit. Et teneatur laborator, et coptumarius ſeminare in terra ſemē, ſeu bladum, quod placuerit locatori, & non aliud. Teneatur etiam laborator, & coptumarius metere, & bactere, uel verberare bladum terrarum, quas habuerit ad laboritium antequàm ſuum proprium: et colere terras antequàm ſuas proprias colat. et bladum ad domum portare locatoris per totũ menſem Auguſti; vinum, et alios fructus per totum menſem octobris, ſumptibus tamē ipſius laboratoris, ſiue conductoris in omnibus dictis caſibus. quod ſi non fecerit: nomine pœnæ.x.lib den. pro qualibet vice ſoluere teneatur: et emendet damnum locatori, et intereſſe, quod ſuſtinuerit dicta de cauſa. Et ſi locator, vel dominus poſſeſſionis ſuſtinuerit, uel paſſus fuerit aliquod damnum culpa, et negligentia laboratoris in non laborando, et colendo poſſeſſiones ſibi locatas, ſeu locatam: et quam ipſe non laboraret temporibus congruis: teneatur damnum emendare, ſeu eius eſtimationem domino, vel locatori. de quo damno, et eſtimatione ipſius damni ſtetur ſacramento ipſius locatoris, uel domini vſq; in.c.ſol.den. abinde ſupra eſtimationi, et declarationi duorum hominum per partes eligendorum. ad quorum electionem teneatur officialis ad petitionem petentis partem recuſantem compellere pœna.x.lib.den. Et dictus laborator, uel coptumarius teneatur, et debeat vltimo anno laboritii poſſeſſionem rei, quam ad laboritium conduxerit, reaſſignare eidem locatori, videlicet, terras per totum menſem Auguſti, et vineam per totum menſem Octobris: et eas liberè relaxare in ea forma, qua erant tempore cōducti laboritii; ita, et taliter quòd debeat tantùm habere fructus cuiuſcunq; generis pro tot annis, pro quibus reſpōdere de grano, uel aliis fructibus, de quibus principaliter fuit facta locatio, tenebatur; et non vltrà. et idem dicimus de rebus, quæ locantur ad coptumum, quas finito tempore locationis relaxare liberas locatori teneaē, et debeat. et qui contrafecerit: condemnetur in xxv. lib. den. et nihilòminus habeatur pro reconducta, ſi locatori placuerit, videlicet, terra vſq; quo exbladata fuerit, vinea pro vno anno tũc proximè ſecuturo: niſi reaſſignauerit, vt dictum eſt. Teneantur etiã laboratores, et eius hæredes ſeruare omnia pacta, et conuentiones in inſtrumento locationis poſita, et habita inter eoſdem locatorem, et conductorem pœna in inſtrumento contenta. Si verò

locator

locator rem locatam vendiderit in totum vel in partem: teneatur laborator de ipſa reſpondere ementi. Sed ſi locator reſeruauerit ſibi fructus terræ locatæ: teneatur reſpondere locatori. Si autem venditor nihil ſibi reſeruauerit in venditione: teneatur laborator de re uendita emptori. Et locator non poſſit aliquid petere à laboratore, nec ipſum laboratorem uenditor, uel alius pro eo moleſtare non poſſit, uel debeat ullo modo occaſione iam dicta. Et quicunq; laborator negauerit rem ſibi locatam, et fuerit conuictus: puniatũ tanq̃ falſarius ꝑ dictũ officialẽ, uel Pot. ciuitatis Cam. Et ſi locator uendiderit, donauerit, ſiue ꝑmutauerit, ſeu in dotẽ cõceſſerit, vel quocũq; mõ alienauerit, uel in alium tranſtulerit rẽ locatã alicui: ſemper intelligãtũ autoritate præſentis ſtatuti iura laboratoris eſſe exceptuata, et reſeruata, ſiue in inſtr̃o, vel alia ſcriptura reſeruata fuerint, ſiue nõ, durante tempore locationis, et conductionis. Et ſi laborator uendiderit rem ſibi locatam, uel alienauerit, uel priuauerit locatorem poſſeſſione rei conductæ: in.c.lib.den.cõi Camerini condemnetur: et domino, ſiue locatori damnum emendet, et intereſſe reſtituat. et quocunq; tẽpore conductor, ſiue caſignus, uel laborator habuerit terras, et poſſeſſiones ad laboritium, uel tenuerit, non præſcribat locatori, quin ad omnia prædicta obſeruanda inuiolabiliter teneatur. Hoc addito, quòd quicunq; conduxerit aliquam rẽ ad laboritium, uel poſſeſſionem ad coptumum, non poſſit ipſam rem, uel poſſeſſionem alicui locare, uel ad laboritium dare in totum, uel in partem ſine licentia primi locatoris. Et ſi contrafecerit: locatio per eum facta non ualeat. Et nihilòminus per dictum officialem condemnetur in.xl.ſol. den. de quibus procedi non poſſit, niſi per accuſationem tantùm. De oliuis, et moris uolumus, quòd laboratores non babeant partem aliquam, niſi ex pacto expreſſo.

Quòd hanbetes poſſeſſionem propè uiam cõis iunctam cum aliquo, claudere teneantur, ut uicinus damnum non patiatur. Rub. 50.

STatuimus, et ordinamus, quòd quicunq; terram, uel uineam habuerit iuxtà uiam cõiunctam cum uinea alicuius, teneatur, et debeat ipſam claudi facere, ita quòd uicinus dicta occaſione diſpendium, et damnum non patiatur. et qui contrafecerit, puniatur ꝑ dictum officialem in xl. ſol. den. Et hoc non præiudicet habentibus poſſeſſiones iuxtà flumen.

Quòd ſingulis duobus menſibus eligantur cuſtodes ad inquirendum de damnis datis. Rub. 51.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſingulis duobus menſibus per M.D. Priores populi cõis Camerini in principio eorum regiminis, uel officii infrà quintam diem eligantur duo homines per contratam bonæ conditionis, et famæ, et legales, qui teneantur cõtinuò inquirere per plateas, et alia loca dictæ ciuitatis, prout eis videbitur, ne poma, fructus, folia furtiuè ablata vendantur: et teneantur, et debeant exquirere à vendentibus et eruere veritatem ex quibus poſſeſſionibus, ſeu locis dictos fructus collegerunt, ſeu emerunt: et uidere, et examinare, ſi dicti vendentes ſunt perſonæ ſuſpectæ nec ne: Et ſi viderint eos eſſe ꝑſonas ſuſpectas, exquirãt, et videãt loca, ex quib⁹ et de quib⁹ ipſi fructus dicerentur eos fuiſſe collectos. Et ſi neſciret vẽditor aſſignare loca, et poſſeſſiones unde, & ex quibus collecti fuerunt, ſeu perſonas à quibus emiſſe dicerẽtur: in quadragiuta.ſol. den. condẽnẽtur pro qualibet vice. Si verò aſſignauerint poſſeſſionem ad ſe nõ pertinẽtem, & abſq; rationabili cauſa, vel licentia domini rei, probando ſaltim ſacramento dicti domini: condemnẽtur in duplum eius, quod in ſtatuto quod loquitur de pœna talis damni, continetur. Si verò recuſauerint aſſignare locum, ex quo fructus, ſeu res quæ vẽduntur collectæ fuerint: condemnentur in xl. ſol. den. pro qualibet vice. Qui cuſtodes teneantur, & debeant bis in ebdomada ad minus referre dicto officiali omnia, quæ inuenerint contra dictam formam: & denuncient omnes contrafacientes pœna xl. ſol. den. pro quolibet cuſtode, & qualibet vice. & habeãt medietatem bauni: & credatur ſacramento duorum ipſorum cuſtodum. & teneantur ad minus ſtare duo ex eis per plateas,

& alia loca ciuitatis,& burgorum ad inquirendum de prædictis ſub pœna.x.ſol.den.pro quolibet, & qualibet die. Teneantur etiam ipſi cuſtodes ad minus duo ex eis tempeſtiuè omni manè eſſe in plateis, quando laboratores conducuntur,& exquirere,ne aliquis veniat contra capitula,& ordinamenta infraſcripta loquentia de mercede operariorum,& diſponentia, quòd laboratoribus,non detur vltrà certam quantitatem. Et ſiquis inuentus fuerit contrauenire: puniatur per dictum officialem in.xx.ſol.den. prout in dictis capitulis loquentibus de prædictis latius continetur. tàm conductus, quàm conductor pro quolibet, et vice qualibet. Et dicti officiales teneantur denũciare dicto officiali contrafacientes ſub pœna prædicta.

Quòd habitantes ſuper manſo alicuius gaudeant priuilegio,quo gaudet dominus vel poſſeſſor poſſeſſionis. Rub. 52.

ITem ſtatuimus, & ordinamus,quòd quicunq; habitauerit, vel ſederit ſuper manſo alicuius, et poſſeſſione ciuis,& habitatoris ciuitatis Camerini,gaudeat omni priuilegio, et immunitate reali,et perſonali illius ciuis, et habitatoris: dũtamen dictum priuilegiũ, et immunitas non eſſet conceſſum, vel conceſſa ipſi domino,vel locatori, ſeu ſuis anteceſſoribus ratione ſuæ ſpecialitatis, quibus gaudent illi ciues, ſuper quorum manſo, et poſſeſſione ſedet. Et quòd non teneatur ad aliquas factiones reales, et perſonales,niſi ad ſolutiones datiuarum, et fumantium, quæ per commune imponerentur: et etiam ad reparationem viarum, pontium, et fontium. Et eas tantùm ſolutiones ad quas dictus ciuis, ſuper cuius manſo ſedet,tenetur: non obſtantibus aliquibus ſtatutis, ordinamentis, vel reformationibus in contrarium loquentibus, quibus per præſens ſtatutum ſit totaliter derogatum. Et hóc non vendicet ſibi locum, niſi manſum aſcenderet ad minus ad centum ſtaria terræ.

Quòd vniuerſitates, et loca, quibus damna darentur, emendare teneantur damnum,niſi conſignent malefactores. Rub. 53.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſi aliqua damna darenť in bonis alicuius, vel rebꝰ ablatis quibuſcunq; in aliquo caſtro,vel loco,ſeu villa comitatus,vel diſtrictus Camerini: damnum teneantur emendare homines tám comitatenſes, quàm ciues, qui habitant in dictis locis, ſi dictum malefactorem præſentare non poruerinr cũ effectu. Et poſſit procedi, et terminari in prædictis per dictum officialem ſummariè, ſine ordine iudiciario, ſolennitate, et ſubſtantialitate iuris non ſeruata,infrà menſem poſt querelam factam,ſiue expoſitã: dummodò ſibi conſtet de damno dato ſacramento damnumpaſſi cũ duobus teſtibus de publica voce, & fama,inſpecta conditione perſonæ recipientis damnum, ſi non excedat quantitatem xl.ſol.den. Et abinde infrà ſacramento damnumpaſſi cum taxatione officialis. Et teneatur ad emendationem damni prædicti, ſi malefactor ignoraretur,uel haberi non poſſet, proximior villa, uel caſtrum ipſi loco, in quo damnum datum eſſet. Et ſi dictum damnum excederet dictam quãtitatem vſq; in.x.lib. den. teneantur duę proximiores vniuerſitates: abinde ſupra tres proximiores vniuerſitates ipſi loco,ubi damnum datum eſt. Et officialis damnorum datorum teneatur vinculo iuramenti ſine aliquo precio, et vectura,ad pœnam x. lib.den.ire ad videndum tale damnum ad petitionem cuiuslibet petentis.Et viſo damno teneatur mittere pro tali vniuerſitate, vel vniuerſitatibus, quæ tenentur ad emendationem talis damni, infrà.x. dies vbi dictum malefactorem cum effectu nõ traherent,uel aſſignarent officiali.Et denarii pro emendatione dicti damni fienda per dictas vniuerſitates ponantur, et colligantur per focum ſecundùm formam traditam in ſtatuto poſito in maleficiis ſub Rub. de inciſione vineæ, et combuſtione metæ,&c. Et à dicta ſententia appellari non poſſit. Et ſi eſſet cõtentio, quæ eſſent proximiores vniuerſitates: teneatur dictus officialis accedere ad locũ vbi damnum datum eſſet, & menſurari facere à loco,caſtro,vel villa cum familia eorum propinquiori loco,vbi damnum datum eſt. Et facta menſuratione ſtetur ſacramento ipſius officialis.

De

De pœna impedientium curſum aquæ. Rub. 54.

ITem ſtatuimus, quòd ſiquis deuaſtauerit, uel impedierit curſum aquæ euntis p̄ cluſam alicuius molendini, ſeu valchæ, vel valcheriarũ, cõdẽnet̃ in. x. lib. den. & ad emẽdationẽ damni quod ſuſtinuerit patiens occaſione p̄dicta. Si verò cluſam ſfaſciauerit alicuius molendini, vel molendinorum, ualchæ, uel valcheriarum, ſeu ligna de prædicta cluſa aſportauerit: condemnetur in xxv. lib. den. & nihilòminus cogatur ad reparationẽ, & emẽdationẽ dictæ cluſæ, et emẽdationẽ dicti dãni. Si verò deuaſtauerit receſſurũ, uel impedierit alicuius molendini, uel molendinorũ, ualchæ, ſeu ualcheriarũ: cõdẽnet̃ in. xxv. lib. den. & ad reaptationẽ ipſius receſſuri, & ad emendationẽ dãni, quod inde perceperit patiens. Si uerò deuaſtauerit molẽdinũ unũ, uel plura, ſeu ualcheriã, uel ualcherias, uel arenauerit, uidelicet, faciendo de nouo aliquod ædificiũ: condẽnet̃ pro quolibet, et qualibet uice, et pro quolibet molendino, & ualcheria in. c. lib. den. & ad emendationẽ damni, quod acceperit, & ad reaptationẽ ipſius molendini, uel ualcheriæ. Et ſi malefactor inueniri non poſſet, uel ignoraretur, uel curiæ tradi non poſſet cũ effectu, ubi damnum nõ exceſſerit. xl. ſol. den. & abinde infrà ſtetur ſacramento dãnũpaſſi, quòd eo caſu ubi non excederet ſummã iã dictã xl. ſol. den. ipſa uilla, nel caſtrũ, ubi dictũ dãnũ datũ eſſet, emẽdare, & reparare teneat̃, quæ erit propinquior, uel propinquius, ut ſupra dictũ eſt. Et ſi dictum damnum excederet ſummam xl. ſol. den. vſq; in. c. ſol. den. ad emendationem dicti damni, & reparationem prædictam duæ vniuerſitates proximiores teneantur. Abinde ſupra tres vniuerſitates proximiores teneantur, prout in proximo præcedenti ſtatuto cõtinetur. Si verò aliquis abſtulerit retia, vel remulum, vel aliquod ferramentum, vel res dictorum molendinorum, uel molendini, valchæ, ſeu valcharum: condemnetur in xxv. lib. den. Si frumẽtum, vel aliud bladum, vel pannum abſtulerit de dictis molendinis, ſeu molendino, valchis, uel ualcha, uel damnum dederit: condemnetur in quadruplum valoris rei furtiuæ, & ad emendationem damni. Et ſi malefactor inueniri nõ poſſet, uel tradi curiæ cum effectu: uniuerſitates proximiores teneantur, ut ſuperius eſt dictum. Si uerò de aqua alicuius fluminis, uel alterius cluſæ inter conſortes aliquorum molendinorũ, uel ualcharum eſſet quæſtio, uel contentio: quòd ad petitionem cuiuslibet petentis teneatur, & debeat dictus officialis cogere perſonaliter, & realiter dictos conſortes ad ponendum magiſtros ex parte eorum de prædictis: & ipſis magiſtris poſitis, per ipſos conſortes debeat cogere ipſos magiſtros ad terminandum dictam quæſtionem: & facta dicta declaratione per dictos magiſtros teneatur dictus officialis executioni mandare, & facere dictos conſortes dictam declarationem, ſeu terminationem efficaciter obſeruare. & ſi in prædictis dictus officialis fuerit negligens: condemnetur per rationatores dicti communis in xxv. lib. den. & ſi aliquis ex dictis conſortibus contradiceret, uel aliquid faceret contra dictam declarationem, & terminationem: pro qualibet uice puniatur in. x. lib. den. Et nihilòminus teneatur dictam declarationem, & terminationem obſeruare.

De proponendo annis ſingulis pro corrigendo ſtatutum damnorũ datorũ. Rub. 55

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd Priores ciuitatis Camerini, qui pro tempore erũt teneant̃, & debeant uinculo iuramẽti, & pœna. x. lib. den. pro quolibet Priore in quolibet anno proponere de menſe Ianuarii in conſilio generali de ſupradictis ordinamentis, et addendo, et diminuendo, et corrigendo, et quid utilius expediat agere in futurũ pro communis Camerini utilitate, et ſpecialium perſonarum. et quod deliberatum fuerit, executioni mandetur.

De non uendendo, uel dando ligna Beregnæ, Criſpignani, uel Guardiæ alicui de S. Seuerino, et de lignis caſtanearum non abſtrahentibus de comitatu, et diſtrictu Camerini. Rub. 56.

ITem ſtatuimus, et ordinamus ad hoc, ut ligna exiſtentia in montibus Beregnæ, et Criſpignani non extirpentur, ſed ſeruentur pro cõmuni, et pro ſpecialibus perſonis: quòd nullus audeat, uel præſumat ipſa ligna uendere, et dare alicui de S. Seuerino, vt incidat,

ſeu incidi faciat ipſa ligna, vel exportet extrà territorium Camerini ad pœnam .x.lib. den. Sed teneantur caſtellani dictorum caſtrorum accipere ligna, & ſomarium aſportãtem percutere ſine pœna, & banno: capitulo aliquo non obſtante. Et nulli liceat trahere de comitatu,& diſtrictu Camerini arbores, uel ligna caſtanearum non laboratarum ad dictam pœnam pro quolibet contrafaciente, & vice qualibet. & cuilibet liceat accipere,& trahere, vel retinere aſinum deferentem prædicta ligna contra dictam formam.

Quòd extrà Clentim, & Potentiam liceat vindemiare à medio menſe Septembris vltrà. Rub. 57

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd illi vltrà Clentim, & Potentiam,& vltrà tagliatã quæ incipit à Ponte Bilancioni, vſq; ad Turrim Beregnæ, & vltrà rigum Letegiarum: & illi de Campolarzo poſſint vindemiare ad libitum eorum quandocunq; ſine pœna, & banno à medio menſe Septembris vltrà: capitulo aliquo non obſtante. & hoc capitulũ ſit præciſum. Sed infrà Clentim, & Potentiam,& dictas ſynaitas ſine licẽtia maioris officialis vindemiare non liceat vſq; ad feſtum S. Angeli de menſe Septembris. Et qui contrafecerit: puniatur in.c.lib.den.abinde vltrà vnicuiq; vindemiare ſine pœna liceat.

De pœna facientium carbones in certis ſyluis,& locis. Rub. 58.

ITem ſtatuimus, & ordinamus,quòd nullus de ciuitate,comitatu, & diſtrictu Camerini,vel aliunde audeat,uel præſumat facere, vel fieri facere carbonem in monte, & ſyluis uallis vecchiæ, arunchi, & Farginiti, & ab ipſo monte verſus ciuitatem,& in montibus Beregnæ, Criſpignani, Criſperii, & Guardiæ. Et ſiquis contrafecerit: pro quolibet condemnetur in.x.lib.den.cuius banni medietas ſit cõmunis, et alia accuſatoris. Et officialis maior faciat publicè banniri per ciuitatem. ☞ Addimus huic ſtatuto, quòd officialis maior teneatur vinculo iuramenti mittere vnum de ſuis notariis ad dictum locum ad faciendum inquiſitionem de prædictis.

De pœna comburentis ſyluas, & facientis granchos. Rub. 59.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd nulli liceat ſyluam aliquam cõmunis, vel alterius ſpecialis perſonæ, vel propriam comburere, uel cæſare, ſeu granchos facere. Et qui cõtrafecerit: condemnetur in.x.lib.den.et accuſator habeat medietatem banni. et contra eos Poteſtas,uel officialis poſſit ſummariè inquirere.

De pœna ſfaſciantium, uel demolientium, ſiue deuaſtantium metas perſonaliter, vel cum beſtiis. Rub. 60.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſiquis ſfaſciauerit, ſeu eius beſtiæ mucchiam, ſiue metam grani, vel frumenti, lini, fabæ, leguminum, uel his ſimilium ſfaſciauerint: ſoluat pro banno communi pro qualibet vice quilibet perſonaliter ſfaſcians.c.ſol. den.et damnum emendet patienti. Sed ſi fuerint beſtiæ bouinæ, equinæ, aſininæ, vel porcinæ alicuius: ſoluat pro banno communi medietatem dictæ pœnæ, ſi ſfaſciauerit vltrà quinquè couos: abinde infrà.xx.ſol.den.pro qualibet dictarum beſtiarum. Et de prædictis ſtetur ſacramento accuſatoris tàm de banno, quàm de emendatione damni, ſeu eius eſtimatione vſq; in xl.ſol.den.abinde ſupra, vſq; in tres lib.den. ſtetur dicto vnius teſtis, abinde ſupra ſtetur probationi legitimæ teſtium tàm de banno cõmunis, quàm de eſtimatione damni perſonæ recipientis damnum.

De pœna trahentium traſinum per poſſeſſionem alicuius. Rub. 61.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd quicunq; traſinauerit, uel trahi, uel traſinari fecerit traſinum, vel lignum per alicuius poſſeſſionem bladatam cõtra voluntatem poſſeſſoris, condemnetur in.c.ſol.den.pro quolibet traſino: et damnum emendet patienti: capitulo aliquo non obſtante. Si verò traxerit per vineam, vltrà emendationem damni: cõdemnetur in. L.lib. den.

Quòd de damnis datis per beſtias becchariorum communis non procedatur, niſi per accuſationem tantùm: exceptis certis locis. Rub. 62.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd de damnis, quæ darentur in poſſeſſione alicuius per

per animalia, vel beſtias beccharioꝝ cõis Camerini, qui promiſerint cõi carnes facere, et fecerint, nõ poſſit procedi contra eos per aliquẽ officialẽ, niſi per accuſationem tantũ poſſeſſorum ipſarũ poſſeſſionum, uel alicuius de familia ipſorum: ſaluo de dãnis quæ darentur in hortis, terris bladatis, vineatis, cannetatis, et clauſura: de quibus poſſit inquiri, et procedi, et puniri per inuentionẽ, inquiſitionem, denunciationẽ, et accuſationem: aliquo capitulo non obſtante.

Quòd quilibet detineat poſſeſſionẽ ſuã bene clauſã, ne dãnũ inde ſequat̃ vicino. Rub. 63

ITem, vt negligẽtia, uel temeritas aliquorũ, qui incautè gubernant, et cuſtodiunt eorũ poſſeſſiones, et bona in dãnũ, et ꝑiudicium vicinorũ redundet: Volum⁹ ſtatuẽtes, quòd quilibet de ciuitate, comitatu, et diſtrictu Camerini, uel foreſis retinere teneatur, et debeat poſſeſſionem ſuam bene clauſam ꝑſertim ſitã propè viã, et ſemitas ita, quòd exinde ſuo conuicino damnum ſubſequi non valeat. quod ſi non fecerit: teneat̃ ſoluere cõi mediam pœnã, quam ſoluere tenetur dans damnum in ipſa re uicini. Et de competentia clauſiminis ſtetur arbitrio officialis. Sed non intelligatur in ædificantibus domum: quibus nõ præiudicet per annum à die inchoati ædificii, uel cauati fundamenti. et in prædictis teneatur quilibet officialis procedere ad petitionem petentis vinculo iuramenti.

De pœna incidentis pergulam, uiticchioſum, uel alias uites. Rub. 64.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd quicunq; inciſerit pergulam, vel uiticchioſum alicuius, ſi inciſerit pergulam in quocunq; loco, uel poſſeſſione exiſtentem: ſoluat pro bãno cõi. c. lib. den. Si uerò uites exiſtentes in aliqua arbore cuſtodita inciſerit. L. lib. den. ſi uiticchioſum alicuius. xxv. lib. den. Si autem alias uites uſq; in. x. abinde infrà. x. lib. dẽ. pro qualibet vite. ſed ſi inciſerit uites à x. uitibus ſupra: puniatur pœna ſuperius in ſtatuto loquente de incidente uineam, contenta. et in quolibet dictorum caſuum ad emendationẽ dãni ultrà iam dictas pœnas dãnũpaſſo teneat̃: et penitus ad ſoluendũ cõpellat̃.

De pœna intrantium uineam, et clauſuram, et damna dantium. Rub. 65.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſiquis uineam, hortum, uel clauſuram intrauerit, et inde nihil recollegerit, ſoluat pro banno cõi. xx. ſol. den. pro qualibet uice, et ſtetur ſacramento accuſatoris. Si uerò aliquis in uinea, uel horto, clauſura, uel canneto inuentus fuerit damnum dare ab ipſo domino rei, uel poſſeſſore, uel filiofamilias, uel laborato re ipſius rei, ſi de nocte fuerit: puniatur pro quolibet uice in. x. lib. den. Si de die fuerit, puniatur in. c. ſol. den. Et poſſit dominus rei, uel poſſeſſor, uel filius domini, uel poſſeſſoris, familiaris, uel laborator ipſarum poſſeſſionum eidem danti dãnum in ipſa uinea, horto, uel clauſura, uel canneto inſultare, et percutere cum ſanguine, et ſine ſanguine: dummodò eum non occidat, uel mẽbrũ debilitet. In aliis uerò poſſeſſionibus, et bonis ipſa damnadantes poſſint inſultari, et percuti ſine ſanguine, et pœna, et banno. Et quòd de prædictis omnibus ſtetur, et credatur dicto unius teſtis boni, et idonei, et bonæ famæ, quoad pœnam cõi ſoluendã, et ad defenſionẽ, et excuſationem ipſius inſultantis, et percutentis in ipſa re damnum dãtes. Si uerò cũ beſtiis, uidelicet boue, aſino, capra, uel bicco, uel his ſimilibus dãnum, quod dederit in uinea, horto, uel canneto, uel clauſura, ſeu ipſarum fracta: ſoluat pro banno cõi pro qualibet uice, et qualibet beſtia à kalendis martii uſq; ad kalendas Nouembris. x. ſol. den. et dãnũ emendet patienti: et credat̃ ſacramento accuſatoris de dictis menſibus vſq; ad xl. ſol. den. de aliis uerò mẽſibus uſq; in. xx. ſol. den.

Quòd fractæ, et arbores infructiferæ inter terram, et uineam incidantur, et putentur ad ſtatum quatuor pedum. Rub. 66.

ITem ſtat. et ord. quòd fractæ, & arbores infructiferæ inter terram, & vineã incidant̃, & putent̃ ad ſtatũ quatuor pedum ad mãdatũ poſſeſſoris, uel officialis, uel notarii dãnorũ datorum, & ſcapeccient̃ oĩ tertio anno, & ꝙ fractæ inter uineã, & uineã, & terrã canneta tã, & vineã remoueant̃ in totũ radicitus ad petitionẽ cuiuslibet dñi, uel poſſeſſoris petentis, ad mandatũ alicuius dictorũ officialiũ. quod ſi nõ fecerit: liceat petẽti ipſam fractã incidere, & remouere ſine pœna & bãno nõ obſt. ſi īter dictas terras, & vineas eſſet foſſatũ.

Quòd ſyndici caſtrorũ, & villarũ diſtantiũ à ciuitate Camerini per quatuor miliaria,& vltrà teneanẽ,& debeãt notificare,& denũciare dãna officiali dãnorũ datorũ.Rub.67

ITẽ cũ multa dãna inferanẽ in poſſeſſionibus ciuiũ , & comitatenſium ciuitatis Cam.ſitis in caſtris , & villis comitatus,& diſtrictus Cam .vel in pertinentiis eorundẽ diſtantibus à dicta ciuitate per quatuor miliaria , vel vltrà: & dicta dãna ꝑꝑ dictã diſtantiã ad notitiã ciuiũ,et comitatenſiũ nõ deueniunt,quibꝰ eſt datũ dãnũ:& ꝑꝑ dictã diſtantiã magnos ſumptus faciunt veniendo Cam.ad denunciandũ,vel accuſandũ corã dicto officiali dãnadantes.Iccircò ne p̄dicta cõmittanẽ, & fiant, & ad p̄dictis obuiandũ : Statuimꝰ & ord.quòd ſyndici caſtrorũ,& villarũ comitatus,& diſtrictus Cam . diſtantium à ciuitate Cam.per quatuor miliaria,vel vltrà ad petitionẽ cuiuslibet petentis debeant denunciare,& referre dicto officiali dãnorũ datorũ oĩa dãnadata in poſſeſſionibus poſitis in eorũ ſyndicatibus perſonaliter,vel cum beſtiis.Et dictus officialis contra ipſos denunciatos ꝑ inquiſitionẽ procedere,& punire,& condemnare ipſos ad pœnam in ſtatutis Cam. contentã.Et de dictis dãnis ſtetur,& credatur iuramento dictorũ ſyndicorum vſq; ad quantitatem.xl.ſol.den.tàm de banno cõis, q̃ de eſtimatione eius.Abinde ſupra vſq; ad ſummam.c.ſol.den.ſtetur ſacramento dictorum ſyndicorũ,& dicto vnius teſtis fidedigni: & abinde ſupra ſtetur legitimæ probationi teſtium.Et volumus,quòd ad inueniendum dãna ſyndici,& maſſarii dictarum villarum,& caſtrorum poſſint eligere duos,uel tres gualdarios: Qui gualdarii poſſint de die,& de nocte ire per eorum ſyndicatum ad inueniendum dãnadata:& ipſa inuenta denunciare,& referre dicto ſyndico,vel officiali. & ſtetur & credatur iuramento dictorum gualdariorum,uel alterius ipſorum tàm de banno cõis, q̃ de eſtimatione damni,mõ,& forma,vt ſuperius in ſyndicis eſt expreſſum.Et quòd tertia pars cõdemnationum,q̃ fierent de dictis damnis inuentis ꝑ ipſos gualdarios,ſit,& eſſe debeat ꝓ ſalario, & mercede dictorum ſyndicorum,& gualdariorum: & aliæ duæ partes ſint cõis Cam.Et quòd dictus officialis teneaẽ, & debeat in eorũ cõdẽnationibꝰ,quas fecerit de dictis dãnis, facere ſpecialẽ mentionẽ,quòd dicta tertia pars ſit, & eſſe debeat pro ſalario dictorũ ſyndicorum,& gualdariorũ.Et ſi dicti ſyndici fuerint negligentes in denunciundo, & referendo : puniãtur de facto in.xx.ſol.den.pro qualibet vice.Item volumꝰ,quòd dictus officialis ad petitionẽ cuiuslibet ſyndici petentis teneatur ire ſuis expẽſis ad caſtrũ,ſeu villã ſyndicatus dicti ſyndici,& ibidẽ recipere teſtes ad iuramenta, et dicta ſuꝑ ipſis denunciationibus factis per dictos ſyndicos:et videndum dicta dãna data, ſi petitum fuerit.☛ Addimus huic ſtatuto,quòd dicti ſyndici teneantur,et debeant denunciare,et referre officiali extraordinariorum cõis Cam.oẽs homines,et perſonas,qui,et q̃ nõ cuſtodierint infraſcriptas feſtiuitates,videlicet,Sanctũ diẽ dominicum, feſtum Natiuitatis dñi nr̃i Ieſu xp̄i cum duobꝰ diebus ſequentibus , feſtum Paſchatis Reſur.cũ duobꝰ diebus ſequentibꝰ,feſtum Pentecoſtes,principales feſtiuitates S.Mariæ virginis,& oĩum Apoſtolorũ,et Euangeliſtarũ,et S.Venantii,et eiuſdẽ corporis inuentionis,q̃ eſt. xxviii. Martii,S.Porphyrii.S.Anſouini,feſtũ oĩum Sanctorũ.S.Ioannis Baptiſtæ,feſtum Aſcẽſionis,feſtum corporis Xp̄i.S.Antonii.S.Luciæ,et feſtiuitates eccleſiarum poſitarum in caſtris,ſeu villis ſyndicatus ipſorum.

De fouea,fracta,et cannario faciendis. Rub. 68.

AD hoc,vt inter vicinos pax cõſerueẽ,et cõcordia ꝑmaneat,et ne occaſione foueę,fractæ,vel cãnarii lis,cõtrouerſia,q̃ſtio vel ſcãdalũ aliquod oriatur. ſtat.ord.quòd quicunq; voluerit facere,uel fieri facere foueã,uel foſſatum in ſuo ꝓprio,teneatur,et debeat relinquere,et dimittere inter eum, ſiue ſuum terrenum,et cõuicinum ſuũ,vel bona eiuſdẽ vſq; ad terminos,ſiue ſynaitas inter bona eorũ exiſtentes tm̃ latitudinis,quantum ꝓfundum dictæ foueæ capit: quod ꝓfundum per medium metiri,et menſurari volumꝰ. Si verò quis fractam mortuam facere , vel fieri facere voluerit , medium pedem diſtantem á dictis terminis, et ſynaitis relinquere teneatur . Si fractam viuam ponere voluerit : vnum pedem cum dimidio derelinquat , et dimittere debeat . Sed ſi cannarium facere,

vel

vel fieri facere voluerit, medium pedem à dictis terminis, ſiue ſynaitis dimittat ſub pœna in quolibet dictorum caſuum pro quolibet cõtrafaciente, & qualibet vice. L. lib. den. Et nihilòminus ad reaptationem, & reparationem parti teneatur.

Explicit Liber Quartus damnorum datorum.
Ciuitatis Camerini.

LIBER QVINTVS SVPER VIIS, PONTIBVS, ET FONTIBVS.

Quòd Magiſter ſtratarum, viarum, pontium, & fontium, & eius officiales teneantur, & debeant facere reaptari ſtratas, vias, pontes, & fontes per adiacentes, & ſolitas perſonas. Rub. Prima.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd Magiſter ſtratarum, viarum, pontium, & fontium, & eius officiales teneantur, & debeant plateas communis Camerini, & omnes, & ſingulas ſtratas publicas, & priuatas, & alias vias vicinales, & ſpeciales, pontes, & fontes ipſius ciuitatis, comitatus, & diſtrictus Camerini reparari, & reaptari facere ad petitionem cuiuslibet petentis, & ex ſuo officio per adiacentes perſonas, & alias ſolitas, & conſuetas conferre, & contribuere ad reparationem ipſarum ſtratarum, viarum, pontium, & fontium ſecundùm quod conſuetum eſt fieri tempore reparationis, & reaptationis ipſarum, & ipſorum, vel alicuius eorum, vel earum. Et quòd omnes, & ſinguli adiacentes prædicti, ac meliorantes, & vtilitatem percipientes ſecundùm declarationem fiendam per Magiſtrum ſtratarum, & alii, qui conſueti ſunt conferre, & contribuere ad ipſas reparationes fiendas, teneantur, & debeant ipſas ſtratas, vias, pontes, & fontes reficere, & refici facere, & ad ipſarum reparationem conferre, et contribuere ad requiſitionem, & mandatum dicti magiſtri ſtratarũ, vel eius officialis ſub pœna x. lib. den. pro quolibet ſyndicatu cuiuslibet caſtri, et villæ, et pœna c. ſol. den. pro quolibet ſyndico cuiuslibet caſtri, et uillæ, et pœna. L. ſol. den. ꝑ qualibet ſpeciali perſona, cui fuerit præceptum tàm à ſyndico, et maſſariis, quàm à capuintis ſuæ vniuerſitatis, et qualibet vice, qua ipſi ſyndici, vel alter ipſorum, ſeu ſpecialis perſona cõtempſerint magiſtri ſtratarum prædicti, vel eius officialium parere mandatis circa prædicta, vel aliquod prædictorum. quam pœnam L. ſol. vſq; in xl. et in minori quantitate conſyderata conditione, et qualitate perſonæ dictus magiſter ſtratarum, et eius officiales poſſint à dicta ſpeciali perſona, et etiam pœnam impoſitam vniuerſitati, caſtris, villis, et ſyndicis, ac dictis ſyndicatibus, et ſpecialibus perſonis contrafacientibus exigere, et auferre. Et nihilòminus debeãt conſtringere dictã vniuerſitatem, caſtra, villas, ſyndicos, et perſonas ad reparationem dictarum ſtratarum, viarum, pontium, et fontium. Declarantes, quòd ſi dicta ſpecialis perſona contempſerit præceptum ſibi ſpecialiter, et nõ cum cõi, vel ſua vniuerſitate factum: dicto caſu incurrat, et incurrere debeat pœnam. x. lib. den. prout in alio ſtatuto.

Quòd per magiſtrum ſtratarum, viarum, pontium, et fontium teneatur facere vnum librum, et annotare in eo præcepta, et mandata per ipſum facta, et facienda, et relationes ſuorum officialium. et quòd dicto libro credatur. Rub. 2.

ITem ad tollendum omnes contentiones, quæ exoriri poſſent inter dictum magiſtrum ſtratarum, et eius officiales, et vniuerſitates, ſyndicos, et ſingulares perſonas ciuitatis, comitatus, et diſtrictus Camerini ſuper præceptis, et mandatis factis, et faciendis per magiſtrum ſtratarum, et eius officiales de reaptandis et relaxandis dictis viis, ponribus, et fontibus reſpectiue, vel aliquod aliud faciendo, quod pertineat ad officium dicti magiſtri ſtratarum. Statuimus, et ordinamus, quòd dictus magiſter ſtratarum teneatur, et obligatus ſit facere, et tenere vnum librum cartulatum, et ſigillatum in fine dicti libri cũ ſigillo communitatis, in quo annotare debeat omnia præcepta, et mandata per ipſum facta, et facienda vt ſupra, ac diem, menſem, et annum. et dicto libro credatur, et ſtetur circa mandata, et præcepta ſine aliis teſtibus, et ſolennitatibus: et poſſit procedere ad pœnam in dicto libro annotatam vſq; ad ſummam x. lib. den. Et ſimiliter teneatur, et debeat, et obligatus ſit annotare in dicto libro relationes factas, et faciendas per officiales dicti magiſtri ſtratarum ipſe magiſter ſtratarum vniuerſitatibus, ſyndicis, et particularibus perſonis ut ſupra de reaptando dictas uias, pontes, et fontes ut ſupra, uel aliud faciẽdo concernens dictum officium: dummodò ſint facta coràm duobus teſtibus, quos reſtes dicti officiales referendo præcepta, et mandata facta debeant nominare, et dare in nota dicto magiſtro ſtratarum: et ipſe magiſter ſtratarum debeat nomina dictorum teſtium ſcribere, et annotare in dicto libro, in principio ſiue ſine relationis ſcriptæ mandatorum, et præceptorum factorum. quibus relationibus cum dictis teſtibus credatur, et ſtetur omnino. et poſſit procedi contra inobedientes ad pœnam prædictam ut ſupra.

Quòd quolibet die ſabbati per homines ipſius ciuitatis mundentur viæ, et ſtratæ ipſius ciuitatis, et burgorum. Rub. 3.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd quilibet de ciuitate, et burgis Camerini teneatur, et debeat qualibet die ſabbati, et quoties mandatum fuerit per magiſtrum ſtratarum, et eius officiales remundare, et mundari facere omnes, et ſingulas ſtratas, vias mattonatas infrà ipſam ciuitatem, et burgos prout, adiacet, et rangit domum ipſorum, vel etiam caſalenum ad pœnam. v. ſol. den. pro quolibet, et qualibet vice, et ad minorem cõſyderata qualitate perſonæ. quam pœnam dictus magiſter ſtratarum, vel eius officiales poſſint auferre de facto. Et prædicta dictus magiſter ſtratarum teneatur, et debeat facere banniri ad minus ſemel in ebdomada publicè per ipſam ciuitatem, et burgos, et loca conſueta. et dictus magiſter ſtratarum teneatur mittere vnum ex ſuis officialibus per ciuitatem, et burgos poſt dictum bannum factum ad perquirendum, an fuerit paritum dicto bannimento: et quòd teneatur facere eleuari ſcopimen, letamen, et aliud incamorimen infrà octo dies, à die facti præcepti per illas perſonas domos habitantes. Et qui cõtrafecerit, puniatur, et condemnetur per dictum magiſtrum ſtratarum, et eius officiales in quinq; ſol. den. per diem, quo fuerit in mora eleuandi prædicta à prædictis terminis in antea. et nihilòminus cogatur ad eleuandum incamorimina prædicta. Et ſi dictus magiſter ſtratarum, et eius officiales negligentes fuerint in obſeruando, et obſeruari faciendo prædicta, et quodlibet prædictorum, condemnentur per ſyndicarores, qui eos ſyndicauerint, in xxv. lib. den. et nihilòminus cogant illam perſonam, uel illas perſonas, quæ tenentur ad mundandum plateas dictæ ciuitatis, et burgorũ, et ad alia prædicta exequẽdum. Addimus huic ſtatuto, quòd prædicta non vendicent ſibi locum, quando incamorimen eſſet factum pro conſtructione domorum, puteorum, et aquariorum, et reparatione ipſorum: quod eleuare teneantur, et debeant infrà tempus, et terminum per dictum magiſtrum ſtratarum, et eius officiales aſſignandum, conſyderata conditione, et qualitate perſonarum et rerum quantitate.

Quòd nullus poſſit tenere, vel habere banchas extrà pilaſtros. Rub. 4.

Item

ITem ſtatuimus,et ordinamus,quòd nullus de dicta ciuitate,uel burgis,vel forenſis,vel comitatiuus audeat, vel præſumat tenere,uel habere aliquas banchas lignaminũ, vel aliquod incamorimẽ extrà pilaſtros domus ipſius,vel caſaleni, vel ſupra viis publicis ipſius ciuitatis, et burgorum ad pœnam xx. ſol. den.pro quolibet contrafaciente, et qualibet vice. quã pœnam dictus magiſter ſtratarum, et eius officiales poſſint auferre de facto, et minus cõſyderata conditione perſonæ,et qualitate delicti. Volumus tamẽ,quòd ab eccleſia S.Venantii vſq; ad eccleſiam S.Stephani per arẽghum,& plateas,& S.Agatæ olim,& nunc plateam Dñorum Priorum,& vſq; ad eccleſiam S. Antonii liceat retinere ſoluendo decem ſol.pro quolibet pede, quem retinuerit extrà pilaſtrum ſuæ domus: Ita tamen, quòd in Arengho non liceat extrà pilaſtros vltrà vnum ſummiſſum.

Quòd nullus poſſit aſportare, ſeu aſportari facere lapides platearum,fontium, et murorum. Rub. 5.

ITem ſtatuimus, & ordinamus,quòd dictus Magiſter ſtratarum teneatur vinculo iuramenti ad pœnam xxv.lib.den.facere,& procurare cũ effectu, quòd nullus audeat, vel præſumat lapides murorum ſplatiæ portæ Angeleſchæ, & muri extrà ipſam portam, et aliorum quarũcũq; portarum,& murorum ipſius communis circumcirca ipſam ciuitatẽ, et burgos ipſius, & aliorum murorum,tàm etiam pontium, quàm fontium ipſius ciuitatis, comitatus,et diſtrictus accipere,nec accipi facere,uel portare publicè, vel occultè. Et ſiquis contrafecerit,puniatur in decem lib. den.pro quolibet,et qualibet vice.et quilibet poſſit contrafacientes accuſare,et denunciare: et habeat tertiam partem banni, et teneatur ſecretò: et credatur eidem cum vno teſte. ¶ Addimus huic ſtatuto,quòd fontes, qui appellantur Ciſternæ incontrata Ciſternæ, teneãtur facere dictus Magiſter ſtratarum, et eius officiales remundare,et reparari facere ſecundùm quòd hactenus ſtare cõſueuerint ſub pœna prædicta: Et etiam punire perſonas turpitudines, et immunditias facientes in.c.ſol.den.et minus ſecundùm conditionem perſonæ,et qualitatem delicti,nec coria,nec pannos ammollare, ſeu accias lauare.

Quòd coria non poſſint ſpandi, ſiue ſterni ſuper muros ciuitatis et burgorum. Rub. 6.

ITem ſtatuimus, et ordinamus,quòd nulla perſona audeat, uel præſumat ſuper muros portarum ciuitatis, et burgorum Camerini,nec in aliquo loco intrà ciuitatem,et burgos ſpandere,vel ſternere aliquod corium,vel coria ſub pœna c. ſol.den.pro quolibet,et vice qualibet.quam pœnam dictus Magiſter ſtratarum de facto à contrafacientibus poſſit auferre. Et illud idem intelligatur in omnibus muris,et lapidibus murorum,pontium et fontium, et guazzatoriorum, et lauatoriorum tàm ciuitatis, et burgorum, quàm comitatus. Et nihilòminus de prædictis poſſit per D.Magiſtrum ſtratarum inquiri: et ſufficiat probatio vnius teſtis bonæ famæ. et eligantur cuſtodes ſuper prædictis, prout dicto magiſtro ſtratarum videbitur.

Quòd nullus poſſit lauare,uel lauari facere pannos,lanam, nec coria ponere in fontibus, qui ſunt circumcirca ciuitatem Camerini,et burgos. Rub. 7.

ITem,quòd nulla perſona audeat,uel præſumat lauare,vel lauari facere pannos, lanam aliquam,nec alia coria ponere, nec poni,vel ſpandi facere in pontibus,et fontibus circũcirca ciuitatem Camerini,et burgos,et in dicta ciuitate, et burgis, nec ipſorum confinium,vel mittere ſomarios,uel uegeticulos, ſeu cados,excepto tempore uindembiarũ: quo tempore poſſint mitti in abbeueratoriis fontium Fililli, portæ Angeleſchæ, portæ Muralti,burgi planulæ,et portæ Ciſternæ,uel in muris ipſorum,uel in aliquo alio fonte, uel eius abbeueratoriis propè ciuitatem per medium miliare, ſeu propè ipſos fontes, et abbeueratoria per decem pedes ad pœnam xx. ſol.den. pro quolibet, et qualibet uice. Et quòd nulla perſona poſſit ponere,uel poni facere propè ipſos fontes,uel aliquem ipſorum aliquod letamen,ſeu bructuram, uel immunditiem, uel incammorimen per xxv.pedes ad dictam pœnam: quæ pœna poſſit de facto per dictum Magiſtrum ſtratarum, et

eius officiales auferri à contrafacientibus. Et ſuper prædictis ponantur cuſtodes,& eligãtur. quibus,& cuilibet ipſorum cum vno teſte credatur, vſq; in xx.ſol.ſine teſte vſq; in x.ſol.den.Et quòd nulla perſona audeat,uel præſumat in ipſis fontibus,vel abbeueratoriis ſeu lauatoriis,uel aliquo ipſorum lauare lanam tinctam,vel petias panni de lana ad pœnam.x.lib.den.pro quolibet,& qualibet vice.Et cuilibet ſit licitum accuſare: Et accuſator habeat medietatem dictæ pœnæ, & ſtetur ſacramento accuſatoris cum vno teſte, & denunciatoris vſq; in xl.ſol.den.Et ſimiliter quòd nullus poſſit immittere, & lauare aliquod genus herbarũ,radicũ, raparũ, alliorũ, & aliorũ agruminum in fontibus tàm ciuitatis, & burgorũ,quàm comitatus ſub prædictis pœnis,& propè ipſas fontes per x.pedes.

De non comburendo Feces vini,nec faciendo cordas Leuti iuxtà ciuitatem,& burgos Camerini. Rub. 8.

STatuimus, & ordinamus, quòd nullus poſſit, nec valeat comburere,ſeu comburi facere feces vini in dicta ciuitate, & burgis,& extrà per vnum miliare. Et ſimiliter non facere,nec fieri facere cordas Leuti propè Ciuitatẽ,& burgos per dictũ miliare circũcirca ſub pęna xxv. lib.den. pro quolibet contrafatiente,& qualibet vice de facto auferendà per Magiſtrum ſtratarum,& eius officiales,& applicanda pro medietate communi Camerini,& pro alia medietate prædictis Magiſtro ſtratarum, & eius officialibus. & ſuper dicto caſu poſſit procedi per inquiſitionem,accuſationem, & denunciam.

De Fonte Fililli,& conducto tenendo incultu,& non deguaſtando. Rub. 9

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd nulla pſona audeat,vel præſumat deguaſtare, vel deguaſtari facere Fontem Felilli,vel conductum dictæ fontis ad pęnam xxv.lib.den.Et nullus poſſit extràhere aquam de conductu ipſius fontis, niſi ex dicto fonte,& deuiare,et mutare ipſam aquam per alium locum ad ipſam pęnam pro quolibet,& vice qualibet,& cuilibet ſit licitum accuſare,& denunciare: et ipſe àccuſator,vel denunciatcr habeat tertiam partem banni. Et ſtetur ſacramento ipſius accuſatoris, ſeu denunciatoris cum vno teſte bonæ famæ. Et etiam ex ſuo officio dictus Magiſter ſtratarum contra delinquentes poſſit per inquiſitionem procedere, et ſufficiat probatio vnius teſtis.Et quòd nullus poſſit,vel debeat aliquam bructuram,ſeu letamen ſuper ipſum conductum,vel propè ipſum conductum per ſtratam publicam tranſeuntem per xv. pedes ponere ad pęnam xx. ſol. den.pro quolibet,et vice qualibet. Et quilibet poſſit contrafacientem accuſare,& denũciare,& habeat medietarem dicti banni. Et ſtetur ſacramento denunciatoris,vel accuſatoris abſq; alia probatione. Quæ pęna xx.ſol.de facto poſſit per dictum Magiſtrum ſtratarum,et eius officiales auferri. ☞ Addimus huic ſtatuto,quòd promittens,ſeu promittẽtes manutenere, et cuſtodire Fontẽ Felilli,et ſuos conductus teneatur,et debeat bene,et ſolicitè cuſtodire, et manutenere, ita quòd ſemper,et continuè habeatur aqua nitida à dicto fonte ad pęnam xv.ſol.den.pro qualibet vice. Et dictus Magiſter ſtratarum,et eius officiales teneantur,et debeant continuò perſcrutari contra delinquentes ad pęnam x. lib.den.de eorum ſalario auferendorum.

Quòd guazzatorium, et lauatorium Fontis Fililli remundentur per homines contratæ infraſcriptarum villarum. Rub. 10.

ITem quòd guazzatorium,et lauatorium Fontis Filllli remundari debeant per homines contratæ Subſancti, et per homines villarum infraſcriptarum, videlicet, Paganici, Dinazzani Sancti Gregorii, et Plaguſiani, et quòd aqua pluuialis, quæ vadit, et diſcurrit per ſtratam publicam ante Fontem Fililli, et tendit verſus dicta lauatoria,et ſciacquatoria mittatur, et deriuatur per locum,et per loca,per quæ ipſi Magiſtro ſtratarum videbitur conuenire. Et quòd nullus poſſit contradicere miſſioni, et deriuationi dictæ aquæ ad pęnam. c. ſol. den.pro quolibet,et qualibet vice. et quòd expenſas occurrẽtes in prædictis,et pro prædictis, et quolibet prædictorum dictus Magiſter ſtratarũ poſſit diſtribuere,et imponere inter perſonas prædictas,et alias vtilitates recipientes ex dicto fonte,prout ſibi videbitur conuenire.Et quòd nullus poſſit aquam abbeueratorii ip-

ſius

ſius fontis deuiate per alium locum, quàm conſuetum, qui primò currat, et vadat continuè in guazzatorium ipſius fontis ad ipſam pœnam. liceat tamē tinctoribus de ipſa aqua per alium locum deuiare pro exercitio caldariæ pro tincta. ¶ Addimus tamen huic ſtatuto, quòd magiſter ſtratarum teneatur mandare capitaneo, et rectori artis mercatorū, quòd debeat dictū guazzatoriū aptari facere, et remūdare, vt tenetur infrà duos annos à die monitionis, aliàs dicta ars de iure ſibi conceſſo, dicto guazzatorio penitus ſit priuata, et ſit liber communis, vt prius.

De non tenendo calcinarium, nec aliquid turpe propè aliquem ipſorum fontium, et guazzatoriorum. Rub. 11.

ORdinamus, et ſtatuimus, quòd nullus faciat, uel factum teneat, vel habeat aliquod calcinarium, vel aliquod aliud turpe, vel fœtidum incammoramentum, ſeu laborerium faciat propè aliquem ipſorum fontium prædictorum per xx. pedes infrà territorium proprium alicuius. In territorio verò ipſius communis nullatenus facere poſſit pœna. c. ſol. den. pro quolibet et qualibet vice. Et ſi quod inueniretur ſic factum contra dictam formam, dictus Magiſter ſtratarum teneatur, et debeat vinculo iuramēti facere deguaſtare infrà vnum menſem poſt aſſignationem præſentium ſtatutorum. Et contrafaciens, et tenens contra prædictam formam teneatur deguaſtare infrà dictū terminum, et per eundem Magiſtrum ſtratarum ſtatuendum ad mandatum ipſius Magiſtri ſtratarum ad pœnam. c. ſol. den. à quo mandato, ſeu præcepto, proceſſu, ſeu ſententia appellari non poſſit vel aliter cōtra dici.

Quòd Magiſter ſtratarum teneatur, et debeat fieri facere coggias neceſſarias in ciuitate, et burgis Camerini. Rub. 12.

ITem, quòd dictus Magiſter ſtratarum teneatur, et debeat ex ſuo officio ad petitionem cuiuslibet petentis fieri facere coggias infrà ciuitatē, et burgos in locis in quibus fuerit neceſſarium infrà ciuitatem, et burgos expenſis communis pro medietate, et pro alia medietate expenſis adiacentis, et meliorantis. Et qui ſint adiacentes ſtetur dicto, et relationi ipſius Magiſtri ſtratarum. Et coggiæ factæ, et fiendæ infrà ipſam ciuitatem, et burgos teneantur mundæ, et purgatæ per adiacentes, et meliorantes cum ipſas expediret facere, et reaptari expenſis adiacentium, et meliorantium vſq; in quantitatē xl. ſol. den. abinde ſupra expenſis communis adiacentium, et meliorantium, vt ſupra dictum eſt: et factas coggias manutenere per adiacentes, et vtilitatem habentes ex eis.

Quòd Magiſter ſtratarum teneatur fieri facere pontes, de quibus nō eſt prouiſum per adiacentes, et meliorantes. Rub. 13.

ITem, quòd in aliquibus locis, vel loco comitatus, et diſtrictus ciuitatis Camerini expedierit fieri aliquis pons, vel fons, de quo non ſit ſpecialiter prouiſum per ſtatutū, et fieri poſſit, quòd dictus Magiſter ſtratarum ex ſuo officio teneatur, et debeat dictos pontē, et fontem fieri facere per adiacentes, et meliorantes expenſis eorum, facta prius diligenti examinatione, ſi videbitur dicto magiſtro ſtratarum opus fore vtile: poſſit ipſos adiacentes, et meliorantes cogere ad prædicta facienda, et fienda, et inobedientes punire, et condemnare in xl. ſol. den. pro quolibet, et qualibet vice. quam pœnam poſſit de facto auferri.

De non ædificando murum, vel ædificium infrà ciuitatem, et burgos ſine requiſitione magiſtri ſtratarum prædicti. Rub. 14.

ITem, quòd nullus debeat ædificare, vel ædificari facere aliquem murū, vel aliquod ædificium infrà ciuitatē, et burgos Camerini iuxtà ſtratas publicas, vel vias publicas cōis, niſi primò requiſiuerit magiſtrum ſtratarum dicti cōis ſuperius deputatum in eius præſentia, et duorum proximiorum conuicinorum adminus menſurauerit, vel menſurari fecerit amplitudinē ipſius ſtratæ, vel viæ cōis iuxtà quā ædificabiť, uel ædificaretur. Siquis verò contrafecerit, pvniať in. c. ſol. den. Et idē ſeruetř in comitatu, et diſtrictu Camerini.

De nō portando letamen, vel aliud incammorimen in campo Buſſi. Rub. 15.

ITem, quòd nulla perſona poſſit, nec debeat proijcere, ponere, vel portare letamen, vel aliquod incāmorimen in campo Buſſi cōis Camerini. Et ſi quod poſitum eſſet, debeat amouere ad mandatum dicti Magiſtri ſtratarum, vel eius officialium. Et ſiquis in prædictis contrafecerit, puniatur in xx. ſol. den. pro quolibet, et qualibet vice. et cuilibet ſit licitum accuſare, et habeat tertiam partem banni, ſeu condemnationis, et teneatur ſecretò. quæ pœna poſſit auferri de facto. Et idem intelligatur, et ſit de mercatali Planulæ. Et nulli liceat in dictis locis, nec in vijs nouis fodere terram, et aſportare, vel foueum facere ad dictam pœnam.

De non faciendo aliquam turpitudinem in viis nouis, quæ vadunt iuxtà ſaxa communis. Rub. 16.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd nulla perſona audeat, uel præſumat aliquam immunditiam, vel bructutam, letamen, uel aliud incāmorimen facere, ponere, vel proijcere, vel proijci facere ſuper ſtratis, vel vijs nouis, vel aliqua ipſarum, quæ vadunt circūcirca ipſam ciuitatē, et burgos ad pœnam c. ſol. den. pro quolibet, et qualibet vice, qua contrafactum fuerit in prædictis, et quolibet prædictorum. et cuilibet ſit licitum accuſare, et denunciare, et habeat medietatem banni, et teneatur in ſecretum. Et hoc idem dicimus in via publica, quæ vadit poſt murum communis, et eccleſiæ S. Venantii pretendere directo vſq; ad domum D. Honorati, et filiorum magiſtri Gualterij poſitam in colle S. Venantij, et vſq; ad Portam Fililli, quæ pœna poſſit per dictum Magiſtrum ſtratarū, et eius officiales de facto auferri. Et ſuper prædictis ponantur cuſtodes ſecreti, quibus, et cuilibet ipſorum iuramento credatur, et habeat tertiam partem banni. Et prædicta etiā locum habeant in via, qua itur ad monaſterium collisbouis. ☞ Addimus huic ſtatuto, quòd nullus poſſit facere, vel habere aliquod ſciacquatorium, et neceſſaria ſuper vijs, et ſtratis communis, uel uicinalibus inter ciuitatem, et burgos Camerini, nec proijcere in ipſis vijs, et ſtratis aliquod incammorimen, vel incommoditatem ad pœnam xx. ſol. den. pro quolibet, et qualibet uice. Et nihilòminus teneatur claudere, et remouere ſciacquatorium prædictum, et neceſſaria ad dictam pœnam.

Quòd magiſter ſtratarum teneatur facere eligi homines ad remundandum plateas communis. Rub. 17.

ITem, quòd dictus magiſter ſtratarum teneatur, et debeat uinculo iuramēti eligere, et eligi facere per magnificos D. Priores primo menſe regiminis ipſius magiſtri ſtratarū unum hominem ad remundādum plateam portæ Angeleſchę plateam S. Angeli et plateam Raſenghæ et unum alium hominem ad remundandum plateam S. Mariæ maioris, S. Dominici, et S. Venātii: et habeat, et habere debeat quilibet ipſorum. xl. ſol. pro quolibet anno. qui teneantur, et debeant quolibet die ſabbati remundare, ſeu remundari facere ſub pœna quinq; ſol. pro quolibet contrafacien. et qualibet uice.

Quòd nulla perſona poſſit ligare ſomarium, uel mulum in quibuſdam plateis, et certis aliis locis. Rub. 18.

ITem, quòd nulla perſona ligare ſomarium, uel mulū audeat, uel præſumat in dictis plateis, uel aliqua ipſarum, uel alibi ꝑ ciuitatē, et burgos infrà ianuas ciuitatis ad oſtium alicuius, uel ante domum, excepta illa perſona, quæ habitaret in dicta domo ad pęnam v. ſol. pro quolibet, et qualibet uice, quæ pęna poſſit per dictum magiſtrum ſtratarum, et eius officiales de facto auferri. Saluo, quòd ſi dictæ beſtiæ ligarentur ante domos, quibus ligna, frumentum, uinum, paleæ, herbæ, et aliæ res in dictis beſtiis portatæ eſſent, quòd ad dictam pęnam non teneantur. Et de prædictis ſtetur ſacramento domini domꝰ uel habitatoris ipſius domus, uidelicet, quòd ipſæ res ad domum habitationis ipſius fuerunt apportatæ cum beſtiis ſupradictis.

Quòd dictus magiſter ſtratarum teneatur, et debeat uinculo iuramenti certas plateas cōis facere remundari qualibet ebdomada. Rub. 19.

ITem, quòd dictus magiſter ſtratarum teneatur, et debeat uinculo iuramenti plateas cōis,

cõis, videlicet, plateam.S.Mariæ maioris, plateam.S.Angeli, & plateam Raſenghæ. Sancti Dominici, & S.Venantij remundari facere qualibet ebdomada bis per homines poſitos ad hoc per M.D.Priores cum ſalario ipſis remundatoribus ordinato per ipſos Magnificos D.Priores, vel per ipſum magiſtrum ſtratarum. & quòd nullus poſſit ligare ſomarium, vel mulum in dictis plateis, nec alibi ad oſtium, vel ante domũ alicuius. Et qui contrafecerit, ſoluat pro banno communis v. ſol. den. pro vice qualibet, & quolibet ſomario, vel mulo. Saluo eo, quod dicitur ſupra in proximo ordinamento de illis, qui aliã dictarum beſtiarum ligarent ante domos illorum, quibus aliquas res apportauerint cũ ipſis beſtiis. Et poſſit, & debeat de prædictis inquirere, & procedere per accuſationem, inquiſitionem, vel denunciationem ad dictam pœnam de facto auferendam. & ordinamentum prædictum banniatur quolibet die ſabbati: & dare operam efficacem, quòd dicta loca mundentur, & mundata continuè teneantur. Et ſi ipſe magiſter ſtratarũ, & eius officiales fuerint negligentes in prædictis: puniantur per arrationatores cõis Camerini in.c.ſol.den.pro qualibet vice. ¶ Addimus huic ſtatuto, quòd adiacentes teneantur amouere, vel amoueri facere glaciem, ſiue giaccium, & lutum, & cætera de omnibus viis publicis, & ſtratis infrà ciuitatem, & burgos, videlicet, ante eorũ domos.

De non eundo per poſſeſſionem, vel terram alicuius, ſi habet viam publicam, vel vicinalẽ, per quã ire poſſit ad ſuã poſſeſſionẽ, uel fontem, vel eccleſiã. Rub. 20.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſiquis habet viam publicam, vel priuatam, ſeu vicinalem, per quam poſſit ire, & redire ad aliquam ſuam poſſeſſionem, uel ad aliquẽ fontem, vel eccleſiam, vel ad aliquem alium locum, quòd non poſſit ire, & redire, nec viam, nec ſemitam facere, vel petere per poſſeſſionem, vel terram alicuius cauſa eundi, & redeundi ad ipſam ſuam poſſeſſionem, vel terram, vel ad alium locum de prædictis. Et qui cõtrafecerit, puniatur in.c.ſol.den.pro qualibet vice, & quolibet contrafaciente, non obſtãte præſcriptione temporis, quæ dicto caſu ſit nullius valoris: & per contrafacientem ipſa præſcriptio non poſſit quomodolibet allegari. Et de prædictis poſſit inquiri per viam accuſationis, & denunciationis cognoſci, & procedi ſummarie ſine ſtrepitu, & figura iudicii. Et de eſtimatione damni ſtetur ſacramento domini poſſeſſionis vſq; in xx.ſol.den. pro qualibet vice, et ad dictum delictum probandũ ſufficiat probatio vnius teſtis, etiam ſi fuerit laborator.

De non apprehendendo, vel occupando vias vicinales, uel reſtringeudo ſed relaxando. Rub. 21

ITem, quòd nulla perſona, collegium, vel vniuerſitas per ſe, uel alium audeat vel præſumat ſuperapprehendere, vel occupare, uel reſtringere vias uicinales, ſed occupatas relaxare ad pœnam.c.ſol.den.pro quolibet contrafaciente, & qualibet uice. Et quòd dictus magiſter ſtratarum tàm ex ſuo officio, quàm ad petitionem cuiuslibet petentis ex cõſortibus dictarum uiarum teneatur, & debeat dictas uias uicinales per ipſorum conſortes facere reparari, & reaptari quoties opus fuerit expenſis, uidelicet, ipſorũ conſortum ius habentium: & ipſorum ius habentes, & conſortes cogere de facto ad faciendum in ipſis uiis uicinalibus, & in qualibet ipſarum facere cancellum, ſiue grappum. & quòd quilibet ex dictis conſortibus habeat ſuam clauem expenſis ſuis. Et contrafaciẽtes in non faciendo dictum cancellum, ſiue grappum, & clauem de facto puniantur per dictum magiſtrum ſtratarum in.c.ſol.den.pro qualibet uice, qua fuerit contrafactũ. Et nihilòminus cogantur ad faciendum dictum cancellum, uel contributionem dictarum expenſarum, et clauem prædictam.

Quòd mutetur uia, quæ uadit per uillam Altini uerſus ſtratam ad domum Ioannutii ad terram Salui. Rub. 22.

STatuimus, & ordinamus, quòd pro euidẽti utilitate hominum villæ Altini, quòd uia quæ uadit per dictam uillam uerſus ſtratam ad domos Ioannutii Petri uſq; ad terram filiorum Salui de dicta uilla, mutetur de dicto loco per dictum magiſtrum ſtratarum, &

remittatur,& reuerti faciat per homines dictæ villæ per dictam villam,videlicet, per terram monialium monaſterii de Altino poſitam in dicta villa iuxtà terram Ioannutii Petri à duobus lateribus,& per terram filiorum Benedicti poſitam in dicto loco iuxtà ipſos filios Benedicti,domnum Curtium Corradi,& filios Angeloni : & per illam partem , & locum dictarum terrarum , prout determinatum fuit per ſyndicum , & maſſarios dictæ villæ : & dicta veter mutatio fiat de mandato dicti Magiſtri ſtratarum , & de voluntate monialium,Capiruli, & conuenrus Monaſterii de Altino,& dictorum filiorum Benedicti. Et quòd facta dicta determinatione aptetur,& mattonetur per homines dictæ villæ. Et prædicta dictus magiſter ſtratarum teneatur executioni mandare ad petitionem ſyndici dictæ villæ, & mittere ſuum officialem ad videndum primò locum , vnde dicta via mitti debeat,ſi eſt cõis vtilitas hominũ dictę villæ.& ſi repertum fuerit hoc verum eſſe : teneatur executioni mandare prædicta ad petitionem dicti ſyndici.Et ſi dictus magiſter ſtratarum fuerit negligens, vel remiſſus in prædictis executioni mandandis : condemnetur de ſuo ſalario in.x.lib.den.

De via,quæ vadit verſus Agellum,aptanda per infraſcriptos adiacentes, & meliorantes. Rub. 23.

ITē prouidemus,& ordinamus,quòd via, quæ incipit à Ponte Rigi Melinarii iuxtà res Nutii magiſtri Salimbeni vndiq;,& vadit verſus Agellũ iuxtà poſſeſſiones filiorũ Putii bonauenturæ, iuxtà viam Putii boncambii ,iuxtà poſſeſſionem olim magiſtri Creſcentii, iuxtà poſſeſſiones filiorum dñi Andreæ, iuxtà poſſeſſionem Ioannis Apecchioni , iuxtà poſſeſſionem filiorum Ciandri,iuxtà poſſeſſionem filiorum Alexandri,iuxtà poſſeſſionem Andreæ villani,& vadit vſq; ad fontem Pazzanini villæ Agelli in pede ſyluæ Moroni, reficiatur , & reaptetur per homines, & perſonas villæ Agelli, per quã vadunt continuò ad ciuitatem Camerini,& ad dictam villam,& per adiacentes ipſius viæ,& per euntes per ipſam viam ad ipſorum poſſeſſiones, & laboritium.

De ponte faciendo per homines Rocchæ Matthæi. Rub. 24.

ITem ſtatuimus , & ordinamus , quòd per homines Rocchæ Matthæi fiat vnus pons lignaminum in Rigo, qui labitur per contratam dictæ Rocchæ, in loco vbi dicitur bognolo, qui currit,& deriuatur iuxtà D.Honoratum Petri,& hæredes magiſtri gualrerii, & iuxtà ripam, ſeu Andream bartholutii de dicta Roccha ſupradictum rigum,vt homines tranſeuntes per dictum locum tranſeant , & valeant ſuper ipſum pontem, & non ſupra aquam. Et dictus pons manuteneatur per homines dictæ contratæ. Et prædicta fieri debeant per magiſtrum ſtratarum ad petitionem cuiuslibet petentis.Et poſſit cogere dictum ſyndicum,& maſſarios dictæ contratæ,& alios adiacentes de dicto loco ad faciendum prædicta , prout eidem videbitur , & placebir.Et ſi fuerit negligens,& remiſſus : cõdemnetur dictus magiſter ſtratarũ in.x.lib.den.per arrationatores dicti cõis . Adiacentes intelligantur ſyndici colpollinæ, Sancti Iuſti,Sancti Maroti,& Galazzani . Et fiat alter pons ſuper rigum colonarii per adiacentes ipſi rigo,& aptetur,& muretur parapectũ ſuper põtem Fierſæ per homines Vallisgegæ in altitudine quatuor pedum ex vtraq; parte pontis. Et ſiquis prædictorum ſyndicorum,& vniuerſitatis contrafecerit in prædictis, & quolibet prædictorũ in nõ obſeruando mandata dicti magiſtri ſtratarum , & eius officialium,condemnetur pro quolibet,& qualibet uice in.c.ſol.den.

Quòd nullus poſſit habere,nec facere aliquam feneſtram in muro communi , quæ penetret totum murum. Rub. 25.

ITem ſtatuimus, & ordinamus , quòd nullus poſſit habere,nec facere fieri feneſtram in muro communi, quæ penetret totum murũ,ſine licentia conſortis . Et qui contrafecerit,teneatur & debeat remurare ad petitionem petentis conſortis, & remurari facere cũ calce, arena,et lapidibus vſq; ad dimidium dicti muri infrà octo dies pòſtquàm dicto cõſorti fuerit proteſtatum ad pœnam,& bannum x.lib.den.Et nihilòminus teneatur dictã feneſtram remurare, & remurari facere poſt alios octo dies ad pœnam decem ſol. den.

pro

pro quolibet die, quo erit in mora obſeruandi prædicta. & quòd non poſſit neceſſariũ, vel ſciacquatorium facere inuito cõſorte in muro prædicto communi ad dictã pœnam, videlicet vltrà dimidiam partem dicti muri.

Quòd dictus magiſter ſtratarum teneatur, & debeat facere mattonari omnes vias poſitas infrà ciuitatem Camerini, & burgos. Rub. 26.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd dictus magiſter ſtratarũ teneatur, & debeat mattonari facere omnes, & ſingulas vias poſitas infrà ciuitatẽ Camerini, & burgos eiuſdẽ, & vias exmattonatas mattonari facere expenſis communis vbiq; per prædicta loca. Et poſtquàm prædictæ viæ, & ſtratæ exmattonatæ fuerint, remattonare faciat expẽſis communis. Et ſi aliquo tẽpore tàm ipſæ, quàm aliæ ſtratæ, & viæ mattonatæ infrà dictas portas aliquo modo exmattonarentur, & deguaſtarentur: debeat dictus magiſter ſtratarum & alii, qui pro tempore fuerint, remattonari facere, & reaptari expenſis adiacentium, videlicet illorum quorum ante domos dictæ viæ poſitæ ſunt, excepta via, quæ vadit ad domos olim Vannutii Pandulphutij vſq; ad ſpiculum domus Dñi Andreæ Nutii, & ad viam, quæ vadit ad Portam Bucis, quam reaptari faciat expenſis communis. Et nulla ꝑſona de ciuitate, & burgis audeat, vel præſumat exmattonari facere aliquas vias mattonatas infrà ciuitatem, & burgos, niſi pro euidenti vtilitate dictarũ viarũ, vel pro aliquo opere nouo conſtruendo: & dicto caſu ipſas reaptare, vel reaptari facere teneatur propriis expenſis. Et ſiquis contrafecerit, puniatur per dictum magiſtrum ſtratarum in.c.ſol. den. & ad reaptandum, & mattonandum dictam viam nihilòminus compellatur. quam pœnam dictus magiſter ſtratarum, & eius officiales à contrafacientibus poſſint de facto auferri. Et ſi dictus magiſter ſtratarum, & eius officiales negligentes fuerint in prædictis vel aliquo prædictorum: puniantur per arrationatores dicti communis, & condemnentur in xxv. lib. den. Adiacentes verò ſint, qui declarati fuerint per magiſtrum ſtratarum prædictum.

De via, quæ vadit ante domum Donatutii berardutii, aptanda. Rub. 27.

STatuimus, & prouidemus, quòd via, quæ vadit ante domum Donatutii berardutii, & exit ad domum Petri Gratiæ, reaptetur, & mattonetur, & fiat per homines ſyndicatus villæ Murri, & manuteneatur per eoſdem.

De via, quæ vadit inter Portam D. Gentilis, & D. Matthæi, reficienda, & reaptanda expenſis communis per adiacentes. Rub. 28.

ITem prouidemus, & ordinamus, quòd via, quæ vadit inter portam D. Gentilis, & domũ D. Matthæi Blanciſloris, & exit in ſtratam publicam, quæ vadit ad eccleſiam Beati Venantii, reaptetur expenſis communis, & hominum adiacentium dictæ viæ. Et ſi aliquod ſciacquatorium, ſeu aliquod aliud in dicta via eſſet, ex quo fœtor, & turpitudo exiret: teneatur, & debeat dictus magiſter ſtratarum vinculo iuramẽti, & ad pœnam. x. lib. den. remundari, & reaptari facere ita, & taliter, quòd nullus fœtor poſſit inferri tranſeuntibus per illam.

Quo dictus magiſter ſtratarum teneatur infrà duos menſes facere murari omnia aquaria, quæ eſſent infrà ciuitatem, & burgos Camerini. Rub, 29.

ITem ſtatuimus, quòd dictus magiſter ſtratarum teneatur, & debeat vinculo iuramenti & ad pœnam xxv. lib. den. de ſuo ſalario infrà duos primos menſes ſui officii murari facere ad arenã, & calcem omnia aquaria, quæ eſſent infrà ciuitatem, & burgos Camerini in quibus eſſent ſciacquatoria, vel neceſſaria expenſis illorum, quorũ ſunt aquaria, & neceſſaria: & ne immunditiæ, quæ exeunt de dictis aquariis, & neceſſariis fœtorem inferant tranſeuntibus per ciuitatem, & burgos, teneatur infrà dictum tempus duorum mẽſium facere fieri ad petitionem cuiuslibet petentis coggias expenſis cõmunis pro medietate, et pro alia medietate expenſis adiacentium, vt dictæ immunditiæ in ipſis coggis decurrant. Et poſt remundationem factam, vt ſuperius dictum eſt, nulla perſona aperire debeat ſine licentia dicti magiſtri ſtratarum. Et ſi contrafactum fuerit: puniantur contrafa-

cientes in.c.ſol.den.pro quolibet,& qualibet vice. cuius pœnæ tertia pars ſit cōis,& alia tertia pars magiſtri ſtratarum,& alia tertia pars accuſatoris.Et etiā teneatur dictus magiſter ſtratarum inquirere de prædictis quolibet menſe.

Quòd dictus magiſter ſtratarum teneatur facere reaptari omnes fontes, et pontes ciuitatis,comitatus,& diſtrictus Camerini ad petitionem cuiuſcūq;. Rub.30.

ITem prouidemus, & ordinamus,quòd dictus magiſter ſtratarum teneatur, & debeat vinculo iuramenti reficere, & reaptari facere fontes, et pontes ciuitatis, comitatus,& diſtrictus Camerini ad petitionem ſyndici caſtrorum,et uillarum,ac cuiuslibet ꝑſonæ petentis per vniuerſitatem,et homines adiacentes ipſis fontibus,et pontibus. Et ex ſuo officio teneatur, et debeat manutenere, et reparare,et reaptari facere fontes poſitas in ciuitate,et burgis, comitatu, et diſtrictu Camerini. Et ſi negligens fuerit in prædictis vel aliquo prædictorū:condēnet̃ per arrationatores cōis in.c.ſol. den. pro qualibet vice.

Quòd dictus magiſter ſtratarum teneatur reaptari facere apertas plancatas ſuper vias poſitas circumcirca muros ciuitatis,et burgorum et manutenere per homines dictæ ciuitatis,et burgorum Camerini. Rub. 31

ITem ſtatuimus, et ordinamus,quòd dictus magiſter ſtratarum teneatur,et debeat vinculo iuramenti aptari facere, et remurari plancatas apertas, et remuratas, et aptatas plācatas manuteneri facere per homiues eiuſdem cinitatis, uidelicet, per patronos domorum,et per illos homines,qui hactenus dictas vias facere, et aptare conſueuerunt, et inobedientes punire, et condēnare,uidelicet Caſtrū in.c.ſol.den. Villa in xl.ſol. den. Et nihilòminus prædicti cogātur ad reparationem,et reaptationem dictarum uiarū. ¶ Itē dicimus in omnibus aliis uiis, pontibus,et fontibus ciuitatis,comitatus,et diſtrictus Camerini. Et quòd nullus proijciat in dictis uiis nouis aliquod letamen, ſeu incamorimen, uel propè ipſas uias per quinq; pedes pœna xx.ſol.den.Et quòd equum,ſomarium,uel ſimilem beſtiam mortuam non proijciat in ipſis uiis,uel propè ipſas uias per L. paſſus pœna.x.lib.den.pro quolibet,et qualibet uice. Et de prædictis dictus magiſter ſtratarum teneatur inquirere diligenter, et indagationem facere, et repertum culpabilem condemnare: et ſtetur de ꝑdictis ſacramēto accuſatoris, uel denunciatoris cū dicto unius teſtis.

Quòd nullus proijciat de die, nec de nocte aquam, uel aliquam turpitudinem in plateis,et mattonato,et ſtrata cōis,et in aquariis nicinorum. Rub. 32.

ITem ſtatuimus,et ordinamus,quòd nullus audeat,uel præſumat proijcere, uel proiici facere aliquod ſcopimen,aquam,ſeu turpitudinem per oſtium in plateis,ſeu mattonato,uel ſtrata ciuitatis Camerini,et in aquariis uicinalibus, per quod impediatur curſus aquæ.Et qui contrafecerit,ſoluat pro banno communis pro qualibet uice.x. ſol. den. Et ſtetur,et credatur ſacramento accuſatoris,uel denunciatoris. Et dictus magiſter ſtratarum de prædictis teneatur inquirere, et facere fieri publicum bannimentum.

Quòd nullus proiiciat aquam, ſeu turpitudinem de alto de balconibus, ſeu feneſtris. Rub. 33.

ITem ſtatuimus, et ordinamus,quòd nullus audeat,uel præſumat proiicere, uel proiici facere aliquod ſcopimen,aquam ſeu turpitudinē de alto à balconibus,ſeu feneſtris, uel ꝑ oſtium in plateis,et aliis ſtratis publicis, et priuatis de die, nec de nocte,ſed proiicere poſſit aquam tantum ultrà tertium ſonum Campanæ pulſatis, retocchis,alta uoce dicēdo prius guarda,guarda. Et qui,uel quæ contrafeceeit,ſoluat bannum, ſeu puniatur pro qualibet uice in xx.ſol. den.et ſtetur,et credatur ſacramento accuſatoris, uel denunciatoris, et teneatur in ſecretum: dummodò accuſator ſit bonæ famæ. Et de prædictis dictus magiſter ſtratarum teneatur inquirere, et dictum bannimentum facere publicè banniri quolibet menſe per ciuitatem,et burgos Camerini: cuius banni tertia pars ſit communis,et alia magiſtri ſtratarum prædicti,et alia tertia pars accuſatoris.

Quòd nulla perſona proiiciat aliquā turpitudinem, uel incamorimen in uia, quæ uadit ad Collem bouis. Rub. 34.

Item

ITem, cum via, quæ vadit ad Collem bouis, ſit habilis, & neceſſaria hominibus ciuitatis Camerini, & multum expediat, & ſit honeſtum ipſam mundatam, & honeſtam teneri, ſtatuimus, & ordinamus, quòd nulla perſona proijciat aliquod incamorimen, impedimẽtum, vel turpitudinem in ipſa via, quæ fuit ianua poſt locum fratrum prædicatorum pṫo pè ianuam mercatalis, vſq; ad collem bouis. Et qui contrafecerit, puniatur per dictũ magiſtrum ſtratarum in.x.ſol. den. & minus arbitrio magiſtri ſtratarum, inſpecta facti qualitate, & perſonæ conditione. Et in prædictis poſſit dictus magiſter ſtratarum procedere & condemnare. & ad legitimam probationem ſufficiat dictus vnius teſtis deuiſu. Et nihilòminus ad prædicta fiant denunciatores priuati per dictum magiſtrum ſtratarum ad denunciandum contrafacientes, & credatur ſacramento ipſorum, & cuiuslibet ipſorum vſq; in.x.ſol.den. & habeat medietatem banni.

De via mittenda per alium locum commodum de voluntate cuius eſt territorium, & cũ conſenſu conſilii generalis. Rub. 35.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd ſi aliqua via eſſet in comitatu, & diſtrictu Camerini, qui commodior eſſet, ſi aliunde mitteretur, ſeu deriuaretur, & per alium locum cõmodiorem, quòd dictus magiſter ſtratarum ad petitionem cuiuslibet petentis de conſenſu, & voluntate maioris partis hominum adiacentium ipſi viæ, & vtentium ipſa via, & cum conſenſu Conſilii generalis cõis Camerini poſſit, teneatur, & debeat dictam viã per illum locum commodiorem mittere, & mitti facere: dummodò habeatur expreſſus conſenſus illius, cuius eſſet territorium, vnde dicta via immitteretur.

De via vicinali aptanda, & reficienda, & manutenenda, & grappo claudendo expẽſis conſortis. Rub. 36.

ORdinamus, et ſtatuimus, quòd vbicunq; in comitatu, & diſtrictu Camerini eſſet aliqua via vicinalis, cuius aditus eſſet publicus, dictus magiſter ſtratarum teneatur, & debeat ad petitionem cuiuslibet petentis manutenere dictam viam, reficere, & reparare, & refici facere, et in priſtinum ſtatũ reducere, & reduci facere, ſi neceſſe fuerit, & oẽs vicini contribuere teneantur incluſiue dictæ viæ et cogãt ꝑ dictũ magiſtrũ ſtratarũ grappũ in capite dictæ viæ fieri facere expenſis ipſorum conſortum æqualibus portionibus: & dictum grappũ clauſum tenere: & quilibet ex vicinis poſſit, & debeat ſuã clauẽ habere.

Quòd habentes aditum per poſſeſſionem alicuius non terminatum debeãt ire per locum minus damnoſum. Rub. 37.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd illi, qui habent aditum per territorium alicuius non terminatum, ad ſuam poſſeſſienem ire, & redire debeant per locum minus damnoſum in eundo, & redeundo ad dictam poſſeſſionem: dummodò per dñum poſſeſſionis, per quam itur, alius idoneus locus aſſignetur. Et ſi per dñm dictæ poſſeſſionis alius certus locus idoneus non aſſignetur: quòd tunc debeat ille, qui ire debet, & vult ad dictam ſuam poſſeſſionem, ire per dictum locum minus damnoſum, & non aliunde ad pœnam.x.ſol. pro qualibet vice, qua contrafactum fuerit. & dictus locus non claudatur, niſi de partium voluntate. Et prædicta teneatur dictus magiſter ſtratarum obſeruari facere vinculo iuramenti.

De non proijciendo vergonem in ſtratis, ſpatiis, plateis, et cimiteriis eccleſiarũ ciuitatis Camerini. Rub. 38.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd nullus audeat, vel præſumat in ſplatia S. Dominici, & in aliis plateis, ſplatiis, & ſtratis mattonatis infrà ianuas ciuitatis Camerini, & burgorum proijcere vergonem, ſeu ſtancham de ferro, ſeu lapidem, vel alio modo aliquod proijcere: ob quod dictæ ſplatiæ, & dictæ ſtratæ valeant aliqualiter deguaſtari, ſeu cauari ad pœnam quinq; ſol. den. Idem dicimus de ludo pretecauallæ, & ferri equini, ſeu aſinini, quòd in dictis locis, nec in clauſtris, et cimiteriis eccleſiarum ciuitatis Camerini, et burgorum non poſſint ludi ad dictam pœnam, nec ad rutulam tàm ferratam, quàm non ferratam, etiam cum caſeo.

De non apprehendendo, vel occupando, uel occupatum tenendo vias, ſtratas, vel aliud territorium communis. Rub. 39

ITē ſtatuimus, et ord. quòd nullus de ciuitate, comitatu, et diſtrictu Camerini audeat, vel præſumat apprehendere, uel occupare, ſeu occupatum, ſeu apprehēſum habere, vel tenere vias, ſtratas, uel aliud territorium cōis aliquo modo, uel cauſa, quocunq; colore quæſito ſub pœna .x. lib. den. pro quolibet, et qualibet vice. Et vnicuiq; ſit licitum contrafacientes accuſare, et denunciare, et habeat denunciator, et accuſator medietatem dictæ pœnæ, et eius nomen teneatur ſecretò. Liceat tamen cuilibet contrafacienti relaxare quod occupauerit infrà terminum bannimenti fiendi de prædictis, vel quandocunq; ante ſententiam: quod bannum magiſter ſtratarum teneatur, et debeat facere in menſe Ianuarii: quam relaxationem, reaſſignationem, et renunciationem corām ipſo magiſtro ſtratarum facere teneatur, quæ ſcribatur per notarium ipſius magiſtri ſtratarū apud acta. Et ſi eam dictus magiſter ſtratarum in actis ſcribere noluerit, quilibet alius notarius dictam renunciationem, relaxationem, et aſſignationem ſcribere poſſit: qua renunciatione, et relaxatione ſic facta, omnis proceſſus, qui fieret contra eum, vel ſiqua cōdemnatio ſequeretur, ſit ipſo iure nulla, et nullius valoris. Et ſi poſt dictam relaxationē aliquis de nouo apprehenderet, puniatur in duplo. et quòd dictus magiſter ſtratarum teneatur, et debeat vinculo iuramenti, et ad pœnam quinquaginta lib. den. de ſuo ſalario auferendarum quolibet menſe inquiſitionem, et indagationem ſolenniter facere de cōtentis in ordinamento prædicto. Et ſuper ipſa inquiſitione examinare adminus pro qualibet contrata infrà ciuitatem .x. homines bonæ conditionis, et famæ dandos per M. D. Priores Camerini. et quorum culpabiles inuenerint, ſummariè ſine ſtrepitu, et figura iudicii, diebus feriatis, et non feriatis punire, et cōdemnare ſecundùm formam dicti ordinamenti: dummodò ſibi conſtet probatione legitima, pręſcriptione tēporis non obſtante. Et nihilòminus cogat talem, ſeu tales tenentes occupatam rem, ſeu ſtratam cōis ad relaxandum infrà tertiam diem. Et ſi non relaxauerit infrà terminum prædictum triū dierum: puniatur, et puniri debeat in xxv. lib. den. Et nihilòminus relaxare cogatur. Et quòd prædicta locum non habeant in ſcalis, et ſedilibus, qui, et quæ eſſent ante domum alicuius. quæ ſedilia, et ſcalæ aditum viæ non impediant: dummodò ſcalæ ſint factæ ſecundùm formā ſtatutorum. Et prædicta non intelligantur de aliis viis. ¶ Addimus huic ſtatuto, quòd ſi aliquis durante officio Magiſtri ſtratarum pro tempore, poſt bannum tamen generale per eum factum, occupauerit aliquam ſtratam publicam, vel territorium communis, incidat in pœnam .x. lib. den. exigendam de facto ab ipſo occupante. Et nihilòminus teneatur ad relaxationem dictæ rei, facto tamen prius dicto occupanti præcepto per dictum magiſtrum ſtratarum, vt infrà terminum trium dierum debeat relaxaſſe viam, ſtratam, ſeu territorium occupatum, et compareat ad ſe excuſandum, et dicendū cauſam quare non debeat ſe condemnare in pœna banni. Et ſi fuerit inobediens in relaxando: puniatur in dictam pœnam xxv. lib. den.

De non proiiciendo in viis communis, vel vicinalibus, et fontibus contratæ ciſternæ ſcopimen, vel alias immunditias. Rub. 40.

ITē, quòd nullus calzolarius, nec aliqua alia perſona audeat, vel præſumat, nec debeat proiicere aliquas immunditias in viis communis, et fontibus contratæ Ciſternæ iuxtà domū Vānis mattonis. Et quòd nulꝰ homo, vel mulier audeat in ipſis viis proiicere ſcopimen. Et ad hoc, quòd dicta obſeruentur de qualibet contrata eligi debeat vnus homo qui iuret denunciare illos, qui in viis prædictis turpitudinem faciunt. Et magiſter ſtratarum poſitus ad prædicta obſeruet, et faciat obſeruari infrà vnum menſem introitus ſui regiminis ſcilicet de eligendo vnum hominem de qualibet contrata. Et ſi fuerit negligens: perdat de ſuo ſalario xxv. lib. den. et quolibet menſe teneatur facere banniri. ¶ Addimus huic ſtatuto, quòd nulla perſona proijciat, vel proijci faciat in ſtratis publicis, ſeu viis vicinalibus ciuitatis, et burgorum ſcotanum, et calcinatium, nec teneat coria

ria ad ſcarnandum in dictis locis. Et qui contrafecerit, ſoluat pro banno communis. xx. ſol.den. Et ſit licitũ cuilibet accuſare.& dictus magiſter ſtratarum poſſit ſuper prædictis omnibus procedere,& inquirere,& negligentes punire, capitulo aliquo non obſtante.

Quod dictus magiſter ſtratarum teneaẽ facere mattonare,& reaptare omnes vias, & androncs ciuitatis infrà menſem introitus eius regiminis. Rub. 41.

ITem ſtatuimus,& ordinamus, quòd magiſter ſtratarum teneatur vinculo iuramenti infrà vnum menſem introitus ſui regiminis facere mattonare omnes vias,& andrones ciuitatis, quæ non ſunt mattonatæ expenſis cõis, & faciat reaptari mattonatum vbicũq; eſſet diſtructum expenſis adiacentium. Et quòd de prædictis prorogationem, nec abſolutionẽ petere poſſit,& quod magiſter ſtratarũ nõ audeat terminum prorogare ſub pœna xxv.lib. den. & prorogatio facta ſuper hoc non valeat.

De non apprehendendo ſtratas infrà ciuitatem,& burgos. Rub. 42.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd quicunq; apprehendediſſet, ſeu deguaſtaſſet aliquam viam, ſeu andronem infrà ciuitatem, & burgos mattonatam, ſeu mattonatum teneatur ipſam, & ipſum relaxare, & in priſtinum reducere ſuis expenſis ad petitionem cuiuslibet petentis. Et qui contrafecerit, puniatur in xxv.lib.den. Et magiſter ſtratarum infrà vnum menſem introitus ſui regiminis teneatur ipſas vias, ſeu andrones apprehenſos facere mattonari expenſis apprehendentium. Et quos inuenerit apprehendidiſſe, ſeu exmattonaſſe, teneatur facere relaxari,& remattonari, præſcriptione aliqua non obſtãte. Et ſi dictus magiſter ſtratarum fuerit negligens: perdat de ſuo ſalario L. lib. den.

De non proijciendo immũditias in territorio eccleſiæ, vel alterius. Rub. 43.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd quicunq; fecerit, vel proiecerit aliquam immunditiã, vel turpitudinem in curia, territorio, vel caſaleno alicuius eccleſiæ, vel in caſalenum, inclauſtrum alterius, vel per alium poſſeſſa, vel in aliqua via ante domum alicuius, puniatur in.xxv.ſol.den.& credatur ſacramento accuſatoris. Si verò proiecerit in domũ vel tectum alicuius: puniatur in L. ſol.den. ſacramento accuſatoris, & cum vno teſte fidedigno in c.ſol.den. de facto auferendorum pro quolibet,& qualibet vice.

De non proijciendo extrà murum ciuitatis aliquod incammorimen, & in territorio alicuius. Rub. 44.

ITem ſtatuimus,& ordinamus, quòd cum multi habentes clauſtra, & caſalena extrà muros iniuriam maximam patiantur in eo, videlicet, quòd tranſeuntes, & habentes facere ſupradictos muros proijciant lapides, terram, & turpitudines de dictis muris in domibus, clauſtris, hortis, & caſalenis dictorum hominum habentium facere extrà dictos muros. Quòd nulla perſona audeat vel præſumat proijcere aliquam turpitudinẽ, terram, vel lapides de dictis muris, vel alio loco in dictis domibus, hortis, & caſalenis. Et qui contrafecerit, ſoluat nomine pœnæ dicto communi pro qualibet vice xx.ſol.den. & ſtetur de prædictis ſacramento accuſatoris.& quilibet poſſit accuſare cõtrafacientes, & habeat medietatem banni. Et vt maiores habeant materiam ſuos filios corrigendi. Volumus, quòd maiores teneantur ſoluere dictam pœnam pro minoribus delinquentibus in prædictis, vel aliquo prædictorum. Et nihilòminus magiſter ſtratarum, qui ſuper viis fuerit deputatus per dictum commune, teneatur, & debeat de omnibus, & ſingulis ſupradictis inquirere,& veritatem inuenire, ſicut melius poterit, & contrafacientes condemnare in pœna ſuperius nominata, ſaluo ſemper ſeruitio cloàcarum, & neceſſariorũ.

Quòd habentes poſſeſſiones iuxtà ſtratam debeant facere carbonaria. Rub. 45

ITem ſtatuimus,& ordinamus, quia vt plurimum ſtratæ cõis non habentes à latere carbonarias, ſeu foſſatum deguaſtantur, & ſublamantur propter aquas pluuiales per ipſas currentes, quòd omnes homines, & perſonæ habentes iuxtà ſtratas publicas communis poſſeſſiones teneantur facere foſſata, ſeu carbonarias quolibet anno remundare ad pœnam.xx.ſol.den.pro quolibet non faciente,& decem ſol.den.pro quolibet anno, quo nõ remundauerit, de facto auferẽ.per magiſtrum ſtratarum prædictum. qui magiſter ſtra-

 tarum

tarum teneatur prædicta banniri facere per tubatores communis in locis ſolitis in principio ſui officii, & demum de prædictis inquirere,& delinquentes punire ad pœnam . x . lib,den.de ſuo ſalario auferendarum tempore ſui ſyndicatus.

Quòd quilibet teneatur ad reparationem viarum , non obſtante aliqua exẽptione,priuilegio,ſeu reſcripto. Rub. 46.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd quilibet de ciuitate,comitatu,& diſtrictu Camerini teneatur ad reparationem viarum, pontium,& fontium , nõ obſtante aliqua exẽptione, priuilegio,ſeu reſcripto . Et ſiquis allegaret dictam exemptionem incurrat pœnam.x.lib.den.pro quolibet, & qualibet vice.

De modo,& ordine dando pro manutenendo viã, qua itur ad mõtẽ Beregnæ. Rub.47.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd cũ via,ſeu ſtrata,qua itur per portam Fililli ad mõtem Beregnæ propter cõtinuum aditum,& reditum beſtiarum euntium ad montẽ Beregnæ per ligna plurimum deguaſtatur. Statuimus proptet hoc,& ordinamus,quòd omnes,& ſinguli ciues ciuitatis Camerini,comitatẽſes, & forẽſes,qui mitiunt eorũ beſtias pro lignis ad montem Beregnæ, teneantur , et debeant anno quolibet ad requiſitionem magiſtri ſtratarum deputandi ſuper vijs portare,et portari facere in dicta ſtrata ad locũ aſſignandum per dictum magiſtrum ſtratarum vnam ſalmam lapidum pro qualibet beſtia, quæ ſolita eſt ire ad dictum montem pro lignis ad pœnam. x. ſol. den . pro qualibet ſalma lapidum non portata. Et ſi magiſtet ſtratarum fuerit negligens : condemnetur per arrationatores ſuos in.v.ſol. pro qualibet ſalma lapidum non portata .

De non ponendo aliquas perticas, ſeu ſtangas vltrà banchas. Rub. 48.

ITem ſtatuimus , et ordinamus, quòd nullus audeat , vel præſumat in Arengo cõis, & in Platea S.Angeli , et in dicta platea vſq; ad eccleſiã S. Agathæ ponere, et extendere aliquas perticas , ſeu ſtangas ſuper dictis locis vltrà banchas , quas ſolitus eſt habere ad pœnam.x.ſol.den.pro quolibet contrafaciente,& qualibet vice.

Quòd nulli liceat aquam trahere de ſuo ſolito curſu. Rub. 49.

NVlli liceat aquã etiã pluuialem extrahere de ſuo ſolito curſu , vel ipſius ſolitum curſum mutare, vel impedire,et eam, vel eum mittere aliunde per ſuam rem , uel alterius, etiam inſulcando quod præſtet impedimentum alicui viæ, vel fundo,vel alterius rei. Et qui contrafecerit,puniatur in.x.lib. den. pro vice qualibet , ſi querimonia poſita fuerit. Et Poteſtas,et Cap.vel Iudex appellationis, et quilibet alius officialis communis præcipere debeat,vt dictam aquam in curſum eius priſtinum reducat, et remittat per locum conſuetum,vnde currere conſueuit : et damnum, et intereſſe refici facere illi,vel illis,vel cui impedimentum præſtet.Et quilibet querelam proponens poſſit producere teſtes lite non conteſtata.et ad prædicta,et executionem contentorum ſuperius poſſit procedi ſummariè,et de plano, diebus feriatis, ſine libelli oblatione,et ſine ſtrepitu, et figura iudicij, ☞ Item ſtatuimus addentes huic capitulo,quòd eo ipſo, quòd apparebit fluere aquam per alium locum in damnum,et præiudicium alterius,vel impedimentum alicuius viæ publicæ,uel fundi,uel uiæ uicinalis,quàm per locum magis ſolitum : præſumatur facta talis mutatio, et immiſſio per illum locum, cuius eſſet res , per quam conſueuit ſolitum curſum habere,uel per illum, cui primo damnum dabat, uel per illum cuius nouus curſus præſtaret commodum,uel utilitatem,uel eius famulum,uel laboratorem,ſiue coptumatorem,ſiue alium de eius familia ita quòd ſibi præcipi poſſit per Iudicem,quòd infrà certum tempus eam remittat.Et ſi non remiſetit , et impedimentum curſum antiqui remouerit ; pœnam xxv.lib.den.debeat ſuſtinere. Et nihilòminus infrà illud tempus per Iudicem ſtatuendum dictam remiſſionem,et impedimenti ſublationẽ facere ad pœnam ſimilem teneatur. Et ſi poſtquàm remiſerit, et impedimentum remouerit, apparebit ipſum curſum fore mutatum,et impeditum; tunc ſufficiat fama publica contra illum qui ſemel remiſerit, uel impediuerit,uel contra dominum ipſius rei,per quã fluxetat per tempus antiquum , et ſolitum : qua probatione habita pęnam . x. lib. den . ſuſtineat pro

qualibet vice. Et de prædictis poſſit, & debeat inquiri, & accuſationem fieri. Et prædicta vendicent ſibi locum tàm in prædiis ruſticis, quàm vrbanis.

Ordine, & aſſignamento de ſtradi, ponti, & fonti. Rub. 50.

PERCHE con l'ordine chiaro ſe leuano, & togliono molte diſcordie, & diſſenſioni, & che ogni perſona con tale ordine habbia à preſtare obbedientia al Maſtro delle ſtrade, & ſuoi officiali, quando ſe li cõmanda, che vadano ad acconciare, & aſſettare le ſtrade, põti, & fonti, doue ſarà dibiſogno. Per il preſente ſtatuto ſe ordina, & ſe da la parte à tutti Cittadini, & homini de tutte Caſtella, Ville, & Parrocchie de la Città, Cõtà, & deſtretto de Camerino, aſſignandoli le infraſcritte parti, vie, ponti, & fonti à ciaſchuno ſecondo, che qui de ſotto ſaranno annotate, cioè, porta per porta, & ſtrada per ſtrada, & quante canne per Scindicato, & con il numero di quanti piedi la canna, & coſi la parte, che hanno da fare li Cittadini. Dechiarando, che la canna de la ſtrada, che fa li Cittadini, è de piedi XII. di longhezza, & de larghezza piedi X. & quella de li Contadini è larga piedi otto, & longa piedi XIIII.

JN primis la ſtrada de la porta de Filillo, tirando per la via della Torre de Beregna, comenza la parte delli Cittadini alla Porta de Filillo fino allo ſpicolo de S. Giouanni de Filillo dal canto de là verſo il canneto, ſono la parte delli Cittadini Canne Settanta de piedi xij. la canna longa, & larga piedi x. canne. 70.

Sentino canne ottant'otto	88.	Croce canne Settanta	70.
Barignano canne vent'otto	28.	Paganico canne ſedeci	16.
Varano canne quarantadua	42.	Criſperi canne quaranta	40.
Archuſiato canne vndici	11.	Le Tegge canne quarantatre.	43.
Valdiea canne diceſſette	17.	Statto canne cinquantacinq;	55.
Fiungo canne trenta quattro	34.	Borgiano canne ottantadua	82.
Valcimara canne trenta	30.	Caſtel S. Venãzo canne cinquãta	50.
Pieuefaueri canne Seſſantanoue.	69.	Piaguſiano canne tredici.	13.

La ſtrada, che va à capo della Piaggia, comenza alli Punti inſino à capo della Piaggia è ſtata conſignata all'infraſcritti Scindicati. In primis.

Viſtignano canne ſeſſantacinq;	65.	Monaſterio ḋll'inſola cãn. trẽtaquattro.	34
Mont'alto canne ſettanta ſei.	76.	Campolarzo canne quindici.	15.
Ceſſapalummo canne ſettanta	70.	Dinazzano canne quattordici	14.
Coldepreta canne ſedici.	16.	Caldarola canne ducento.	200.

La ſtrada, che va à Caſtelramõdo, comenzãdo alla porta del Mercatale, la parte delli Cittadini ſono canne vintinoue, piedi quattro, & mezzo de piedi xij. la canna longa, & larga piedi x. 29. mezzo.

Pioraco canne cento ſei	106	Caſtel. S. Maria cãne cẽto quarãtadua.	142
Sippio canne vinti noue	29.	Mecciano canne ſette	7.
Gorgiano canne ſedici.	16.	Agnano canne quattordici	14.
Valuegenano canne ventitre	23.	Agello verſo la torricella cãn. vinticinq;	25
Colſouerino canne otto	8.	Caſtelramõdo canne ſettantatre	73.
Sabbieta canne otto	8.	Gagliole canne nouanta.	90.
Mergnano canne trenta	30		

La ſtrada de la porta Angeleſcha, che va à Pioraco, la parte delli Cittadini comenzãdo alla porta ſono cãne ducẽto cinquãta de piedi xii. la canna longa, & larga piedi. x.

S. Marcello canne quarant'otto	48	Viminano canne ſette	7.
La Muccia canne cento otto.	108.	Lugiano, & Camorſiano cãne noue.	9.
Perito canne diece otto	18.	Morro, & Caſale canne trẽtadua.	32.
Seluazzano canne ſette	7.		

Dal termine doue finiſce detta ſtrada de Morro, & Caſale ce ſono canne ſedeci de ſtrada, che non biſogna mattonare, & va fino al paſſo, che va al palazzo, ò torre de Malacarne canne ſedici. 16.

Nibbiano canne cinquantatre, che non biſogna mattonare, comenza al detto paſſo fino al ponte de la cereſia. 53.

S.Heramo canne quaranta, nelle quali ce ſono cãne vintitre, che non biſogna mattonare, comenza, al ponte della Cereſia, 40

Gelagna canne trent'otto	38	S.Seueri canne vndici.	11
Rouegliano canne otto	8.	Val S.Martino canne venticinq;	25
Copogna canne cinquant'vna	51.	Ornmagnano canne quindici	15
Arnano canne diece	10.	Miſtrano canne vintiſette	27.
Raggiano canne vndici	11.	Sorti canne Settanta.	70.
Calcina canne dodeci	12.	La Fluminata canne cento cinquanta noue.	159.
Agolla canne trentadua.	32.		

La ſtrada, che va à Serraualle dalla porta de S. Giacomo la parte delli Cittadini comenzando alla detta porta ſono canne ſeſſantaſei de piedi. xii. la canna. 66.

La coſta de feore canne quarãt'otto.	48.	Serraualle canne quarantaquattro	44.
Cignano canne tredici	13.	Gioue canne cento ſei.	106
Tuſo canne quarantacinq;	45.	Maſſa canne ottantatre	83.
Pieue Thorina canne cinquantanoue.	59	Preſoglio canne trentaſette	37.
Valcaldara canne quarantatre	43.	Val S.Angelo canne duecentocinq;	205.
Seramula canne vintitre.	23.		

Recordo fuora della porta de S. Giacomo cioè alla croce della ſtrada che va verſo il colle della rena fine alla ſtrada, che va verſo il pie de le caſelle, cioè alla caſa de Venã zo de frate ſaccho ſono canni.

Anticho comenza alla caſa de Venanzo de frate ſaccho poſta ſotto le fornace, & va fino alla porta della caſa de ſere Antonio dello Tinto poſta à piedi delle caſelle ſono canni cento vinti dui. 122.

La ſtrada che va verſo la Muccia cominciando alla Erſolta de pace de Simone, cioè, al Tribbio della via fino à Barbara.

Capriglia canne nouantanoue	99.	Appenino canne cento quindici;	115.
Torricchio cãne cento vint'otto	128.	Mõte S.polo cãne ducẽto cinquãtaſei.	256

La ſtrada che va verſo Santo Marcello cominciando alla caſa de Vagni da Pircaneſtro in capo della piaggia ſopra la fonte del merchatale la parte delli Cittadini ſono canne cento trento ſette. 137.

Caſa vecchia canne ſeſſanta ſei.	66	Frontillo cãne trenta tre.	33.
Vallicchio cãne quattordici.	14.	La Roccha de maij canne trent'otto.	38
Gagliano cãne quindici.	15.	Fiordemonte cãne ducẽto quarãta.	240.
Pieue Bouegliano canne cento ſette	107.		

La ſtrada de Santo Giorgio fine à piedi delle Scali comenzando alla porta de Santo Silueſtro la parte delli Cittadini ſono canne ottant'vno de piedi xii. la canna. 81.

La Roccha de Mattheo cãne quindici.	15.	Coruenale canne quaranta cinq;.	45.
Altino canne vintiſei.	26.	Colpolina canne ſeſſantanoue.	69.
Inſula canne cinquantuna.	51.		

La ſtrada della porta de Ciſterna che va à Barignano la parte delli Cittadini comenzando alla detta porta ſono canne cinquantatre, & mezza. 53.& mez.

Santo Maroto canne cent'otto	108.	Fiaſtra canne Trecento due.	302.
Fiegni canne cento ſette	107.	Acquacanina canne cento quarãtaſei.	146
Coldemeſe canne cinquant'vna	51.	Bolognola canne cento trenta.	130.

Sequitano tutti quelli che ſono adiacenti, & obligati à fare li Ponti infraſcritti, Terzero

per

per Terzero, & Ponte per ponte, in primis.

Il Terzero de Subſanto.

¶ Il Ponte dello Cacchamo.
La pieue de Faueri
Borgiano, & — adiacēti, & obligati
Croce.

¶ Il ponte de Fiũgho
Fiungho
Paganicho
Dinazzano.
Varano — adiacēti, & obligati.
Archuſiato
Viſtignano.

¶ Il Ponte de Valcimara.
Valcimara, &
Mont'Alto — adiacēti, et obli.

¶ Il ponte ſotto campularzo
Campularzo adiacente, & obligato.

¶ Il ponte ſotto Statto à piedi de la piaggia.
Statto
Il Puzzolo — adiacāti, & obligati
Le Tegge

¶ Il ponte de Palente che va à Mergnano.
Mergnano, &
Calcina — adiacēti & obligati

¶ Il pōte de palēte che va à Caſtelramōdo.
Agnano
Colſouerino — adiacēti, & obligati
Valuegenano

¶ Il ponte de Gorgiano
Gorgiano adiacente, & obligato.

¶ Il ponte ſotto la roccha d'Agello
Agello adiacente, & obligato

¶ Il ponte de Belanciuni
Gagliole, &
Caſtelraimōdo — adiacenti, & obligati.

¶ Il ponte de Montagnano
Thuſeggia &
Lugiano. — adiacenti, & obligati.

¶ Il ponte delle Molina de Ceſſapalummo.
Ceſſapalummo adiacente, & obligato.

¶ Il ponte de Lancianello
Lancianello adiacente, & obligato.

¶ Il ponte de Sabbieta
Sabbieta adiacente, & obligata.

Terzero de Mezzo.

¶ Il ponte de Lanciano
Caſtel S. Maria
Mecciano
Sippio — adiacenti, & obligati.
Ormagnano
Criſperi

¶ Il ponte de Pioracho
Pioracho
Agolla — adiacenti, & obligati
Sorti.

¶ Il ponte della Fluminata
La Fluminata adiacente, & obligata.

¶ Il pōte ſott'Oi be d'tto il pōte d'Berardo.
Il Poggio adiacente, & obligato.

¶ Il pōte ſopra Palente che va à Pioracho.
Perito
La Coſta de S. Seueri, &
La Val de San martino — adiac. & obl.

¶ Il ponte ſotto quello de Malacarne
Rouegliano adiacente, & obligato

¶ Il ponte del piano de Palente
Il pian de Palente
Cuiano, & Camorſiano — adiac. & obli.

¶ Il ponticillo ſotto il piano de Agello
Raggiano — adiacente, & obligato.

¶ Il pōte ſopra Palēte che va à S. Heramo.
Santo Heramo
Viminano — adiacenti, & oblig.
Nibbiano

¶ Il ponte de Gelagna.
Gelagna, &
Maſſa — adiacenti, & obligati

¶ Il ponte della Muccia
La muccia, &
La coſta de feore — adiacēti, & obligati.

¶ Il ponte del piano de Gioue.
Gioue adiacente, & obligato.

¶ Li ponti ſopra, et nella pieue Torina.
La pieue Torina.
Antico — adiacenti, et oblig.

¶ Li ponti de Preſoglio et ſotto S. Angelo de preſoglio.
Preſoglio, &
Val. S. Angelo — adiacēti, et obligati.

¶ Li ponti de Serauallé fatti, e da farſe.
Serauallé
Seramula
Thuſo, et
Copogna — adiacēti, et obli.

Il Terzero de Muralto, Morruto, et Ciſterna.

¶ Il pōte de S. Gregorio appreſſo S. Frāceſco della Traue.

Appenino
Torricchio adiacenti,& obligati
Caſauecchia

Il ponte ſotto Capriglia.
Capriglia adiacente, et obligata

Il ponte de Beldeletto.
Fiordemonte adiacente,et obligato.

Il ponte ſopra S.Franceſco della Traue.
Monte Santo Polo adiacēti, et obli.
Valcaldara

Il ponte de Realto
Vallicchio adiacēti,et oblig.
Gagliano

Il ponte ſopra la fornace che va all'Inſula.
L'Inſula, et adiacēti,et oblig
La roccha de Maij

Il ponte della pieue Bouegliano
La pieue Bouegliano adiacēte, et oblig.

Il ponte del Rio di Frontillo.
Frontillo adiacente,et obligato.

Il ponte de lo Riuo delli Calzolari.
Cignano adiacente, et obligato.

Il ponte del rio che va à S.Marcello.
S.Marcello adiacente, et obligato

Il ponte à piedi delle ſcale.
Barignano adiacente,et obligato.

Il ponte ſotto.S. Luca
Lo mezzo de Sentino adiacēti, et obli.
Coldemeſe

Il ſecondo ponte ſotto al predetto.
Santo Maroto adiacēti,et oblig
La roccha de Mattheo

Il ponte che va à Sētino appreſſo la caſa de Marino Credente.
L'altra mità de Sētino,adiacēte,et obli.

Il ponte che va verſo la Poluerina
Altino, et la mità adiacēti, et obli.
De Sefri.

Il ponte della Poluerina.
La Poluerina
Coruenale adiacenti,et obli.
Lu Bree de cāpo de bon'homo.

Il ponte ſotto Varano
L'altra mitá de Sefri, adiacēte,et oblig.

Il parapetto del ponte della Ferſia
Valdiea adiacente,et obligata.

Il ponte de S.Lorenzo che va à Fiaſtra
Lu Bree de S. Lorenzo. adiac.et oblig
Podalla

Il ponte de acquacanina
Acquacanina adiacente,et obligata.

Il ponte ſotto la roccha de Varano verſo, et appreſſo Chienti.
Bolognola adiacente, et obligata

Aduanza lu Bree de mezzo de Fiaſtra qual ſe puo mettere ſecondo il biſogno, et doue parerà.

Explicit Liber Quintus Stratarum.

DE GRASCERIATV, ET EXTRAORDINARIATV LIBER SEXTVS.

De officio Graſceriorum, & Extraordinariorum communis ciuitatis Camerini. Rub. Prima.

STatuimus, & ordinamus, quòd in ciuitate Camerini ſint, & eſſe debeant tres Graſcerij, & tres Extraordinarij, qui habeant obſeruare, & obſeruari facere omnia infraſcripta Statuta concernentia officiũ graſceriatus, & extraordinariatus: & pro infraſcriptis obſeruandis, & obſeruare faciendis dicti graſcerij, & extraordinarii poſſint procedere ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicii & contrafacientes, & repertos culpabiles punire prout diſponetur in infraſcriptis ſtatutis, & ordinamentis. Qui graſcerii eligantur, & eligi, ac deputari debeant per Conſilium generale Camerini, videlicet vnus pro quolibet terzerio, & ſimiliter tres extraordinarii, duo videlicet eligantur per dictum conſilium ad eius libitum, & voluntatem, et alius per magnificos D. Priores dictæ ciuitatis pro tempore exiſtẽtes. Qui graſcerii, et extraordinarii debeãt eſſe probi, et legales viri, et teneantur in introitu eorum officii iurare in manibus dictorum D. Priorum officium eorum bene, fideliter, et accuratè, et ſine aliqua fraude exercere, et exerceri facere, et quòd dicti extraordinarii teneantur præſtare fideiuſſores idoneos de fideliter, et ſine fraude exercendo eorũ officium. et dictum officium durare debeat per tempus, et tempora declaranda per prædictum magnificum conſilium generale, et M.D. Priores reſpectiue. Et inſuper eligantur per dictos M.D. Priores tr[illegible]atores, [illegible]atores, videlicet vnus pro quolibet Terzerio, qui ſimiliter iurent in manibus ipſorum ſe eorum officium bene, et fideliter exercere. ☞ Addentes ſupradicto ſtatuto, quòd prædicti graſcerii, vt ſupra ſic deputati, poſſint, et valeant autoritate eorum officii pro bono communis toties, quoties opus fuerit, et ei expediens videbitur, præcipere, et mandare dictis extraordinariis, et cuilibet ipſorum in omnibus concernentibus eorum, et cuiuslibet ipſorum officiũ. Quibus graſceriis, et eorum mandatis prædicti extraordinarii, qui pro tempore erunt, teneantur, et debeant obedire ſub pœna decem lib. den. pro quolibet, et qualibet vice, er plus, et minus arbitrio dictorum graſceriorum applicanda pro medietate dictis graſceriis, et ꝑ altera cõi Camerini. Et hoc pro manutentione infraſcriptorum ſtatutorum, et executione pœnarũ in eis deſcriptarũ, et pro aliis ad eorũ officium ſpectantibus, et pertinẽtibus. ☞ Item addimus huic ſtatuto, quòd in caſu quo differentiæ inter dictos aſſectatores, et homines, et perſonas, qui veniunt ad vendendum eorum bona, quòd pro concordandis dictos aſſectatores cum hominibus, et perſonis vendentibus, et vendere volentibus eorum res, et bona, quòd interueniant dicti graſcerii tãq̃ ſuperiores aſſectatorum in dicto officio. Qui graſcerii poſſint concordare partes. et in oẽm euentũ dicti vẽdẽtes teneãt, et obſeruari debeãt ordinamenta dictorũ graſceriorũ ſuper aſſectatione bonorũ prædictorum tãquàm ſuperiorum dictorum aſſectatorũ, et ſi non reperirentur de facili dicti aſſectatores, quòd dicti graſcerii, et quilibet ipſorum poſſint aſſectare, et facto per eos, vel aliquem ipſorum aſſecto prædicto, dicti aſſectatores non poſſint dictas perſonas amplius moleſtare pro aſſecto prædicto pro illa die.

Qualiter debeat fieri ſciaumum per homines ciuitatis Camerini ſemel in menſe: et de non faciendo in ſtratis per beccharios turpitudines. Rub. 2.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd M. D. Priores, et graſcerii teneantur facere fieri examinationem, ſeu ſciaumum carnium per tres bonos viros, ſcilicet aſſectatores, vt ſupra eligendos, & pretium carnium declarare per tempora, ita quòd macellarij teneātur dare, & vendere libram carnium taliter ad hoc, vt ipſi macellarii lucrari poſſint cōdecenter ex ipſis carnibus. Et teneantur ipſi aſſectatores poſiti examinare per tempora pro quanto pretio, & pro quanto tempore ipſi macellarii vendere debeant libram carnium ita, vt ipſi poſſint percipere iuſtum lucrum à volentibus emere carnes: dumtamē ipſi homines poſiti ad examen carnium non ſint beccharii, nec aliquis conſanguineus ipſorum, nec ſint minores XL. annis, & iurare prædicta facere bene, & legaliter. Et hoc capitulum ſit præciſum, aliquo capitulo non obſtante. Et graſcerii pro tempore exiſtentes debeant interesse cum dictis hominibus ad faciendum dictum examen. Et dicta examinatione facta cogantur macellarii ad faciendum carnes ſecundùm ipſorum examen. quod examen, & modus eis datum, & datus obſeruetur prout in alio ſtatuto continetur. Et dicti graſcerii, & aſſectatores teneantur bis in ebdomada facere inquiſitionem de pdictis: & quos ipſi inuenerint culpabiles de facto cogant, & cogere faciant ſine aliquo proceſſu ad ſoluendum pœnam in ſtatuto contentam. Et ſi in prædictis fuerint negligentes: condemnentur in lib. quinq; den. pro quolibet, & qualibet vice. Et quòd ipſi graſcerii inquitant, & inquiri faciant toties, quoties opus fuerit, & ad minus ſemel in menſe pro qua quantitate beccharii poſſint date libram carnium venalium. Et quòd ipſi beccharij non comburent porcos, quos vendere debent, nec aliquam beſtiam in ſtratis, & viis publicis, & infrà ciuitatem: nec iugulent, ſeu interficiant, vel iugulari, aut interfici faciant in dictis viis porcos, vel aliam beſtiam, vt dictæ viæ non remaneant inſanguinatę dicto ſanguine. Et ſi contrafecerint: puniātur pro vice qualibet ipſi, & quilibet ipſorum contrafacientes in XL. ſol. den. Et poſſit quilibet accuſare, & habeat medietatem banni. Et hoc obſeruet̃ et obſeruari debeat præciſè, niſi aliter fuerit per conſiliū generale cōis Camerini diſpoſitum, & ordinatum.

Qualiter beccharii forenſes volentes facere carnes in ciuitate Camerini poſſint. Rub. 3.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quod beccharii forenſes, & alii volentes facere carnes in ciuitate Camerini ad vendendum, liceat eiſdem facere ſine contradictione alicuius, qui beccharii forenſes non teneantur, nec poſſint cogi ad iurandum ſub capitulo beccha riorum: dummodò iurent obſeruare ſtatuta, & decreta communis, & populi loquentia de carnibus vendendis pro certo pretio, & ſuam artem facere bene, & legaliter, vt iniūctum fuerit à regimine ciuitatis Camerini, capitulo aliquo communis, & populi, & artis ciuitatis Camerini non obſtañ. Hoc ſaluo, quòd ſi dicti forenſes habitauerint in dicta ciuitate quinq; annis continuis, tunc cogantur, & cogi poſſint per capitaneum artis ad iurandum in arte. Et idem dicimus in forenſibus omnium aliarum artium.

Quòd nullus poſſit facere ſanguinē, nec interficere beſtias in ſtratis publicis. Rub. 4.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd nullus macellarius, nec aliquis alius homo de ciuitate, comitatu, & diſtrictu Camerini poſſit, nec debeat facere ſanguinem, ſeu interficere aliquam beſtiam in ſtratis publicis cōis, ad hoc vt mattones, & ſtratæ non deturpētur. Et qui contrafecerit, condemnetur in. L. ſol. den. & credatur ſacramento accuſatoris cum vno teſte.

Quòd beccharii teneantur facere artem bene, & legaliter. & ſi noluerint exercere dictam artem, non cogantur. Rub. 5.

ITem ſtatuerunt, & ordinauerunt, quòd quicunq; becchariorum voluerint artem becchariæ exercere, teneantur legaliter exercere. Et ſi aliqui eorum noluerint artē huiuſmodi facere, vel exercere, quòd per officiales cōmunis Camerini, vel eorum aliquē nō cogantur ad artem huiuſmodi faciendum, vel exercendum. Et qui eas carnes facere recuſauerit

culauerit, deinde ipſam artem publicè, vel occultè facere non poſſit: nec aliquas beſtias teneat, vel poſſit emere cauſa reuendendi, ſeu reuendi faciendi. Et ſi contrafecerit: condemnetur pro qualibet vice in.x. lib. & ſit licitum cuilibet accuſare. Cuius banni medietas ſit accuſatoris, & alia communis. Et quòd graſcerii teneantur, & poſſint ſuper prædictis inquirete. Et quòd Magnifici D. Priores, & graſcerii in quatrageſima cuiuslibet anni teneantur facere coràm ſe venire omnes becchàrios, & ſcire ab eis illos, qui voluerint facere carnes, vel non. Et deinde facere, & procedere ſecundùm quod deliberatum fuerit per conſilium populi dictæ ciuitatis. Et magnifici D. Priores, & graſcerii recipiant fideiuſſores à beccharìis de obſeruando conditiones, pacta, & conuentiones facta, & factas tempore conductionis macellorum: & fieri faciant conſilium, in quo proponatur de modo locandi macella in ciuitate, & burgis Camerini pro vendendo, & faciendo carnes. Et quod deliberatum fuerit, prædicti becchàrii obſeruare integrè teneantur ad pœnam, quæ fuerit in ipſo conſilio ordinatum.

De non emendo Piſces caſtri Ploraci, et Sephræ. Rub. 6.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd nullus de ciuitate, comitatu, et diſtrictu Camerini audeat, vel p̃ſumat in ciuitate, comitatu, vel eius diſtrictu Camerini emere, vel emi facere piſces, qui capiuntur in lacubus cõis Camerini, qui ſunt iuxtà caſtrum Ploraci, et diſtrictum Sephræ, et indiſtrictu dictæ ciuitatis, et in ipſius diſtrictus fluminibus cauſa reuendendi, vel reuendi faciendi: nec audeat ipſos tenere ad reuendendum publicè, vel occultè. Et qui contrafecerit tàm in emendo ipſos piſces, quàm etiam in retinendo eos per ſe, vel alium, condemnetur cõi pro qualibet vice in xxv. lib. den. et licitum ſit cuilibet accuſare: et accuſator habeat medietatem banni. et ſtetur ſacramento accuſatoris vſq; in.c.ſol.den. Et de prædictis tàm Poteſtas, quàm graſcerii teneantur, et debeant inquirere, et procedere ſummarie, nulla iuris ſolennitate ſeruata: et repertos culpabiles de prædictis, et quolibet prædictorum punire, et condemnare ſecundùm dictam formã. Et idem dicimus de illis, qui vendiderint piſces illis, qui emerint ipſos piſces cauſa reuẽdendi, exceptis illis de Ploraco, qui inter ſe poſſint emere, et vendere, et ad ciuitatem Camerini reducere et apportare ad vendendum, et non alibi extrà diſtrictum.

De non portando piſces, qui caperentur in comitatu, et diſtrictu Camerini extrà ipſius diſtrictum. Rub. 7.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd nullus audeat, vel præſumat piſces aliquos, qui caperentur in comitatu, et diſtrictu ciuitatis Camerini portare, vel portari facere extrà diſtrictum ciuitatis Camerini de die, vel de nocte. Et qui contrafecerit. ſi fuerit de die in x. lib. den. ſi fuerit de nocte in xxv. lib. den. condemnetur. Et cuilibet ſit licitum accuſare: et accuſator habeat medietatem banni. et ſtetur ſacramento accuſatoris vſq; ad xx. ſol. den. Et de prædictis tàm Poteſtas, quàm graſcerii, et quilibet poſſit, et debeat facere inquiſitionem quolibet menſe duabus vicibus.

De non vendendo vinum ad minutum ſine licentia, et apodiſſa graſceriorum populi Camerini: et de concedendo licentiam omnibus volentibus vendere vinum ad minutum. Rub. 8.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd nullus tàm terrigena, quàm forenſis audeat, vel præſumat vendere vinũ, vel vendi facere in ciuitate Camerini, burgis, vel eius comitatu, et diſtrictu ad minutum ſine licentia, et apodiſſa graſceriorum populi ciuitatis Camerini. Et qui contrafecerit, puniatur, & cõdemnetur per ipſos graſcerios in.x.lib. den. Et præfati graſcerii teneantur dare, & concedere licentiam, & apodiſſam omnibus volẽtibus vinum vendere, ſeu vendi facere ad minutum in dicta ciuitate, & eius comitatu, & diſtrictu. Et quòd omnes volentes vinum vendere ad minutum in dicta ciuitate, & eius comitatu, & diſtrictu teneantur, & debeant habere Petictũ, medium, fogliettam, & mediam fogliettam omnia ſigillata cum ſigillo communis: & cum dictis vaſis ſigillatis vendere omnibus vinũ emere volentibus, & non cum aliis vaſis, & pro illo precio, quo deli-

beratum fuerit, & in eorum apodiſſa contineatur, ſine tamen aliqua ſolutione gabellæ. Et ipſas menſuras implere:& ſi non impleret, & ſcemas daret, puniatur pro qualibet vice,& qualibet menſura ſcema data in decem ſol.den.Et ſi cum menſura non ſigillata vẽderet: puniatur in.c. ſol.den.Et quilibet vinum vendens poſſit dare vinum pro minori precio: dummodò habeat apodiſſam graſceriorum de illo precio,quo vẽdere voluerit. Et ſi aliquod vinum vetus remaneret poſt feſtum omnium Sanctorum: quilibet vinum vendens vendere poſſit ipſum vinum vetus, & remanſum vendere pro eo precio,quo de menſe octobris præcedente vendebatur cum apodiſſa graſceriorum vſq; ad vnum menſem tantùm,& non vltrà poſt feſtum omnium Sanctorum: dummodò illud vinum vetus non ſit reammuſtatum,nec malitiatum. Et ſi contrafactũ fuerit in vendendo dictum vinum reammuſtatum:condemnetur,ac ſi vinum venderet pro maiori precio. et graſcerii teneãtur dare apodiſſam volentibus vendere ipſum vinum vetus, quemadmodum dare teneantur de dicto menſe octobris. Et qui contrafecerit in prædictis, vel aliquo prædictorum,ſoluat pro banno communi pro quolibet,et qualibet vice.c.ſol.den. dummodò condemnatio non excedat ſummam decem lib.den.pro qualibet die, qua venderet vinum cõtra formam prædictam. Et ſiquis inuentus fuerit non habere petictum,medium, fogliettam,vel mediam fogliettam,vel aliquod prædictorum non plumbatum,vel plumbatam: ſoluat pro banno communi.xx.ſol.den.pro qualibet vice, ſeu menſura,quam nõ haberet. Et quòd dictus vendens vinum ad minutum in ciuitate Camerini, Burgis, et in comitatu,et diſtrictu ipſius ciuitatis teneatur ipſum vinum vendere non occultè,ſed palám, & publicè cũ oſtiis apertis. Et ſiquis contrafecerit, ſoluat pro banno communis decem lib.den.et quòd quilibet poſſit contrafacientes accuſare,et denũciare, et habeat medietatem banni,et teneatur in ſecreto, ſi voluerit accuſator, ſiue denunciator. et de prædictis etiam ſtetur relationi vnius de extraordinariis, vel officialibus dictorum graſceriorum,et habeatur pro plena probatione cum nouo ſacramento præſtãdo per ipſum officialem. Et ſi aliquis, qui non eſſet ſubiectus iuriſdictioni dicti cõmunis, vendiderit contra formam prædictam vinum; quòd nullus de ciuitate, comitatu, vel diſtrictu debeat vinum ad minutum emere ab ipſo ad pœnam.x. ſol. den. pro quolibet, et qualibet vice. et quilibet poſſit accuſare, et denunciare, et habeat medietatem bãni, et teneatur in ſecreto nomẽ denunciantis. et vtrum denunciator,et accuſator ſit legitimus, et ſufficiens,remaneat in prouidentia graſceriorum. et volentes vendere vinum, ſeu vendi facere eo tempore,quo accipiunt apodiſſam à graſceriis pro uendendo ipſum,debeant dare fideiuſſores idoneos coràm ipſis graſceriis de ſoluendo condemnationem, ſi in aliquo prædictorũ ordinamentorũ delinquerent. et dicta obligatio,et fideiuſſio duret quouſq; venditum fuerit uinum, de quo accipitur apodiſſa. et quòd futuri graſcerii debeant admittere apodiſſas ſui præceſſoris infrà ciuitatem, et ſuburbia per dies tres, et per quinq; extrà ciuitatem. et hoc banniri faciant dicti graſcerii noui uinculo iuramẽti de apodiſſis renouandis poſt terminos prædictos.

De non uendendo uinum pro alio, nec miſcendo unum uinum cum alio. Rub.9

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd nullus Tabernarius, ſeu uinum uendens audeat, uel præſumat dare, ſeu uendere, uel uendi facere uinũ unum pro alio, uel miſcere unũ uinum cum alio, ſeu aquam cum uino miſcere, uel aliquam aliam fraudem committere in uendendo uinum,uel uendi faciendo. et qui contrafecerit, condemnetur communi in.c.ſol.den. uidelicet ille, qui miſceret uinum cum alio uino, et ille, qui miſceret aquã cum uino in xxv.lib.den. Et de hoc ſtetur relationi graſceriorum,vel alicuius eorum tãtùm, ſiue extraordinarii cum vno teſte bonæ conditionis, et famæ, ſiue atteſtationi, et probationi duorum teſtium de credulitate. et credulitas duorum prædictorum teſtium bonæ famæ habeatur pro plena probatione.

Quòd nullus debeat vendere vinũ,niſi de vaſe, de quo habet apodiſſam. Rub. 10.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd nullus Tabernarius, ſeu vinum vendens audeat vel præſumat petere, nec habere licentiam vendendi, niſi vnam vegetem, uel uegeticulum vini ſimul in una domo, uel per uicem dum durat ipſum uinum uegetis, uel uegeticuli. et teneatur, et debeat reaſſignare prædictis graſceriis apodiſſam, quam habuerit de vna uegete, uel uegeticulo uini, quod uendidit antequàm accipiat aliam apodiſſam: dummodò præcipiatur ſibi per dictos graſcerios, quòd apodiſſam ipſis reſtituat conceſſam uendito dicto uino infrà tempus ſtatuendum per ipſos graſcerios: et aliter de reaſſignatione non teneatur. Et ſi contrafecerit: condemnetur communi pro qualibet uice in.xx.ſol.den.et quòd ipſi tabernarii uolentes uinum uendere teneantur cum ſolito ſigillo communis ponere, et habere apodiſſam in uegete, uel uegeticulo, de qua uendit, in fundo anteriori tantúm. et qui contrafecerit, puniatur in xx.ſol.den.pro quolibet et qualibet uice. et apodiſſæ dandæ ſecundùm dictam formam regiſtrentur per D. graſcerios in libris eorum per eos fiendis cum die, menſe, et anno conceſſionis dictæ licentiæ ad pœnam.c.ſol.pro quolibet cõtrafaciente retinendorum de eorum ſalario per magnificos D. Priores dictæ ciuitatis pro tempore exiſtentes.

Quòd poſſit procedi per D. graſcerios, et eorum officiales per inquiſitionem, denunciationem, et accuſationem contra delinquentes. Rub. 11

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd in ſingulis capitulis ſupradictis, et infraſcriptis, et quolibet eorum poſſint, debeant, et teneantur dicti D. Graſcerii, et eorũ officiales procedere per accuſationem, denunciationem, uel inquiſitionem ex ſuo officio, et procedere iuris, ſtatutorum, et ordinamentorum, ſolennitatis, et ſubſtantialitatis ordine ſeruato, uel non ſeruato, diebus feriatis, et non feriatis: et ſtetur, et credatur, ut ſupra dictum eſt dicto ipſorum D. Graſceriorum, uel relationi extraordinariorum, uel alicuius eorum cum uno teſte bonæ conditionis, et famæ. et repertos culpabiles punire, et condemnare poſſint, et quilibet eorum poſſit in pœnis, et banno contentis in prædictis, et infraſcriptis ſtatutis ſine aliqua iuris ſolẽnitate. et prædicti D. Graſcerii populi ciuitatis Camerini, et ſui officiales teneantur, et debeant uinculo iuramenti obſeruare, et obſeruari facere. et ſi fuerint, uel aliquis eorum fuerit negligens: perdat de ſuo ſalario duplum ſuæ mercedis retinendæ per dictos M. D. Priores. et officiales dñorũ graſceriorum ſint, et eſſe intelligantur extraordinarii.

Quòd hoſpitatores poſſint impune tenere ciotulas, et alia vaſa apta ad bibendum. Rub. 12.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd omnes, et ſinguli hoſpites, et hoſpitatores ciuitatis, comitatus, et diſtrictus Camerini poſſint, et eis liceat habere, et tenere in eorũ hoſpitiis ciatos, biccherios, ciotulas, et alia uaſa maiora, prout uoluerint, cum quibus ciatis, biccheriis, et ciotulis poſſint dare ad bibendum hoſpitibus, et hoſpitatoribus in eorũ hoſpitiis cum menſuris ſigillatis ſigillo communis Camerini. et ſi contigerit eos vendere ipſum uinũ in eorum hoſpitiis, teneantur, et debeãt ipſum uinum uendere ſecundùm formam ſtatutorum prædictorum, et cum menſuris ſigillatis. Et quòd d. graſcerii teneãt inquirere uel inquiri facere per ſuos officiales contra hoſpitatores, ſi habent in hoſpitiis ipſorum uaſa ſigillata, cum quibus uinum uendãt, et menſuras ſigillatas, uidelicet bladi. et ſi reperti fuerint contrafacientes: puniantur, ac ſi uendiderint uinum, et menſurauerint bladum cum menſuris non ſigillatis.

Quòd per certos homines ſtatuta uini ſeruentur. Rub. 13

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd omnes, et ſinguli homines, et perſonæ, qui habitant, et habitabũt in futurum à caſtro Belfortis uſq; ad caſtrum Collisfloriti cuiuslibet conditionis ſint, debeant præciſe obſeruare omnia ſupradicta, & infraſcripta ſtatuta vini & tabernariorum: & quòd cogantur ad ſoluendum pœnas contentas in dictis ſtatutis. Et idem dicimus de omnibus hoſpitatoribus, ſeu vinum vendentibus in comitatu, & diſtrictu ciuitatis Camerini, & vbiq; locorum. Et D. graſcerii qualibet ebdomada debeãt

inquirere de prædictis. Et ſi fuerint negligentes de prædictis: condemnentur per Mag. D. Priores cõis in.c.lib.den.& credatur in prædictis ſacramento denunciantis,vt in aliis ordinamentis continetur. Et quòd nullus de prædictis inquiſitus, vel accuſatus coràm D. graſceriis, & eorum officialibus poſſit opponere,vel opponi facere contra inquiſitionem, vel accuſationem aliquã exceptionem declinatoriam fori,vel incompetentis iudicis. Et ſiquis prædictorum talem exceptionem opponeret: D. graſcerii, & ſui officiales teneantur ipſas exceptiones reijcere, & eis non obſtantibus procedere ſuper accuſatione, vel inquiſitione ſecundùm formam ſtatutorum ſupradictorum, & infraſcriptorum, & propterea proceſſus non vitietur. Et ſi à proceſſu,vel ſentẽtia appellaretur: Iudex appellationis dictũ proceſſum,uel ſententiam caſſare,uel annullare prætextu dictarũ exceptionum oppoſitarum non debeat,neq; poſſit. Et ſi caſſaret, vel annullaret: caſſatio, vel annullatio non valeat,nec teneat ipſo iure. & eis non obſtantibus D. graſcerii ſuas ſententias exequantur, & vt cautius in prædictis agatur, & dictum ſtatutum firmius obſeruetur, quòd D.graſcerii tàm præſentes, quàm futuri teneantur, & debeant infrà mẽſem primũ introitus eorũ regiminis requiri facere omnes, et ſingulos ſupradictos,quos dictũ tangit negotium, & quòd coràm eis infrà certum tempus compareant ad ſatisdandum legitimè de obſeruando dictum ſtatutũ de vendẽdo vinum. Et ſi non venirent, & nõ ſatisdarent cum effectu: D. graſcerii,qui erunt pro tempore, debeant,& teneantur quoslibet prædictorum ſic contumaces pro ipſa contumacia exbãnire,& condemnare in. xx. lib.den.non obſtãte, quòd dictas exceptiones fori,& declinatorias opponeret. Et iudex appellationis non poſſit aliquam ſententiam latam,vel proceſſum pro dicta contumacia facta,vel fienda propter dictas exceptiones oppoſitas coràm.D.graſceriis,& non admiſſas annullare. Et nihilòminus cogat eos ad obſeruationem dictorum ſtatutorum de vino loquentium vendendo per coactionem pœnæ in ipſis ſtatutis contentæ: & omni alio modo,& cauſa quibus eis melius videbitur. Et ſi Iudex appellationis prædictus directè, vel indirectè faceret contra prædicta caſſando, vel annullando dictos proceſſus, & ſententias: condemnetur occaſione prædicta, vel alia quacunq; occaſione in xxv.lib.den. communi Camerini per arrationatores communis.Et nihilòminus teneatur illam integram quantitatem communi reſtituere,quæ cõtinetur in dicta ſumma,vel proceſſu, qui uel quæ caſſaretur, uel annullaretur per eum. Et quòd graſcerii, & ſui officiales pro aliquo talium uinum nendentium non poſſint, nec debeant pro ſatiſdatione prædicta in fideiuſſorem in prædictis recipere aliquem de maioribus,uel de familiaribus ipſorum.

De pœna frangentium uaſa ad tabernam. Rub. 14.

ITem ſtatuimus, & ordinamus,quòd quicunq; fregerit, uel fregi fecerit, uel acceperit alicui uendenti uinum, ſeu de domo, uel taberna alicuius uendentis uinum aliqua uaſa,uel cyathos, ſeu ciotulas, puniatur, & condemnetur per dictos D.Graſcerios pro qua libet uice,& quolibet cyatho,ſeu uaſe in quinq; ſol.den. & de hoc ſtetur ſacramẽto vinũ uendentium, & teneatur uaſa,quæ fregerit, ſeu acceperit antequàm recedat de palatio emendare damnum ad dictam pœnam, & ad arbitrium D. Graſceriorum.

Quòd ſit licitum retinere amphoras, & alia uaſa maiora, & minora ad tabernam. Rub. 15.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd quilibet vinum uendens, ſeu tabernarius poſſit,& ſibi liceat in taberna habere, & tenere aquam in amphoris,cum quibus poſſit impune lauare amphoras,cyathos, ſiue biccherios, & alia uaſa. Exceptis uaſibus ſigillatis,in quibus habere,& tenere non liceat. & dictam aquam poſſit proijcere ante eorum tabernas ſine aliqua pœna non obſtante forma alicuius ſtatuti communis, uel populi de hoc loquentis. Et ſit licitum uendentibus uinum habere, & tenere in eorum tabernis uaſa,quę habere, & tenere uoluerint ſine pœna,& banno: dummodò uas ſit maioris capacitatis, quàm petitum.

Quòd D.Graſcerii poſſint dare licentiam deferentibus uinum forenſe,& extrahẽtibus

tibus extrà noſtrum diſtrictum. Rub. 16.

ITem ſtatuerunt,& ordinauerunt, quòd D. Graſcerii teneantur,& debeant ad poſtulationem cuiuſcunq; petentis dare,& concedere licentiam deferendi extrà diſtrictũ Camerini vinum forenſe, ſeu vinum,quod defereretur de Marchia,Ducatu,& alio quocũq; loco in noſtrum diſtrictum cauſa vinum extrahendi extrà noſtrum diſtrictum, habita fide ſaltim per ſacramentum, quòd dictum vinum, quod exrtahitur, fuerit,& ſit forenſe, & non de diſtrictu.

Quòd dicta ordinamenta publicè banniantur,& habeant roboris firmitatẽ. Rub.17

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd prædicta ordinamenta publicè banniantur in plateis,& locis publicis dictæ ciuitatis per D.Graſcerios in principio eorum officii,ne ipſorum ordinamentorum poſſit ignorantia allegari. Et quòd dicta ordinamenta habeãt roboris firmitatem non obſtantibus aliquibus ſtatutis incontrarium loquẽtibus, quibus intelligatur in omnibus derogatum, non obſtantibus, quòd nõ fuerint bannita.

Quòd D.Graſcerii xv. diebus ante feſtum omnium Sanctorum proponant in conſilio de modo vendendi vinum. Rub. 18.

ITem ſtatuerunt,quòd D. Graſcerii teneantnr, & debeant vinculo iuramenti proponere in conſilio populi ciuitatis Camerini xv. diebus ante feſtum omnium ſanctorum ad dandum formam, & modum in vendendo vinum in ciuitate, comitatu, & diſtrictu Camerini.

Quòd D.Graſcerii populi non poſſint delinquentes condemnare, niſi per formam prædictorum ordinamentorum. Rub. 19

ITem ſtatuerunt, & ordinauerunt,quòd D. Graſcerii ciuitatis,& populi Camerini nõ poſſint aliquem delinquentem in facto vini condemnare, niſi ſecundùm formam ſupradictorum ſtatutorum,& ſicut in eis continetur. Et ſi aliter cõdemnarent: non valeat,nec teneat ipſo iure. Et quòd præfati D.Graſcerii poſſint dictas pœnas minuere inſpecta conditione perſonæ, & qualitate delicti.

Quòd ſyndici caſtrorum,& villarum, & maſſarii teneantur denunciare frangentes proſtimam. Rub. 20.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd omnes ſyndici caſtrorum, & villarum comitatus, & territorii ciuitatis Camerini,& maſſarii eorundem ſyndicorũ teneantur vinculo iuramẽti denunciare. D.Graſceriis ciuitatis Camerini infrà tertiam diem omnes frangentes proſtimam bladi, & vini cuiuſcunq; generis, & farinæ ipſius bladi, carnium ſiccarum, lardi, pullorum, & cuiuſcunq; alterius graſciæ vetitæ per formam ſtatutorum extrà territorium, & diſtrictum dictæ ciuitatis, prout tenentur denunciare alia maleficia commiſſa in eorum territoriis,& ſyndicatibus ad pœnam x.lib.den.pro qualibet ſalma bladi,vel farinæ ipſius bladi,& de alia graſcia.c.ſol.den. ſoluendorum de proprio ſyndici, & maſſariorum non denunciantium, ſed venientium cõtra prædicta, & nõ de bonis vniuerſitatis. Et facta denunciatione per vnum ex prædictis ſyndicis,vel maſſariis: alii de dicta vniuerſitate ad ipſam pœnam,ſeu ad denunciandum minimè teneãtur.

Quòd ſi bladum fuerit extractum extrà territorium dictæ ciuitatis,& nõ fuerit denunciatum : licentia,& apodiſſa de extrahendo bladum illis de vniuerſitate, de qua fuit extractum, omnino denegetur. Rub. 21.

STatuimus, & ordinamus,quòd ſi de aliquo caſtro, villa, vel vniuerſitate fuerit extractũ bladum,vel graſcia,& portatum extrà territorium dictæ ciuitatis,et ipſum delictũ fuerit denũciatum ipſis officialibus, quòd illi de caſtro, villa,vel vniuerſitate ſi venerint per ſe,vel alios ad emendum bladum ad ciuitatem prædictam, quòd eis, vel alicui ipſorum de ipſa vniuerſitate apodiſſa, & licentia portandi granum omnino denegetur. Et ſi daretur,non valeat,facta primò notificatione per literas D.Graſceriorum ipſis vniuerſitatibus de contentis in dicto ſtatuto.

Quòd ſupplicetur D.Camerineñ.Epiſcopo, quòd bladum ipſius ſuperfluum faciat

ad ciuitatem Camerini. Rub. 22.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd per D. Graſcerios, et alios, quibus eis videbitur, noſtro Camerineñ. Epiſcopo ſupplicetur pro parte totius communis, quòd bladũ ſuperfluum, quod haberet, faciat apportare ad ciuitatem Camerini: Et ipſum bladum debeat diebus condecentibus vendi facere in Raſengha, et in foro dictæ ciuitatis. Et quòd faciat fieri, et mandet idem D. Epiſcopus omnibus prælatis, et clericis ſuis, et diſtrictualibus dictæ ciuitatis, quòd ipſi ſimiliter faciant de blado ſuperfluo, quod haberent.

De pœna portantium bladum extrà diſtrictum ad macinandum. Rub. 23.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd nulla perſona audeat, vel præſumat etiam molendinarii portare, vel portari facere aliquod genus bladi, vel leguminis ad macinandum extrà diſtrictum ciuitatis Camerini cum apodiſſa, vel ſine, ſeu cum ſigillo alicuius officialis, uel alterius cuiuſcunq; perſonæ. Et ſiquis, uel ſiqua portaret, habeat ꝓ fractore ꝓſtimæ, & puniatur, ac ſi fregiſſet proſtimam & iret, et portaret contra formam ſtatutorũ, et ordinamentorum proſtimæ, non obſtante, quòd farina, legumen, vel bladum teportauerint ad dictam ciuitatem Camerini, vel eius diſtrictum. et cuilibet ſit licitum accuſare, uel denunciare publicè, vel occultè, et capere, accipere, et ducere in fortiam communis abſq; pœna, et banno in perſona, et beſtiis omnes contrafacientes in prædictis: et habeat medietatem banni, et condemnationis, et rerum acceptarum, et beſtiarum, et altera medietas ſit cõis.

De blado non apportando extrà diſtrictum ciuitatis Camerini ad macinandũ ad molendina diſtrictus Camerini. Rub. 24.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd nulla perſona tàm ciuis, quàm diſtrictualis, ſeu forenſis, vel habitans extrà diſtrictum ciuitatis Camerini poſſit, vel ei liceat portare, vel ferre aliquod genus bladi, uel leguminis, uel portari facere, uel ferri extrà diſtrictum Camerini ad molendina exiſtentia extrà diſtrictum dictæ ciuitatis cauſa molendi, ſiue macinandi cum apodiſſa, uel ſine. Et ſiquis contrafecerit, habeatur pro fractote proſtimæ, et ac ſi fregiſſet proſtimam puniatur. Et nihilòminus perdat res portatas, et beſtias. et cuilibet ſit licitum accuſare, uel denunciare publicè, uel occultè contrafacientes in prædictis, et ipſos capere in perſona, et in rebus, et ducere in fortiam communis ſine pœna, et banno: et habeat medietatem banni, et condemnationis, et rerum acceptarum, et altera medietas ſit communis. Et ne terræ vicinæ, et homines earundem ſuper præmiſſis poſſint ignorantiam allegare: prædicta dictis terris, et earum cuilibet D. Graſcerii teneantur infrà xv. dies eorum introitus per literas communis facere nunciari. et teneã tur terræ vicinæ, quibus eſſet notificatum, ad pœnam ſecundùm tenorem huius ordinamenti. aliæ verò terræ, quibus non eſſet notificatum, non teneantur ad pœnam.

De non apportando extrà diſtrictum Camerini aliquod genus bladorum. Rub. 25

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd nullus tàm ciuis comitateñ. et diſtrictualis, quàm forenſis audeat, uel præſumat extrahere frumentum, vel farinam, ſiue aliud genus bladorum, et leguminum extrà comitatum, et diſtrictum Camerini etiam cum licentia, et apodiſſa M. D. Priorum, graſceriorum, vel alterius cuiuſcunq; officialis ſub pœna. c. lib. den. amiſſionis, et perditionis dictorum frumenti, farinæ, uel bladorum, quæ extraherentur, et beſtiarum ſuper quibus deferentur. cuius pœnæ medietas applicetur cõi ciuitatis Camerini, pro quarta parte accuſatori, cui debeat credi cum vno teſte fide digno, et pro alia quarta parte officiali effectualiter exequenti. Et intelligatur etiam aſportaſſe extrà dictum diſtrictum, et pœnam incurriſſe, ſi fuerit inuentus, vel repertus aſportare verſus territorium alienum propè confinia dictæ ciuitatis per medium miliare: dummodò non iret ad molendum, ſiue macinandum, et niſi eſſet villa in confinio, et uerſus ipſam villã iret. et contra prædictos delinquentes poſſit procedi per inquiſitionem, accuſationem, et querelam, ſummariè, ſimpliciter, et de plano, iuris ordine ſeruato, uel non ſeruato. et nihilòminus ſi prædicti M. D. Priores, vel Graſcerii, vel aliquis eorum auderet concedere

dere dictam licentiam in ſcriptis,vel ſine: incurrat pœnam.c.lib. den.applicañ. vt ſupra & dicta licentia non valeat, nec teneat ipſo iure.

De aſſociante,vel auxiliante aliquem ad frangendum proſtimam. Rub. 26.

Item ſtatuimus,& ordinamus,quòd ſi aliquis aſſociauerit aliquem ad frangendum proſtimam, vel quocunq; alio modo præſtiterit auxilium,conſilium,vel fauorem in iuuando,vel conſeruando bladum,farinam,vel entremappam,ſiue ſemolam cauſa extrahendi extrà diſtrictum ciuitatis Camerini, vel vendendo,vel alienando alicui forenſi bladum, farinam, vel entremappam, ſiue ſemolam, qui non eſſet continuus habitator ciuitatis, vel diſtrictus Camerini,eadem pœna puniatur, qua puniretur frangens proſtimam.

De pœna molendinariorũ nõ comparentium coràm D. Graſceriis ad parendum mandatis ipſorum. Rub. 27.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quòd omnes,& ſinguli molendinarii ciuitatis, comitatus, & diſtrictus Camerini portantes bladum ad molendina,ad mandatum D. Priorũ & Graſceriorum teneantur coràm D. Prioribus,& D.Graſceriis ſe præſentare, & iurare de non cõmittendo aliquã fraudem in eorum officio, per quam proſtima frangatur: ſed iuxtà eorum poſſe obuiare, ne proſtima frangatur, & denunciare frangentes proſtimam,& ſuppectos ad frangendum proſtimam. Et quòd teneantur, & cogantur ad dandum bonos fideiuſſores pro prædictis obſeruandis. Et quòd ſi aliquis molendinariorũ dictorum prædicta omnia, & ſingula non fecerit, puniatur in.c.ſol.den.applicañ. communi Camerini.

Quòd molendinarii non poſſint emere aliquod genus bladi ad Raſengham, nec fori tempore commorari. Rub. 28.

Item ſtatuimus,& ordinamus, quòd nullus molendinarius poſſit emere aliquod genus bladi,nec in Raſengha,nec in molendinis,vbi bladum communiter venditur,nec fori tẽpore commorari. Et ſi contrafecerit: in xxv. lib.den.pro vice qualibet puniatur.

Quòd molendinarii non poſſint portare bladum extrà ciuitatem, niſi fuerit ponderatum. Rub. 29.

Item ſtatuimus,& ordinamus,quòd nullus molendinarius debeat aliquod bladũ,quod eſſet in ciuitate Camerini, portare,vel portari facere extrà ciuitatem cauſa molendi, niſi fuerit ipſum bladum ſcriptum,& ponderatum per officialem farinæ electum,ſiue eligendum ſuper officio ponderis. Et interim poſtquàm acceperit bladum ad molendum, non reponat in alio loco, nec eleuet de beſtiis,niſi primò fuerit ſcriptum, & ponderatũ. Et poſtea intrà ſecundam diem molendinarius, ſeu deferens ipſum bladum ad molendũ teneatur reportare, & repræſentare farinam ipſius bladi dicto officiali antequàm eleuet de beſtia,& facere ponderari ipſum, ita quòd dicta farina reuertatur ad illud pondus,ad quod fuit bladum portatum per eum ad molendinum, excepto iure molendinarii,quod licitum eſt ei accipere ſecundùm formam ſtatuti: & reportet ad domum illius,à quo accepit, antequàm eleuet de beſtia. Et ſi molendinarius prædicta omnia, & ſingula nõ obſeruauerit: puniatur pro quolibet,& qualibet vice, in qua deliquerit,per D.Graſcerios in decem lib.den.Et nihilòminus perſonaliter cogatur ad reſtituendum in cõtinenti ipſum pondus, quod deficeret, de quibus non ſit licitum appellare. Et quòd D. Graſcerii prædicti poſſint cogere realiter, & perſonaliter molendinarios ad molendum, & banna imponere, & obſeruare prædicta.

Quòd communitas S.Anatholiæ,Serræ,Sephræ,Campirotundi, Podii, Dignani, Rocchettæ,Præcaneſtri, Ilicis,& aliorum commendatorum teneantur cuſtodiri eorum territorium pro proſtima. Rub. 30.

Item ſtatuimus, & ordinamus, quòd communitas S.Anatholię,Serræ,Sephræ,& aliorum caſtrorum, ſiue locorum commendatorum ciuitatis Camerini teneantur facere cuſtodiri per ſuum territotium, & diſtrictum taliter, quòd proſtima non frangatur, & extrà diſtrictum Camerini non extràhatur, & bladum aliquod de eorum terris,& terri-

torio non aſportetur. Et ſi contrafaceret: per M.D.Graſcerios in.c.lib.den.pro qualibet communitate, & qualibet vice, qua contrafecerit, condemnetur, & bladum extraheretur de eorum territorio. Quod ſtatutum debeat notificari vnicuiq; dictarum communitatum per literas dictorum graſceriorum, et eis mandari per dictas literas, quòd ſtatutũ iam dictum obſeruetur ſub pœna.c.lib.den.

Quòd nullus poſſit allegare contra dicta ſtatuta proſtimæ. Rub. 31.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd nulla perſona coràm aliquo officiali ciuitatis Camerini poſſit, et debeat, vel præſumat dicere, vel allegare contra iſta ſtatuta, videlicet, quòd iſta ſtatuta, vel aliquod prædictorum non valeant, et quòd in eis nõ ſit ſeruata ſolẽnitas ſtatuti. Et ſiquis contra prædicta, vel aliquod prædictorum diceret, vel allegaret, puniatur in.c.lib.den.à qua condemnatione non liceat appellare. Et ſi fieret ipſa allegatio, non admittatur per ipſum officialem.

Quòd D.Graſcerii faciant banniri ſtatuta, et ordinamenta proſtimæ ſingulis duobus menſibus. Rub. 32.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd D.Graſcerii teneantur vinculo iuramenti ipſa ſtatuta facere banniri publicè, et notificare præcoñ. viua voce ſono tubę præmiſſo ſingulis duobus menſibus in die ſabbati, et ad pœnam xxv.lib.den.D.Graſceriis. Sed nihilòminus valeant, et executioni mandentur, ſi bannita non fuerint, et ſeruata prædicta ſolennitas.

Quòd D.Graſcerii omnes, et ſingulas pœnas cõtentas in ſtatutis proſtimæ poſſint augere, et minuere ſecundùm qualitatem facti, & conditionẽ perſonæ. Rub. 33.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quia facti qualitas, & conditio perſonarum requirit, vt interdum pœnæ minuantur, quòd ijdem D.Graſcerii poſſint omnes, & ſingulas pœnas in dictis, & infraſcriptis ſtatutis contentas, & quolibet eorum, prout eis viſum fuerit, minuere: dummodò pœna maior non imponatur xl.ſol. den. Et contra omnes, & ſingulos facientes, & delinquentes contra dicta ſtatuta, & infraſcripta, vel aliquod eorum idem D.Graſcerii, et eorum officiales poſſint, & debeant per accuſationem, vel denunciationem publicam, vel priuatam, vel per inquiſitionem ex officio formatam, vel per relationem cuiuſcunq; perſonæ & quocunq; alio modo eis videbitur cum ſolẽnitate iuris, ſtatutorum cõis Camerini, vel ſine, ordine iuris ſeruato, vel non ſeruato, ſolẽnitatibus, & ſubſtãtialitatibus ipſorũ, vel ipſis ſtatutis iudiciario ordine ſeruatis, uel nõ ſeruatis, dieb feriatis, uel nõ feriatis in quocũq; loco qualitercũq; et quõcũq;. Et confeſſiones per indicia, vel per præſumptiones habitas exigere, & extorquere contra inculpatos. Et in prædictis, & quolibet prædictorum fama publica probata per quinq; homines cum aliquo adminiculo indicia faciat, prout videbitur D.graſceriis populi Camerini, propter quod inculpatos cogere poſſint ad confitendum. Et ex tali confeſſione damnatos in omnibus, et ſingulis ſupradictis caſibus, & aliis in ſupradictis, et infraſcriptis ſtatutis contentis, & quolibet eorum, & in pendentibus, & coherentibus, & annexis. Et qui contrafecerit, puniatur vt dictum eſt. Et quilibet poſſit accuſare, & denunciare, & deferre, & habeat tertiam partem banni, & condemnationis, quæ inde fieret, & medietatem bladi, quod portaretur, et beſtiæ cum quã portaretur. Et contra accuſationem, et denunciationem, vel ferentes nulla iuris, vel facti opponi poſſit exceptio minoris ætatis, vel falſitatis, et infamię, vel alia quacunq; à proceſſibus, et aliis actitatis, et quæ agitarentur per ipſos dominos graſcerios, et eorum officiales occaſione dictæ proſtimæ appellare non liceat, nec de nullitate opponi: et appellans, ſeu de nullitate opponens non audiatur capitulo aliquo non obſtante: dummodò ſententiæ diffinitiuæ ferantur in ſcriptis in præſentia cancellarii communis Camerini, & tradantur eidem. Et quòd à condemnationibus, et ſententiis diffinitiuis prædictis poſſit appellari, et audiatur appellans, et ſaluo, quòd prima citatio fieri debeat in ſcriptis cum cedula continente in ſe nomen rei, et delictum. Et quòd ipſa cedula ipſi reo dimitti debeat, et quòd ſtatuatur terminus reo competenter ad de

ſenſionem

fenſionem faciendam, cui termino renunciari non poſſit. Quæ omnia, & ſingula ſtatuta in qualibet ſui parte valeant, & teneant non obſtantibus aliquibus ſtatutis, & conſtitutionibus communis, & populi Camerini, & ordinamentis, & reformationibus retrò factis, & non obſtante capitulo conſtitutionis poſito ſub rubrica de non tormentando aliquem ſine licẽtia. D. Iud. Appellat. & ſtatuto poſito ſub Rubrica, quòd officialis cuilibet faciat plenum ius, & ſtatuto, quòd nulla conſtitutio fiat contra populũ, & ſtatuto, quòd inuentor proſtimæ habeat. xl. ſol. den. & ſtatuto, quòd cum proponitur aliquid, quod tã geret portantem, vel capientem, & ſtatuto de rixa habita cum clerico, & ſtatuto, quòd omnes conſtitutiones, & ordinamenta facta occaſione proſtimæ reducantur ad prædicta ſtatuta, & ſtatuto, quòd non renouetur ſtatutum populi, donec renouabuntur ſtatuta communis, & ſtatuto de conſenſu non faciendo per ſyndicum, donec D. Graſcerii conſenſerint alicui propoſitæ contra formam ſtatutorum cõis, & populi. Quæ omnia, & ſingula capitula, & omnia alia capitula, & ordinamenta, ac reformationes, tàm cõis, quàm populi in quantum faciunt, quòd iſta ſtatuta, vel aliquod eorum, ſeu in aliquo denegatoria, ſeu interpretatoria ſint caſſa, vana, & irrita, ſuſpenſa, & nullius valoris: & iſta ſunt derogatoria omnibus capitulis, & conſtitutionibus tàm populi, quàm cõis: & pro ſtatutis cõis, & populi obſeruentur omnibus aliis capitulis, conſtitutionibus in quantum cõtra prædicta ſtatuta non faciunt in ſuo robore duratura loquentibus tàm ſuper proſtima quàm ſuper aliis.

Quòd nullus poſſit cum illis, qui non ſunt ſub iuriſdictione cõis, aliquod forũ frumenti, aut graſciæ facere. Rub. 34.

ITem ſtatuimus, & ordinamus ad hoc, vt in proſtima per illos, qui iuriſdictioni Camerini non ſunt ſubiecti, nõ poſſit fraus comitti, quòd nullus tàm ciuis, quàm forenſis, vel diſtrictualis poſſit, nec debeat accedere ad aliquod caſtrum, ſeu villam, nec ad ſuas pertinentias, quæ ſunt infrà diſtrictum ciuitatis Camerini, nec cum hominibus ipſorum aliquod forum frumenti, aut graſciæ cauſa reuendendi facere, niſi cauſa reuendendi in ciuitate Camerini pœna, & banno x. lib. den. pro quolibet, et vice qualibet. Cuius pœnæ duæ partes ſint cõis, alia accuſatoris, et teneatur ſecretus.

Quòd D. Graſcerii mittant exploratores ad terras vicinas. Rub. 35.

ITem ſtatuimus, et ordinamus quòd D. Graſcerii teneantur, et debeant vinculo iuramenti, ſicut ipſis viſum fuerit, et quandocunq; mittere exploratores expẽſis communis ad uicinales, ſeu propinquiores terras diſtrictus dictæ ciuitatis vndiq; explorando, ſciendo, et inquirendo, ſi aliquis de ciuitate, comitatu, vel diſtrictu granum, vel aliud ad officium graſceriatus pertinens extrahi prohibitum extrà territorium Camerini vendiderit, vel portauerit. Et qui inuẽtus fuerit vendere, uel retinere bladum, vel aliud ad dictũ officium pertinẽs, et extrahi extrà territorium prohibitum, puniatur per D. Graſcerios vt fractor proſtimæ, ſi hoc legitimè probatum fuerit, aliàs credatur ſacramento vnius vſq; in quantitatem xl. ſol. den.

Quòd, ſi ſtatuta proſtimæ eſſent contraria, ſeruentur ſtatuta, quæ ponunt maiorẽ pœnam. Rub. 36.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſi prædicta ſtatuta, et ordinamenta, vel aliquod ipſorum eſſent contraria aliis ſtatutis dudum factis ſuper proſtima, ſeruentur quæ ponunt maiorem pœnam, et ſunt fauorabilia pro communi ad vtilitatem cõis non derogãdo ſtatuto, quod loquitur, quòd graſcerii poſſint minuere pœnas conſiderata qualitate, et conditione perſonæ.

Quòd ducentes beſtias in ciuitate dimittant x. pro quolibet centenario. Rub. 37

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd ſiquis duceret in ciuitate, comitatu, vel diſtrictu Camerini aliquod genus beſtiarum forenſium, videlicet, caſtratorũ, porcorum, ſiue porcellorum: dummodò hoc non intelligatur in porcellis minoribus valoris quatuor librarum den. et porcas ſanatas dimittat pro quolibet centenario adminus x. dictarũ beſtiarum

ſtiarum. Et ab inde ſupra etiam infrà dimittat pro rata, et pro quolibet centenario, et all ter extrahere non poſſit extrà ciuitatem, comitatum, et diſtrictum Camerini etiam cũ licentia non obſtantibus aliquibus ſtatutis, ſiue ordinamentis loquentibus in prædictis in contrarium. contrafacientes verò in prædictis, vel aliquo prædictorum condemnent per D. Graſcerios, uel eorum officiales in xx. ſol. den. pro qualibet beſtia, et in amiſſione dictarum beſtiarum, ſiue beſtiæ. Et quilibet poſſit denunciare, et accuſare contrafacientes in prædictis, vel aliquo prædictorum, et habere debeat medietatem dictæ pœnæ, et beſtiarum.

De non extrahendo aliquam graſciam extrà diſtrictum Camerini ſine apodiſſa D. graſceriorum. Rub. 38.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd nullus de ciuitate Camerini, comitatu, vel diſtrictu, et aliũde fuerit debeat, et poſſit portare ſeu extrahere, ſeu portari, vel extrahi facere bladum alicuius generis, ſeu farinam, ſeu aliquam graſciam victualium. Liceat tamẽ vnicuiq; extrà diſtrictum portare, et portari facere carnes cottas, et crudas, vel lardum vſq; in quantitatem xv. lib. et duo paria pullorum, edum, tres cacchiatas panis, uel duas formas caſei ſine apodiſſa extrà confinia, quæ continentur in ordinamento loquente de facto proſtimæ. Et ſi extraheret, vel portaret, vel extrahi, ſeu portari fecerit: perdat, illud, quod portaret, vel extraheret. et quælibet perſona poſſit dictos tales extrahentes, portantes, extrahi, ſeu portari facientes apprehendere, et arreſtare, et capere impune id, quod portaret, et extraheret. et ſit capientium, et arreſtantium medietas, et alia medietas communis: dummodò quòd auferenda, et arreſtanda præſententur D. graſceriis vel ſuis officialibus per dictos capientes, et arreſtantes infrà tertiam diem, et aliter habere non debeant. Et ſi acciperent, et non præſentarent, ut dictum eſt, quòd habere non debeat, neq; poſſit. Et nihilòminus condemnetur accipiens, et non præſentans (vt ſupra præmittitur) in. x. lib. den. per D. graſcerios prædictos, et ad reſtitutionem rerum acceptarum omnium. quæ pœna applicetur dictis graſceriis, et executoribus.

Quòd non poſſit extrahi de dicta ciuitate, eius comitatu, et diſtrictu aliquod genus piſcium ſine licentia officialium. Rub. 39.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd nulli liceat extrahere, uel extrahi facere de dicta ciuitate, eius comitatu, et diſtrictu aliquod genus piſcium ſine licentia, vel cum licentia alicuius officialis dictæ ciuitatis Camerini. Et qui contrafecerit in prædictis, uel aliquo prædictorum, pro qualibet uice puniatur per D. graſcerios in. c. ſol. den. et perdat piſces. Quorum bannorũ, et pœnæ medietas ſit communis, et alia medietas accuſatoris. Hoc adiuncto prædictis, quòd ſi aliquod genus piſcium venirent extrà ciuitatem prædictam, uel eius diſtrictum ad ciuitatem prædictam, uel eius comitatum, et diſtrictũ poſſit liberè cum licentia, et bullecta Dñorũ Graſceriorum illud extrahi: dummodò dicti D. graſcerii de dictis piſcibus, et aliunde venientibus in dictam ciuitatem, et eius comitatũ et diſtrictum aliquid ſecundùm eorum arbitrium faciant detineri, ita quòd in totum minimè extrahatur, ad hoc ut in ciuitate copia de dictis piſcibus fertiliter habeatur. Et quòd tẽpore quadrageſimæ eligãtur ꝑ M. D. Priores unà cum credentia, ſeu conſilio minori unus bonus, et legalis homo pro quolibet terzerio ciuitatis præfatæ; qui debeant uidere quantum de dictis piſcibus debeat in dicta ciuitate remanere: Et tunc dictis bonis uiris poſitis non habeat locum bullecta graſceriorum. ¶ Addimus huic ordinamento, quòd nullus de ciuitate, comitatu, uel diſtrictu Camerini extrahat, ſeu extrahi faciat nec fauorem præſtet extrahenti, uel extrahi facienti piſces noſtrales extrà diſtrictum dictæ ciuitatis. Et ſi contrafecerit: pro quolibet, et qualibet uice in xl. ſol. den. condemnetur. Et ſi inuentus fuerit aliquis de ciuitate, comitatu, vel diſtrictu Camerini uendere piſces noſtrales extrà diſtrictũ ciuitatis Camerini: ſoluat pro banno xl. ſol. den. et de prædictis inuentionibus ſtetur dicto unius teſtis cum ſacramento.

Quòd nullus pizzicarolus poſſit emere carnes ſalitas, caſeum, uel oua ante horam

ram nonæ. Rub. 40.

ITẽ ſtatuimus, & ord. quòd nullus Pizzicarolus poſſit in die fori emere, vel emi facere carnes ſalitas, caſeum, oua, pullos, edos, ſeu caprittos, ſeu aliquam graſciam generis cuiuſcunq; ante nonam ad pœnam xxv. lib. den. de facto auferendorũ, tàm ementi, quàm emi facienti, applicañ. pro medietate communi Camerini, & pro altera medietate graſceriis, & officialibus.

De pœna encanauantium aliquam graſciam cauſa reuendendi. Rub. 41.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd nullus debeat encanauare, vel cauſa reuendendi emere in ciuitate Camerini, eiuſq; comitatu, & diſtrictu per ſe, vel aliũ aliquod genus bladi ad pœnam L. lib. den. ſibi de facto auferendorum. ſuper quo vnicuiq; ſit licitum accuſare, & denunciare & inquirere palàm, vel occultè: cuius dicto cum ſacramento de nouo præſtando cum probatione vnius teſtis de viſu, vel quatuor teſtium de fama plenè ſtetur, & pro probatione legitima habeatur. Et denuncians, accuſans vel inquirens habeat dimidiam dictæ pœnæ, & alteram habeant graſcerii, & executores.

De non dando licentiam alicui forenſi de portando aliquod genus graſciæ extrà diſtrictum Camerini. Rub. 42.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd nulla licentia poſſit dari exportandi, ſeu exportari faciendi extrà dictam ciuitatem, & eius diſtrictum aliquod de rebus in ſuperiori ſtatuto deſcripto. & infrà in proximis ſtatutis denotatis alicui forenſi. Et ſi data fuerit, non valeat, nec teneat ipſo iure. Et nihilòminus accipiens dictam licentiam contra dictam formam in. x. lib. den. condemnetur, & perdat ſomarium, res, & beſtias, quas deferret. quorum bannorum, & pœnæ medietas ſit communis alia denunciatoris. exceptis rebus permiſſis extrahi.

Quòd piſcatores piſcantes in lacubus caſtri Ploraci cõis Camerini nõ poſſint portare piſces extrà diſtrictum Camerini. Rub. 43.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd omnes piſcatores, & capientes piſces caſtri Ploraci piſcantes in lacubus dicti caſtri dicti communis non poſſint, nec debeanr portare, vel portari facere dictos piſces extrà diſtrictum Camerini, ſed tantùm ad ciuitatem ad vendẽdum in plateis, vel ad beccharias dictæ ciuitatis Camerini pęna. c. ſol. den. pro qualibet vice, & quolibet pondere. Et quòd D. Graſcerii, qui nunc ſunt, & pro tempore fuerint, teneantur, & debeant vinculo iuramenti, & pœna xxv. lib. den habere nomina piſcatorum omnium caſtri Ploraci, & eis præcipere obſeruantiam præſentis ſtatuti, & facere eis iurare obſeruare contenta in dicto ſtatuto infrà xv. dies eorum regiminis.

Quòd nullus debeat habere de aliquo, niſi de his, quæ fecerint venire in cõi. Rub. 44

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd D. Graſcerii, & quilibet alii officiales deputati ad dictum officium proſtimæ, ſeu alius captor, & denunciatot non poſſit habere aliquam partem niſi de his rebus, & pecunia, quæ in communi deuenerit, et deueniri fecerit. Et ſi dicti officiales cõtrafecerint, vel aliquis eorum contrafecerit recipiendo, vel accipiendo; condemnentur in duplum per arrationatores cõis quantitatis, quam acceperint, & ad reſtitutionem rerum acceptarũ vel eſtimationem ipſarum. Et quòd Cancellarius cõmunis, & alius deputatus, qui nũc eſt, et pro tempore fuerit, non debeat, nec poſſit dare, nec mittere ad exitum dicti communis. Et ſi contrafactum fuerit per ipſum; condemnetur in xxv. lib. den. per arrationatores ipſius, et ad reſtitutionem quantitatis datæ per camerarium, qui nunc eſt, & pro tempore fuerit.

Quòd D. Graſcerii teneantur inquirere in qualibet ebdomada contra ementes cauſa reuendendi. Rub. 45.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd D. Graſcerii, qui pro tempore fuerint, teneantur contra ementes cauſa teuendendi, ſeu encanauandi, vt in ſuperiori capitulo cõtinetur ſaltim qualibet ebdomada inquirere, vel inquiri facere. Et pro prædictis inquirendis in locis fori ciuitatis Camerini, & alijs, vt videbitur expedire ꝑ ciuitatẽ Camerini, eiuſq;

diſtrictum vnum ex eorum officialibus tranſmittere ad pœnam xxv.lib.den.

De declaratione omnium victualium, & generationis graſciæ, de qua eſt proſtima. Rub. 46.

STatuimus, & ordinamus, quia in aliquibus ex dictis ordinamentis, vel aliis ſtatutis pſtimæ veteribus, vel nouis fit mentio, quòd ſit proſtima de omnibus rebus comeſtibilibus, & de graſcia, volentes declarare prædicta dixerunt, & ordinauerunt, quòd ſub iſta generalitate contineantur tantùm iſta infraſcripta, videlicet granũ, & omne genus bladi, leguminis, & omne genus carnium, & oua, & caſeum. Hoc tamen prouiſo, quòd pro laboratoribus, & ſua familia infrà diſtrictum indigentes poſſint portare panes, carnes, & vinum ad ſufficientiam indigentium ſine apodiſſa alicuius officialis. Extrà diſtrictum verò nullus poſſit portare panem vltrà quatuor panes, quos etiam ſibi liceat extra here, et apportare ſine apodiſſa. Contrafacientes verò in prædictis, uel aliquo prædictorum in ea parte, in qua dictum eſt de panibus non portandis, puniantur pro quolibet pane in quinq; ſol.den.

De modo, et ordine tenendis per cribanarios, ſiue fornarios in coquendo panes, & de precio recipiendo. Rub. 47.

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd quælibet perſona, quæ retinuerit furnum in ciuitate Camerini, et burgis ipſius ciuitatis, teneatur, & debeat coquere cuilibet uolenti ad furnum ipſius bene, & diligenter ſuis lignis, et omnibus expenſis. Et non poſſit, nec debeat accipere, niſi bonenenos octo pro qualibet ſalma farinæ, et ſexdecim panes pro qualibet ſalma, et non ultrà. Et ſalma intelligatur octo quartarum panis. et quælibet quarta debeat aſcendere ad ſexdecim cacchiatas panis: et quælibet cacchiata contineat octo panes. Et ſi contrafecerit: ſoluat pro qualibet uice in.xx.ſol.den. et de prædictis ſtetur ſacramento accuſatoris, ſi ultrà acceperit, de dicto banno. Et ſi fornarius deguaſtaret panem in coquendo dictum panem nimis, uel parum, uel perderet de dicto pane: teneatur ad emendationem damni, et intereſſe, et ſtetur ſacramento damnum paſſi vſq; in quantitatẽ xl.ſol.den. ab inde ſupra probationi vnius teſtis fide digni, qui teſtificetur de dicto damno, et intereſſe. Et quòd Graſcerii infrà octo dies introitus eorum regiminis uocari faciant omnes fornarios ciuitatis, et burgorum Camerini: Et ab ipſis, et quolibet ipſorum fideiuſſores idoneos accipiãt, et etiam ſacramentum, quòd obſeruent præſens ſtatutum, et alia loquentia de dicta materia. Et ſi Graſcerii negligentes fuerint: condemnẽtur per arrationatores in xxv. lib.den. de ſuo ſalario retinẽdorũ per dictos arrationatores pro tempore exiſtentes tẽpore eorũ ſyndicatus. Et quòd quilibet fornarius teneat habere vnum trocchum, in quo habeat aquam bonam, et non fracedam ad pœnam x. ſol.den. pro quolibet.

De modo, et ordine tenendis in rebus, quæ conſiſtunt in pondere, numero, et menſuris. Rub. 48.

ITem ad hoc, vt res uenales, quæ conſiſtunt in pondere, numero, et menſuris per mercatores, artifices, et negociatores cujuslibet mercantiæ artis, uel alterius negociationis quarumlibet rerum uenalium çuiuſcunq; conditionis exiſtant in ciuitate Camerini, et eius comitatu, et diſtrictu æquo libramine, et iuſtis ponderibus uendantur impoſterùm. Statuimus, et ordinamus, quòd quilibet mercator, artifex, et negociator quarũlibet rerum uenalium cõis Camerini, et eius comitatus, et diſtrictus uendant, et emant, et quilibet eorum uendat, et emat. Et ſit, et eſſe debeat in futurum unum pondus uocatũ Marchum iuxtà commune vulgare: quòd Marchum ſit, et eſſe debeat duodecim librarum, et dimidiæ ſigillatum ſigillo ad arma communis Camerini adiuſtatum. Et eſſe, et manere debeat in Palatio M. D. Priorum ciuitatis Camerini in capſa eorum quinq; clauium. Et pro emendis, et vendendis pannis per mercatores, artifices, et negociatores cuiuslibet mercantiæ artis, vel alterius negociationis quarũlibet rerum venalium cuiuſcunq; conditionis exiſtant in ciuitate, comitatu, et diſtrictu Camerini per quaſcunq; pſonas

ſonas etiam forenſes,etiam ſi conſiſterent in drappis, vellutis,et cuiuſcunq; generis ſericorum,& bombacinorũ, etiam ſi eſſent aureati, et argentati, ſit et eſſe debeat pro dicto cõi vnus paſſus de ferro trium palmarum pro quolibet bracchio, exceptis pannis lineis, et pannis laneis baſſis, in quibus bracchium ſit quinq; palmarum communis Ciuitatis Camerini ſigillatus ſigillo, et ſigno ad arma communis Ciuitatis prædictę,et adiuſtatus. cuius quidem paſſus menſura apponatur, et ſignetur in logia plateæ. S. Angeli, vbi iura ciuilia pro communi Camerini redduntur,et in logia S.Mariæ Maioris de Camerino,et in traſanna S.Venantij. Et pro vendendis coppis, et mattonibus, ſeu lateribus ſit, et eſſe debeat modus, et forma ipſorum copporum, et mattonorum, ſeu laterum: et menſura modi, et formæ dictorum mattonorum, et copporum planellarum,et quadrellorum apponatur, et ſignetur in dictis traſannis, et qualibet ipſarum. Et ementes, ſeu vendentes acciam,linum,canapam,ſeu aliquam aliam rem venalem cum ſtateris paruis debeant vẽdere, et emere cum iuſtis,et æquis ſtateris paruis. Quæ ſtateræ paruæ æquipararẽtur,coæquentur, et correſpondeant æquo, et adiuſtato ponderi Marchi cõis prædicti. Et ſtateræ paruæ intelligantur, et intelligi debeant à LX.libris infrà. Et ſi eſſent aliæ ſtateræ excedẽtes numerum LX.lib. debeant adiuſtari, æquiparari,coæquari, et reſponderi facere ſtateræ cõis prædicti ſecundùm qualitatem dictę ſtateræ magnæ per Graſcerios,vel eorum officiales. Macellarii verò, ac becchari teneantur,& debeant habere eorum peſas,cum quibus vendant carnes,iuſtas,& ſigillatas ſigillo,ac ſigno ad arma communis Camerini. Quæ peſæ dictorum becchariorum,cum quibus vendant carnes prædictas, adiuſtentur, æquiparentur,& reſpondeant ponderi dicti marchi communis.Et ſi prædicti mercatores artifices,ſeu negociatores dictarum rerum venalium, & infraſcriptarum contrafecerint contra prædicta,vel infraſcripta, & quodlibet eorundem: impunes non tranſeant, imò debitis pœnis ſubdantur.Et quilibet mercator cuiuslibet mercantiæ, vel cuiuslibet alterius rei, ac mercimonii, quæ ponderantur ad trutinas, bilancias habere debeat in eius ſtatione, ſeu apothèca, ſeu in aliquo alio loco,vbi venderet,ſeu emeret dictas eius res venales, vel mercimoniam ad pondus Marchi adiuſtati, & æquiparati ad dictum pondus Marchi cõis cum ſigillo, ac ſigno cõis prædicti. Et ſi dicti Mercatores, vel aliquis eorum fuerit,vel fuerint inuentus, vel inuenti non habere dictum Marchum adiuſtatum dicto marcho cõis cum ſigillo cõis prædicti: puniantur pro quolibet,& vice qualibet in.c.ſol. den.per D.Graſcerios populi dictæ ciuitatis. Et ſi ipſi, & quilibet ipſorum venderent dictas res, & mercimoniam ad illud pondus adiuſtatum ad dictũ marchũ ccõis,nõ tamen ſigillatum cum ſigno ad arma communis prædicti: puniantur pro quolibet, & vice qualibet in xxv.lib.den. & in maiori quantitate arbitrio dictorum D. Graſceriorum conſiderata conditione perſonæ,& facti qualitate. Prædicti verò mercatores dictorum pannorum lineorum,& laneorum non habentes eorum paſſum de ferro adiuſtatũ ad paſſum dicti communis ſigillatum cum ſigno dicti communis puniantur pro quolibet, & qualibet vice in xl.ſol.den.Et ſi ipſi mercatores, & quilibet ipſorum venderent pannum, tàm lineum, quàm laneum ad alium paſſum non adiuſtatum, nec ſigillatum ſigno dicti communis,ſi fuerit pannus laneus in xxv.lib.den. Si lineis in medietate dictæ quantitatis puniantur,& puniri debeant per dños Graſcerios dictæ ciuitatis pro quolibet,& vice qualibet. Et in paſſibus tàm cõis,quàm etiam dictorum mercatorum de ferro ſit, & eſſe debeat ſignata medietas bracchii.Et mercatores,ſeu negociatores lini,canapæ,acciæ exilis vel groſſæ, ſeu alterius liniſterii, & quilibet ipſorum habeat, & habere debeat ſtateram lx. librarum, quæ reſpondeat dicto ponderi Marchi. Et ſi fuerint dictæ ſtaterę dictorum mercatorum,uel alicuius eorum maioris põderis dictarum.lx.lib. æquiparẽtur, & adiuſtentur, & adæquentur, et reſpondeant ſtateræ magnæ cõis prædicti, & ſigillatæ cum ſigillo Camerini ad arma cõis.Et ſi dicti mercatores dictorum lini,& canapæ contrafacerent in non habendo dictas eorum ſtateras adiuſtatas ad dictum marchum cõis, vel ad dictam ſtateram magnam, vt ſuperius eſt expreſſum: puniantur ipſi,& quilibet ipſorum

QQ pro

pro quolibet,& qualibet vice in.c.ſol.den.per D. graſcerios populi Ciuitatis iam dictæ. Et ſi venderent ipſi mercatores ipſum linum,canapam,acciã tàm exilem,quàm groſſam, vel aliam rem cuiuſcunq; generis,quæ venditur ad pondus ad aliam ſtateram non adiuſtatam ad dictum marchum cõis ſigillatũ ſigno dicti communis: puniantur per præfatos D. Graſcerios dictæ ciuitatis in x. lib. den. pro quolibet, & vice qualibet. Copparii,ſeu fornacciarij, ſeu facientes coppos,mattonos,ſeu lateres in comitatu, vel diſtrictu Camerini, et infrà diſtrictum quilibet habeat, et habere debeat modum, et formam tàm ipſorum copporum,quàm mattonorum,ſeu laterum,planellarum,et quadrellorũ: qui adiuſtentur,et coæquentur cũ modo,et forma daris per ipſum commune dictis coppariis,vel fornacciariis in faciendo dictos coppos,et mattonos,prout de dictis forma, er modo dictorum mattonorum, et copporum ſignatum eſt in dictis traſannis platearum S.Angeli S. Mariæ,et S. Venantii. Et dicti copparij, ſiue fornacciarii ſi non haberenr modum, et formam dictorum copporum,et mattonorum adiuſtatorum, et æquiparatorum modo, et formæ datæ ipſis coppariis,uel fornacciariis per ipſum commune prout ſignatum eſt in dictis traſannis, vt dictum eſt: puniantur ipſi,et quilibet ipſorum pro quolibet, et vice qualibet in x. lib. den. per D. Graſcerios ciuitaris Camerini. Et ſi dicti copparii, vel fornacciarii, vel aliquis eorum facerent, ſeu fieri facerent per ipſorum operarios,vel cõductos ad dictos coppos, vel mattonos faciendos: puniantur ipſi, et quilibet ipſorũ per dictos D.graſcerios pro quolibet,et vice qualibet in xx. ſol.den. Et quod in becchariis vt in præſenti ſtatuto continetur, idẽ intelligarur,et intelligi debeat in pizzicarolis, ſeu vendentibus carnes ſiccas,vel lardum ſiccum, ſeu recens, ſeu caſeum. Et ſi dicti macellarii, et pizzicaroli vendentes dictas carnes non haberent dictas eorũ peſas de ferro adiuſtatas dicto marcho communis cum ſigno cõis prædicti ſigillatas: puniantur ipſi, & quilibet ipſorum pro quolibet, & vice qualibet in xl.ſol. den. Vendentes autem ſal, & oleũ habeant,& habere debeant menſuras ſigillatas: quæ menſuræ ſalis adiuſtentur, & reſpõdeant quartarono olei dicti cõis, vt infrà proximè de quartarono olei eſt notarum pœna,& banno xx.ſol.den.pro qualibet menſura ſalis,vel olei. Et ſi ipſi vẽdentes ſal, & oleũ venderent ſal, & oleum ad alias menſuras nõ ſigillatas, & adiuſtatas vt ſupra dictum eſt: puniantur ipſi,& quilibet ipſorum pro quolibet in L.ſol.den. Et quia menſuræ olei propter morchã, & fundaritiam, quas facit oleum,decreſcunt,& minuuntur vt plurimum: quòd fiãt in communi Camerini pro dicto communi duæ mẽſuræ quartaroni de rame: Quorum duorum quartaronum de rame vnum ſit in Palatio M.D.Priorum,aliud penès officialem dicti ponderis communis prædicti. Et ſi contingeret eſſe aliquod dubium de diminutione menſurarum olei prædicti occaſione morchæ,vel alia cauſa legitima:quòd fiat adiuſtatio,æquiparatio, & diſcuſſio ad dictum quartaronum,quod eſt in dicto palatio, quia non tantum frequentatur,ſicut quartaronum, quod eſt penès officialem cõis ꝑ dicti. Tabernarii quoq; ciuitatis,comitatus, & diſtrictus Camerini habeãt, & habere debeãt menſuras,videlicet,petictum,medium,fogliettam,mediam fogliettam plumbatas, & adiuſtatas cum peticto de rame cõis prædicti,& ſigillato ſigno cõis prædicti pœna, & banno xx.ſol.den.pro quolibet, & qualibet menſura. Et ſi venderent vinum ad alias mẽſuras non adiuſtatas, & non ſigillatas ſigno communis prædicti: puniantur ipſi, & quilibet ipſorum pro quolibet,& vice qualibet,& qualibet menſura non adiuſtata dicto peticto cõis, vt dictum eſt cum ſigno cõis in c. ſol.den. per mag.D.Graſcerios populi dictæ ciuitatis,ſtatutis,& ordinamentis loquentibus de tabernariis in ſuo ſtatu duraturis: & præſenti particulæ,& ſtatutis, & ordinamentis prædictis tangentibus dictos tabernarios nõ poſſit, nec debeat in aliquo derogari. Vendentes autem granum, vel fabam,ordeũ, ſpeltam,panicum,vel aliquod aliud bladum,vel legumẽ,uel glandes, vel entremappam, ſiue ſimulam,& omne aliud,quod venditur ad menſuram,ſeu annonam, vendant,et vendere debeant ad menſuras ſigillatas ſigno communis prædicti, et adiuſtatas,et coæquatas cuppæ lapideæ cõis Camerini, quæ eſt affixa, ſeu poſita in contrata Raſenghæ, vbi

extitit

extitit,& eſt ſorũ bladorũ pro cõi prædicto. Cuppa verò ſit, et eſſe debeat duarũ quartarum ad cuppam lapideam prædictam cõis prædicti. Et ſalma quatuor cupparum ad cuppam prædictam. Et blada, quæ ſunt conſueta vendi ad menſuram adculmatam, ad culmum vendantur, vt hactenus extitit conſuetum vendi in ciuitate, comitatu, & diſtrictu Camerini, videlicet, ſpelta, linum, mocum, miglium, vecciam, & canauuccium, et omne aliud genus leguminum. Ordeum verò, et faba ad medium culmum vendi conſueta, vt hactenus extitit conſuetum, vendi debeant, et uendantur. Et ſi ſupradicti vendentes, vel aliquis ipſorum venderent dicta blada ad alias menſuras non ſigillatas, nec adiuſtatas ad dictam cuppam cõis Camerini: puniantur ipſi vendentes, et quilibet ipſorum in xl. ſol. den. pro qualibet menſura dicti bladi, et vice qualibet per D. Graſcerios populi dictæ ciuitatis, et in maiori quantitate arbitrio dictorum D. graſceriorum, conſiderata qualitate dictorum bladorum, et cuiuslibet qualitatis eorũdem. Salma verò vini tàm veteris, quàm noui ſit, et eſſe debeat xl. petictorum de rame cõis prædicti, et ſit, et eſſe debeat ponderis ſex librarum pro quolibet policto: ad quod petictum de rame communis prædicti dicta ſalma debeat adiuſtari, et ſigillari ſigno communis prædicti. Et uendẽtes dictum uinum dum uendunt ad ſalmam uendere ad dictam ſalmam xl. petictorum. Pro trutinandis uerò, et ponderandis ducatis, et ſcutis, ut homines trutini, et ponderis non iuſtorum ſcutorum, et ducatorum aureorum non ualeant decipi, et defraudari in ipſis ſcutis, et ducatis aureis, et mediis ſcutis aureis. Volumus, quòd in ipſa ciuitate Camerini ſit, et eſſe debeat vnum pondus ſcutorum, et ducatorum ad pondus S.R. Eccleſiæ, ad quod pondus ſcuta, et ducati, qui, et quæ expenduntur, ponderari debeant, et nõ ad alia pondera alterius ciuitatis. Et ut æqualiter, et iuſtè dicta pondera procedant, quòd ſemper quolibet anno per D. graſcerios ciuitatis Camerini de menſe Ianuarii eligantur, et eligi debeat unus bonus, et legalis, et expertus mercator dictæ ciuitatis ad ponderandũ ſcuta, et ducatos ad dicta pondera adiuſtata, et ſigillata ſigno dicti communis. Qui mercator poſitus, et electus duret per annum, et habeat, et habere debeat à cõi Camerini. x. lib. den. in anno pro ſuo ſalario. Et quòd camerarius dicti communis, et alius deputatus à cõi, qui pro tempore erit, de quolibet introitu pecuniæ communis teneatur, et debeat ſoluere ipſi mercatori ipſas. x. libras pœna ipſi camerario x. lib. ſi non ſoluerit ipſi mercatori prædicto quantitatem prædictam. et ſi negligens fuerit in non ſoluendo: ipſe camerarius ad petitionem ipſius mercatoris per arrationatores ipſius Camerarii tempore ſui ſyndicatus debeat condemnari: et ipſa ſolutio fieri debeat ipſarum x. lib. ipſi mercatori in fine anni, et non aliter. Et ſi dictus mercatot ſcuta, uel ducatos ad alia pondera ponderaret, ac trutinaret: puniatur per D. graſcerios populi ciuitatis Camerini pro qualibet uice in. c. ſol. den. Et ſi ſupradicti mercatores, artifices, negociatores, copparii, ſiue fornacciarii, macellarii, et tabernarii, & mercator poſitus ad ponderandum ſcuta, & ducatos per dictum commune, & omnes alii ſupradicti committerent aliquam falſitatem, dolum, & fraudẽ patenter, & euidenter: puniantur ipſi per D. graſcerios populi ſecundùm formam ſtatutorum loquentiũ, Quòd artifices non committant aliquam falſitatem in ipſorum artibus. Et dñi graſcerii populi, qui nunc ſunt, & pro tempore fuerint, teneãtur ſemel in menſe inquirere, & inquiſitionem facere de prædictis, & quolibet prædictorum & repertos culpabiles punire, & condemnare modo, & forma prædictis prout in præſenti capitulo continetur. Et nihilòminus ijdem dñi Graſcerii ſemel in ebdomada per ſuos officiales contra delinquentes, & contrafacientes contra prædicta contenta in præſenti ſtatuto per ciuitatem Camerini tantum, & per comitatum, & diſtrictum ſemel in menſe teneãtur ſolenniter, & debeant facere perſcrutari ſub pœna præſtiti iuramenti, & pęna, & banno xxv. lib. den. ſi fuetint negligentes dicti D. Graſcerii facete inquiſitionem prædictam, & fieri facere dictam perſcrutationem vt ſuperius continetur: in qua pœna xxv. lib. den. per Ratiocinatores dictorum D. Graſceriorum, qui pro tempore fuetint, ipſos D. graſcerios debeant condemnare, ſi ijdem D. Graſcerii negligentes extiterint ad prædicta.

 dicta.

dicta.& præſens ſtatutum prædicti graſcerii in principio eorum officii teneantur, & debeant facere præconizzare in locis publicis, & conſuetis ciuitatis Camerini. Et prædicti D. graſcerii, qui nunc ſunt, & pro tempore fuerint, in prædictis caſibus, & quolibet pręmiſſorum poſſint ſummariè, et de plano procedere ſine ſtrepitu, & figura iudicii omnibus iuris, & ſolẽnitatibus prætermiſſis: et repertos culpabiles condemnare: dummodò conſtet legitima probatione duorum teſtium, vel ſaltem vnius teſtis fidedigni cum publica fama, de quibus probationibus appareat liquidò in actis præfatorum D. graſceriorum: legibus, et ſtatutis in contrarium loquentibus non obſtantibus in aliquo. Quæ quidem duo pondera ſcutorum, et ducatorum debeant eſſe perpetuò in Palatio M. D. Priorum: et ad illa duo: pondera ciuitatis, comitatus, et diſtrictus debeant adiuſtari. Et ſi aliquis eſſet poſitus ad ſigillandum, et adiuſtandum dicta pondera, menſuras, et bilancias, prout ſuperius eſt expreſſum, inueniretur ſigillaſſe aliquod pondus non iuſtum, ſeu menſurã nõ iuſtã: pro quolibet, et vice qualibet in x.lib.den.condẽnet. Addentes, quòd nullus poſſit aliquo modo vti barilibus, ſiue cadis in emptionibus, et venditionibꝰ et in vecturis vini &c. niſi fuerint ſignati ſigillo cõis Camerini per officialẽ deputatũ cũ numero capacitatis, et tenutæ ipſorũ cadorũ in eis deſcripto, vel appoſito. Et ꝙ dictus officialis ſigillans, vel adiuſtans debeat, et poſſit recipere tm̃ pro ſua mercede, et labore illud, quod fuit declaratũ per M. D. Priores, Credentiam, et D. Graſcerios, et nõ plus. Et idẽ intelligaẽ ſtatutũ in oĩbus mẽſuris, quibꝰ fructꝰ q̃libet, et legumina vẽderẽt in ciuitate et extrà.

Quòd Pizzicaroli, et Pizzicarolæ teneantur ſtare in certo loco plateæ. Rub. 49

ITem ſtatuimus, et ordinamus, quòd Pizzicaroli ſeu Pizzicarolæ teneantur ſtare, et ſedere in dicta platea ad vendendum poma, folia, et res ipſorum in Platea S. Mariæ maioris de Camerino, et tenere banchas ipſorum in actu plurium, et plurium acierum habendo reſpectum in longitudine bancharum verſus dictam eccleſiam. Et inter quamlibet aciem dictarum bancharum ſit, et eſſe debeat iter ſex pedum ad minus: quod iter impediri non poſſit per aliquem prædictorum. Et qui, vel quæ contrafecerit, incurrat pœnã pro quolibet, et qualibet vice x.ſol.den. Saluo quòd in die ſabbati poſſint ſedere in dicta platea vbicunq; volunt. Et quòd dicti Pizzicaroli, et pizzicarolæ non poſſint, nec debeãt retinere, vel habere in dicta platea aliquem puerum, vel puellam minorem trium annorum, nec aliquem porcum, vel porcam, nec roccham ad filandum, nec aliquã turpitudinẽ, vel incamorimẽ ad pœnã quinq; ſol.den. pro qualibet uice, et quolibet cõtrafaciẽte.

De modo, et ordine menſurandi calcẽ, et arenam. Rub. 50.

STatuimus, et ordinamus ad tollendum omnia dubia, quæ exoriri poſſent inter vendẽtes, uel vendere uolentes, et ementes calcem, uel arenam, quòd centenarium calcis ſit, et eſſe debeat quatraginta ſalmarum: et quælibet ſalma debeat eſſe duarum cupparum ad menſuram communis Camerini ad culmum, et in preta. Et centenarium arenæ debeat eſſe centum cupparum ad dictam menſuram cõis, et ad culmum. Et quòd quilibet vendens (ſi emptor voluerit) teneatur menſurare dictam calcem, et arenam. Et ſi dictam arenam portauerit in ſacculis, vel ſaccutis: teneatur, et obligatus ſit illas facere iuſtas, et ſigillatas ſigillo cõis ſub pœna cuilibet in præmiſſis, et quolibet præmiſſorum. x.lib.den. pro quolibet contrafaciente, et vice qualibet, de facto auferenda, et applicanda pro medietate fabricæ cõis, et pro alia medietate officiali effectualiter exequenti.

De moletura, ſeu mercede molendinarii. Rub. 51.

ITẽ ord. quòd molendinarius molendinorũ ſtatus Camerini, qui eorũ ꝓpriis beſtiis frumentũ põderatũ defert ad molẽdũ, habeat pro moletura cuiuslibet cẽtenarii frumenti libras Sex ꝓ quolibet cẽtenario, et nõ vltrà: cõputata in dictis ſex libris ſfiutatura dicti frumenti, q̃ fit in molẽdo. De aliis verò frumẽtis, q̃ portanẽ ad molẽdina ꝑ proprios dños à molẽdũ, ſi dñs frumẽti erit ciuis, molẽdinarius accipiat vnũ cuppũ ad raſum tm̃ ꝓ qualibet ſalma. Si verò erit ruſticus, et nõ ciuis: habere debeat dictus molẽdinarius duos cuppos ad raſum ꝓ vt hodie ſolitum eſt, ſub pœna in ordinamẽtis, et decretis cõtenta.

Explicit liber Sextus.

De officio D. Iudicis appellationum ciuitatis Camerini, et de pertinentibus ad eius officium. Rub. 1.

STatuimus,et ordinamus,quòd ſit,et eſſe debeat vnus Iudex cauſarum Appellationum Populi Ciuitatis Camerini : Qui audiat , & cognoſcat in qualibet ſumma omnes ſententiarum appellationes, condemnationes ciuiles,& criminales de ciuitate, comitatu, & diſtrictu Camerini:nec aliquis alius officialis,ſiue Auditor impedire,nec ſe intromittere in dicto eius officio audeat , vel præſumat ſub pœna. c. Florenorum ad rationem xl.bon.pro quolibet Floreno pro quolibet cõtrafaciente, & qualibet vice applicañ.communi Camerini : & ab eis , & quolibet eorum auferen̄.per arrationatores cõmunis tempore eorum ſyndicatus.Et nihilòminus ſi aliter fieret: proceſſus,& ſententia,& omnia acta ſint ipſo iure nulla,et nullam obtineant roboris firmitatem. et ab omni grauamine , quod fieret per Poteſtatem ſeu per quemcunq; alium Iudicem ciuitatis,comitatus,& diſtrictus Camerini in criminalibus præter formã ſtatutorum,vel vltrá,uel citrà infrà.x.dies à die illati grauaminis liceat appellare ad eũ: et ipſas appellationes cognoſcere,& decidere poſſit ipſe appellationum Iudex tantùm. Et ſi Poteſtas , vel alius Iudex contradiceret : in c.lib.den.pro quolibet , & qualibet vice cõi Camerini condemnetur,& puniatur . Et baiuli cõis Camerini teneantur eidem Iudici obedire, quemadmodum Poteſtati.Et teneantur Poteſtas, & quilibet alius iudex appellationes,& proteſtationes,& iura,quæ fierent,et prodncerentur reſpectiue , diligẽter audire, et admittere, ſicut de iure fuerint admittẽdæ : dummodò ipſæ proteſtationes fiãt quatuor diebus, antequàm condemnatio fiat. Et ſi contrafecerit : Iudex appellationum condemnatum abſoluat.Et ſi cauſa fuerit criminalis : Iudex appellationum terminet infrà xv.dies , Saluis appellationibus hominum de S . Anatholia, Serræ filiorum Petroni, Sephræ,Dignani,Præcaneſtri, Ilicis, Rocchettæ,Campirotundi,et Podii , quas debeat terminare infrà viginti dies continuos à die introductæ appellationis,niſi ſteterit per abſentiam, vel impedimentum Iudicis de appellationibus cognoſcentis,uel per uacationẽ ipſius Iudicis:et grauatos,uel condẽnatos proſequentes appellationes cum appellatione in ſcriptis,et ſine audiat in cauſis maleficiorũ,ſiue appellationem interpoſuerit,ſiue non: dummodò petitionem in ſcriptis offerat coràm ipſo Iudice de grauamine cognoſcente: nec debeat fieri litis conteſtatio,nec iuramẽtum præſtari coràm ipſo. Ciuiles autem appellationes, etiam ab interlocutoriis habẽtibus vim diffinitiuæ ad eundem Iudicem delatas,terminare teneat̃ infrà xxx.dies utiles,niſi ſteterit per impedimentũ Iudicis,aut de partium uoluntate. In appellationibus uerò factis,et fiendis à ſentẽtia lata ſuper executione inſtrumentorum ſeruetur ſtatutum ſupra poſitum ſub Rub. 14. lib.Secundo . Et ſi per dictum Iudicem aliquis grauatus fuerit in ciuili cauſa: liceat aggrauato appellare ad Superiorẽ regentem dictæ ciuitatis,qui nõ cognouerit.Et idem intrà dicta tempora (vt ſuperius dictum eſt) terminet,et decidat: præterquàm ſi appellans prædictns eſſet de dictis locis S. Anatholiæ, Serræ,Sephræ,Dignani, Præcaneſtri, Ilicis,Rocchettæ,Campirotundi,vel Podii, qui teneantur appellare ab ipſo Iudice appellationum ad Magnificũ D. Poteſtatem ſecundùm formam ſtatutorum præcedentium . Et idem Poteſtas ſimiliter teneatur expedire dictas appellationes infrà dicta tempora. Aliòquin ſi cauſæ huiuſmodi appellationum non fuerint deciſæ , & infrà dicta tempora terminatæ : ſententia firma remaneat, et cauſa appellationis intelligatur omnino deſerta Iudici , et parti elapſis dictis fatalibus . Addentes,quòd dicti Iudices appellationum in qualibet inſtãtia teneãtur,et debeant dare,et præfigete terminum ad iuſtificandum,et impugnandum, et recipere teſtes, probationes, et iura noua,quæ de iure venirent admittenda non obſtãtibus

conſtitutionibus loquentibus, quòd ex eiſdem actis debeat iudicari in tertia inſtantia, et ſtatutis in contrarium loquentibus. Et dictus D. Iudex teneatur facere continuam reſidẽtiam in ciuitate Camerini: dummodò nõ reſideat penès M. D. Prætorem, et eius curiam ciuitatis Camerini. Cuius officium duret per ſex menſes tantùm: et in principio ſui officii iuret obſeruare, et obſeruari facere ſtatuta, decreta, ordinamenta, reformationes, et alios ordines ciuitatis, et communis in manibus Cancellarij dicti communis coràm Magnificis D. Prioribus dictæ ciuitatis. Et appellationes faciendæ coràm Iudice Poteſtatis valeant, ac ſi factæ eſſent coràm dicto D. Poteſtate. Et ſuper omnibus prædictis teneatur Iudex pronunciare, et diffinire ſine aſſeſſore aliquo. Et Poteſtas, et ſui officiales nullo mõ poſſint condemnare contra formam ſtatutorum. Et ſi contrafecerit: Iudex appellationum illum aggrauatum ſuper aliquo maleficio, vel proceſſu contra formam ſtatutorum abſoluere teneatur. Quod ſi non fecerit: condemnetur de ſuo ſalario pro qualibet vice in xxv. lib. den. & aliter ipſum condemnatum, vel aggrauatum quemlibet contra dictam formam indemnem conſeruare teneatur. ¶ Addimus huic ſtatuto, quòd ſi aliquis, vel aliqua, qui, vel quæ fuerit accuſatus, vel denunciatus, ſeu ille, contra quem inquireretur de aliquo maleficio, vellet aliquam proteſtationem facere in ſui fauorem coràm Poteſtate, vel Iudice maleficiorum, vel notario Poteſtatis, ſeu coràm Iudice appellationum, debeat ipſam in ſcriptis, & palàm facere, & aſſignare: in quo inſtumẽto proteſtationis, & appellationis ſint tres teſtes, & ſint ante condemnatiouem, aliòquin non valeat, nec teneat, capitulo aliquo non obſtante.

Quòd non recipiatur appellatio contumacis in cauſa criminali, niſi talis appellans dederit idoneos fideiuſſores de condemnatione ſoluenda. Rub. 2.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd Poteſtas, & Iudex appellationum, & eorum officiales non poſſint, nec debeant appellationes alicuius contumacis in cauſa criminali recipere, nec admittere, niſi talis appellans dederit fideiuſſores idoneos de ſoluendo condemnationem cum effectu, ſi contigerit condemnationem de ipſo factã confirmari. Et ſi non eſſet facta condemnatio: ſatisdet idoneè de ſoluendo condemnationem, ſiqua fieret de eo. Et ſi aliter, quàm ſupradictum eſt, dicta appellatio fuerit recepta, & de ipſa cognitum, & pronũciatũ: talis receptio, proceſſus, & ſententia non valeat, & ſit nullius valoris.

De modo, & ordine tenendis in electione ſyndicatorum, notariorum, & conſultoris in ſyndicatu officialium cõis Camerini. Rub. 3.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quòd per octo dies ante finem officii cuiuslibet officialis, qui tenetur ſtare ad ſyndicatum ſecundùm formam ſtatutorũ, & vigore breuis cõis Camerini, eligantur, & eligi debeant per M. D. Priores, & conſilium credentiæ dictæ ciuitatis ſex ciues, videlicet duo pro quolibet terzerio, & vnus Notarius, & vnus Conſultor, qui debeat eſſe doctor de Collegio, cum quo dicti ſyndicatores poſſint, teneantur, et debeant ſe conſultare, & eundem conſulere, & ſententiam ferre, & promulgare iuxtà cõſiliũ dicti D. Conſultoris, facta prius depoſitione ſportularum quatuor Florenorum ſoluendorum per ipſum D. officialem ſyndicari debentem, & diſtribuendorum in hũc modum, & formam, videlicet viginti bononeni pro quolibet ciue ſyndicatore, Pro conſultore quinq; carleni, & decem bonoñ. pro notario pro mercede, et labore ipſorũ. Et facta electione dictorũ ſyndicatorum, vt ſupra, teneãtur ipſi ſyndicatores mittere literas notificatorias, ſiue citatorias quibuslibet caſtris, villis, ſyndicatibus, et Parocchiis (ſumptibꝰ tamen, et expenſis ipſorum officialium) quòd compareant, et comparere debeant infrà terminum trium dierum poſt finitum officium ſyndicari debentis ad porrigendũ, et dandum querelas, et petitiones contra dictũ officialẽ, ſi voluerint: & quòd dicto termino elapſo amplius non audientur. Qui ſyndicatores ſic electi teneantur, & debeant qualibet dictarum trium dierum reſidere de mane, & ſero hora xx. per vnam horam in logia, plateæ S. Angeli, vbi iura redduntur, ad hoc vt poſſint recipere à porrigentibus, & porrigere volentibus querelas, & petitiones. Et ſimiliter dictus Notarius dicto tempore teneatur

neatur ipſe reſidere,& recipere petitiones,querelas,teſtes,& alia iura,& ipſas ſcribere ꝑ vt ſolet,& debet.

De ſyndicatu Poteſtatis,Iudicis appellationis, Auditorum, Baroncelli & quorũcũq; ſuorũ & aliorũ officialiũ cõis Camerini ad ſyndicatũ ſtare debẽtiũ. Rub.4.

ITem ſtatuimus,& ordinamus,quòd finito officio Poteſtas Iudex appellationum, Auditores Barõcelli,& eius berruarij & alij quilibet,& ſinguli Iudices, et officiales cõis Camerini,qui tenentur ſtare ad ſyndicatum ſecundùm formam ſtatuti,et tenorem,et continentiam infraſcripti Breuis inferius regiſtrandi,teneantur,et debeant,et quilibet eorũ debeat continuò, et perſonaliter ſtare ad ſyndicatum in dicta ciuitate in loco deputato coràm ſyndicatoribus deputatis,ſiue deputandis,et de ipſa ciuitate nunquàm diſcedere cum omnibus ſuis iudicibus,et officialibus familiaribus pro ſe, et dictis Iudicib⁹, et famiiliaribus, et famulis tàm cõi dictæ ciuitatis, quàm ſpecialibus perſonis coràm ſyndicatoribus prædictis per dictos M.D.Priores deputandis,vt ſupra in præcedenti capitulo,tribus diebus continuis computandis à die reſponſionis generali inquiſitioni per ſtantẽ ad ſyndicatum. Quo tempore reſponſionis generalis inquiſitionis teneatur, et debeat ipſe ſyndicãdus dare, et præſtare idoneos fideiuſſores in forma depoſiti in ſolidum ſe obligãdo de ſtando iuri,et iudicatum ſoluendo,et de non diſcedendo de ciuitate durante tempore ſyndicatus donec fuerit abſolutus,vel condemnatus.Et ſi infrà dictos tres dies ipſis vel alicui ipſorum daretur aliqua petitio,vel libellus, ſuper qua,vel quo fieret litis conteſtatio: quæ fieri debeat prima die poſt dictos tres dies, et dicta litis conteſtatione facta, tunc detur terminus trium dierum proximè futurorum poſt lapſum dictorum quatuor dierum vtriq; parti ad probandum incumbentia, et deducendum quicquid volunt, et poſſunt. Qui terminus intelligatur datus abſq; ſyndicatorum miniſterio. Quo termino elapſo ſtatuatur terminus dicto officiali,et parti duorum dierum ad opponendum cõtra teſtes,et alia iura producta hincinde. Si verò infrà dictos primos tres dies non daretur aliqua petitio,vel ſi daretur,& retractaretur quandocunq; ante ſententiam: quarta die debeat abſolui. Quibus petitionibus datis infrà ſupradictos tres dies, ſi dicti officiales neglexerint,vel recuſauerint reſpondere dicta quarta die dictæ petitiones habeãtur ꝑ confeſſatis.Et tunc die immediate ſequenti poſt quartum diem debeant ipſos condẽnare. Si verò lis fuerit conteſtata,tunc duodecima die ſui ſyndicatus abſoluantur,vel condemnentur prout iuris fuerit per ipſos ſyndicatores cum conſilio cõſultoris pœna L. lib. den.pro quolibet dictorum ſyndicatorum cõi Camerini applicãda. Et ſi Notarius eorũ condemnationem,& abſolutionem reſpectiue non ſcripſerit: in dicta pœna ſimiliter debeat condemnari. Producens verò petitionem,& non probans poſt litem conteſtatam, cõdemnari debeat,& de facto ſoluere compellatur per eoſdem ſyndicatores xx.ſol.den. cõi Camerini,& in expenſis legitimis arbitrio ſyndicatorum condemnetur. Et caſu quo aliquis officialis cõis refirmari contigerit: Volumus, quod ſyndicari non poſſit,niſi finito toto officio refirmæ. Volumus etiam, quòd quilibet Poteſtas, Iudex appellationum, & quilibet alius officialis teneatur,& debeat in fine ſui officii reaſſignare bene, & legaliter,& ſine fraude omnes libros cũ cooperculis chartarum pecudinarum,in quibus libris ſint depicta arma dictorum officialium cum ſuis inſilzis, & oĩa alia acta, & ſcripturas, & proceſſus tàm ciuiles,quàm criminales accuſationum,denunciationum, & inquiſitionũ omnium factos geſtos, & factas,& geſtas,& pendentes de negociis dicti cõis tẽpore eorũ & cuiuſq; ipſorum officii quàm factos, habitos, vel initiatos,& pendentes etiam tempore ſui præceſſoris. Quos libros,acta,& ſcripturas teneãtur dicti iudices,& officiales reaſſignare, & producere in manibus notarii dictorum ſyndicatorum eadem die reſponſionis faciendæ generali inquiſitioni.& Baroncellus,& eius executores, & berruarii teneãt reaſſignare,& reſtituere ſimiliter dicto notario omnes licentias,mandata executiua,brachia ſecularia,& omnes alias ſcripturas ad eius manus quomodolibet peruentas. Volumus tamen, quòd ab ipſis condemnationibus, & ſententiis datis, & dandis, vel ferendis

per dictos ſyndicatores non poſſit, nec valeat modo aliquo, ſeu alio quæſito colore appellari, recurri, recurſum haberi, prouocari, reclamari; de nullitate dici, vel ſupplicari ad aliquem ſuperiorem. Et ſi ſecus fieri contigerit: appellatio, recurſus, prouocatio, reclamatio, vel ſupplicatio ſit nullius valoris, & nullam obtineat roboris firmitatem, et perinde habeatur, ac ſi facta non eſſet. Et nihilòminus ſententia lata per dictos ſyndicatores poſſit, & valeat, ac debeat executioni mandari per Poteſtatem, vel Iudicem appellationum ſiue alium quẽcunq; iudicem cõis Camerini, coràm quo executio dictæ ſententiæ peteretur, tàm contra dictum officialem ſyndicatum, quàm contra eius fideiuſſores etiam inſolidum, & in forma depoſiti obligatos quẽadmodum non fuiſſet recurſum, appellatũ ſiue de nullitate dictum, vel ſupplicatum. Volumus etiam, quòd durante tempore eorũ officii dicti officiales, vel aliquis ipſorum ſyndicari nõ poſſit quoquomodo. Et quòd durante tempore eorum ſyndicatus omni prorſus careãt iuriſdictione, & ſalario. ¶ Addentes, quòd pro dictis officialibus, & ad ſyndicatum ſtare debentibus non poſſint recipi in fideiuſſores, neq; aliquo modo obligari Doctores, Capitanei artis militaris, Procuratores, & Notarii. Et ſi reciperentur: dicta obligatio etiam iurata præſumatur doloſa, fictitia, & ſimulata, & nullius ſit valoris. Et nihilòminus ſiquis dictorum pro dicta cauſa ſe obligaret: incurrat pœnam c. lib. den. pro quolibet, & qualibet vice, ab eis, & quolibet ipſorum contrafaciente per M. D. Priores auferendarũ ſub iam dicta pœna cuilibet eorũ non exequenti, et officiales non intelligantur ſyndicati non ſeruata forma prædicta. Et ſyndicus cõis pro executione dictæ pœnę inſtare debeat ſub pœna priuationis ſui officii.

Pœnæ pucuniariæ quomodo intelligantur. Rub. 5.

Pœnas quaſcunq; pecuniarias impoſitas per ſtatuta quæcũq;, Declaramus, videlicet Libram den. eſſe, & intelligi debere Bonenenorum decẽ, & quemlibet Florenũ Quaraginta boñ. & bonenenum ſex quatrantium, et quatrantem quatuor denariorum paruorum · et Scuta ſimpliciter prolata duorum Florenorum, videlicet, octuaginta bonoñ. et ſolidos deñ. intelligi debete trium quatrantium. Et ad quãcunq; dictarum monetarũ reperiatur pœna impoſita, vel ſolutio aliqua ordinata, eiuſdem valoris intelligaẽ provt in præſenti ſtatuto fuit declaratum.

De arbitrio Iudicis officii cuſtoriarum cõis ciuitatis Camerini. Rub. 6.

CVm iuriſdictio cognitionis canſarum ſit magni momẽti, eo maximè cum Iudices in cognoſcendo cauſas excedentes modum, et ordinem cognoſcẽdi, et ſummam denariorum, et rerum, ſuam iuriſdictionem excedentem, multæ cauſæ, et ſententiæ, ſiue licẽtiæ conceſſæ per dñm Iudicem cuſtodiarum ciuitatis Camerini retractantur, et annullantur: et nullæ per Iudicem Appellationum communis dictæ ciuitatis, et inualidæ declarantur cum magno diſpendio partium litigantium. Iccircò volentes tali morbo debitã adhibere medelam, hoc præſenti ſtatuto ſtatuimus, et ordinamus, quòd Iudex Cuſtodiarum ciuitatis Camerini pro tempore habeat iuriſdictionem, et cognitionem cauſarum coràm eo vertentium vſq; ad ſummam. X. Florenorum ad rationem XL. boñ. pro qnolibet floreno, vel de re, et aliis bonis valoris vſq; ad dictam ſummam decem florenorum, et non vltrá excedẽtem, niſi aliter ſibi per reſcripta Superiorum commiſſum fuerit. Et in procedendo in ipſis cauſis ſeruare debeat infraſcriptum modum, et ordinem, videlicet, quòd quis, ſiue qui faciendo aliquem citari coràm eo, et ad eius officium, debeat notarius dicti Iudicis ſcribere, et annotare in ſuo libro dictam citationem cum pititione facta, ſiue facienda per actorem reo connento. Et ſi pars aduerſa, vel reus, ſiue rei comparuerint, et copiam dictæ petitionis petierint: dictus Iudex decernere, et concedere debeat cum termino vnius diei ad opponendum, niſi comparendo confeſſi fuerint, vel negauerint, quo caſu dictum terminum amplius dare non debeat. Quo termino elapſo detur terminus vtriq; parti arbitrio dicti iudicis ad probandum eorum incũbentia. qui terminus prorogari poſſit ex aliqua iuſta cauſa dictum iudicem mouente ſimiliter ad eius arbitrium: dummodò prorogatio non excedat primum terminum: in quo termino, ſi

partes

partes voluerint producere aliqua inſtrumenta, teſtamenta, codicillos, ſiue alias ſcripturas, admittere teneatur. Et ſi induxerint, et præſentauerint aliquos teſtes: illos iurare, et examinare debeat eadem die inductionis, et præſentationis, præfixo termino parti aduerſæ vnius horæ ad faciendum, et producendũ interrogatoria, ſi ea facere, & producere voluerint. Quo termino elapſo, et teſtibus examinatis ad inſtantiam partis petentis publicentur teſtes, et proceſſus cum termino aſſignando arbitrio dicti Iudicis ad accipiẽ dum copiam productorum, et teſtium, et opponendum contra. Qui iudex debeat habere, et conſiderare quot teſtes ſint, et quæ alia iura, et infrà quantum tempus poſſit cõtra ea, et eos opponere, et excipere. Et dicto proceſſu publicato, et dicto termino ad opponendum, et excipiendum contra elapſo: dictus Iudex poſſit, teneatur, et debeat dictas cauſas terminare, et ſententiare, ſiue ad conceſſionem licentiæ, ſiue mandati executiui deuenire, et procedere, et in expenſis condemnare, prout ſibi æquum eſſe viſum fuerit. Dantes, et concedentes præfato Iudici poteſtatem, et autoritatem in cauſis prædictis ꝓcedendi ſummariè, ſimpliciter, et de plano, ſine ſtrepitu, et figura Iudicii, dicbus feriatis et non feriatis, et tàm in procedendo, quàm in ſententiando. Declarantes, quod ſi cauſa non excedat ſummam vnius, uel duorum Florenorum, quòd dictus Iudex, habita confeſſione debitoris, ſiue dicto debitore conuicto, ſtatuat terminum ad ſoluendum ſuo arbitrio: dummodo non excedat quinq; dies: et ipſum debitorem condemnare debeat in omnibus expenſis.

In qual modo ſi habbino à miſurare le terre, ſtrade, caſe, e pietre, e della mercede de i miſuratori, et qual modo ſi habbia da oſſeruare in conſequire la mercede de detti miſuratori. Rub. 7.

STatuemo, che lo ſtaro delle terre del communo de Camerino debbia eſſere de canne Otto, & che la canna ſia de piedi Secento de ſuperficie, & che dette otto canne, ò vero ſtaro ſia piedi quattromila, & ottocento de ſuperficie come de ſopre. Et che nel meſurare le terre tanto montuoſe, quanto piane ſe debbia meſurare in tal modo, che la canna ſtia in piano à liuello, & che ſe debbia meſurare il poſamento, & nõ la montuoſità.

Item che la canna della ſtrada ſia, & debbia eſſere de piedi ducẽto venticinq; de ſuꝑficie, cioè in quadro, larga piedi diece, & longa ventidua, & mezzo.

Item che la canna delle mura, tetti, piangati, aggricciati, ſcialbati, ſopramattonati, & altri ſimili debbia eſſere de piedi ducento venticinq; de ſuperficie, che in quadro rettan golo, & lato ſia piedi quindici ꝑ lato. Et che il muro giuſto ſia de dui piedi de groſſezza.

Item che il migliaro della pietra debbia eſſere apparecchiata, ſteſa, & bene accoſtata de altezza de vno piede, & larga detto migliaro piedi venti, & longha piedi venticinq;. che la ſuperficie de detto migliaro ſia piedi cinquecento, inteſo ch'in detto apparecchia mento ce ſiano conteni cinquanta in piedi per teſta, che auanze ſopra l'altra pietra almeno vno piede. & dette contine ſiano de lunghezza piedi dua per ciaſchuna.

Item che tutte pietre concie de ſcarpello non ſi poſſano per alcuno modo miſurare, ſe non ſono meſſe in opra, ò vero deſegnate, come hanno da ſtare in opera, & ſi debbia miſurare la ſuperficie del battuto, & non li baſiamenti, ne ſgroſſati, ne lauori, che vanno coperti.

Item che le colonne d'ogni ſorte s'habbiano à miſurare à piede quadro corporeo.

Item che le volte d'ogni ſorte s'habbiano da meſurare de ſopra in piano, come ſe coſtumano li pianchati, rempite però alle ſpeſe del padrone à piede quadro la ſuperficie d'eſſe per il prezzo, che ſi conuerranno.

Item che tutte tauole, che vanno à meſura s'intenda vno piede di tauola giuſta vno piede larga, & ſette longha refilata.

Item che le legna da foco ſe debbiano miſurare bene accataſtate, & non trauerſate, & la lõghezza de dette legna ſia, & eſſer debbia de dui piedi, & mezzo, & che vno piede de legna s'intenda vno piede quatro nella teſta, come ſe coſtuma nelli ſcialbati. Excettuatone

toneli ceppi,quali ſiano,& debbiano eſſere de lunghezza almeno dui piedi.

Itẽ che li premii, & fatighe de tali meſuratori debbia eſſere in queſto modo,cioè,bolegnini venticinq; per ciaſcheduno giorno, & le ſpeſe dal conduttore che cõdurrà eſſo miſuratore,& detto conduttore non poſſa conducere à altri per quel di detto miſuratore. & che le giornate s'intendano dallo leuare de caſa ſino al ritornare. Et per miſurare le mura,tetti,piangati,aggricciati,ſcialbati,& ſopramattonati, & ſtrade ſia bolognini dui per ciaſcheduna canna,inteſo bolignini dui per canna ſino á canne diece,& da quello in sù s'habbia à pagate vno bolignino per canna,& queſto s'intenda dentro alla città, & borghi de Camerino. Et de fuora della città, & borghi bolignini dui per canna per quante canne ſarãno, la metà de dette mercede l'habbia da pagare il padrone, & l'altra metà il maeſtro, ò vero manifattore.

Item che tutti li ſtromenti da miſurare come ſono canne, ſquatre, et ſtaggiole ſiano bone, giuſte,et ſigillate,ma prima ſia viſte da dui maeſtri dell'arte dal communo de Camerino approbati, ſiano bollate con il ſegno della magnifica cõmunità, et per premio de tal bollatura ſiano bolognini dui per ciaſchuno ſtromento. et caſo ch'alcuno ſe trouaſſe eſſercitare tal ſtromenti non bollati, et aggiuſtati caſchi in pena de libre diece de denari, d'applicarſi per la metà alla magnifica cõità,et l'altra allo accuſatore.

Item che neſſuno tanto della città,come del contado non poſſa eſſercitare tale arte, ſe prima non ſia in preſentia del magnifico maeſtrato eſſaminato almeno da dui maeſtri approbati in tal'arte,et fatta tale eſſaminatione, & reſo buon conto de tal'arte ſe li habbia da fare la patente, et approbatione dal cancelliere della cõità con il ſigillo del cõmuno de Camerino, datoli però il giuramento d'oſſeruare quanto in detti ſtatuti ſi contiene, & caſo,ch'alcuno eſſercitaſſe tal'arte contra tali ordini, caſchi in pena de libre. xxv. d'applicarſi per vn terzo per l'opere de S. Venãzo,& per l'altro terzo alla magnifica cõità et per l'altro all'accuſatore ò vero eſſecutore da farſeli pagare de fatto per ciaſchuno, & ciaſchuna volta.

Item che ſe alcuno maeſtro imparaſſe ad altri,ſia tenuto à moſtrargli tutti li principii et darli capacità ſi de ponto,de linee, angoli,et de ſuperficie, et corpi. Et anchora moſtrarli modo d'eſſercitare tutti caſi occorrenti,che poſſono aduenire in tal'arte de Geometria et Pratica,et per ſua mercede non li poſſa,ne ſia lecito adimandare, ſe nõ ſei Fiorini per ogni ſcolaro.

Item per meſurare le botti, capitelli,& arche,il premio de eſſi miſuratori ſia bolignini doi per ciaſcuna: & de ſcemi de botti bolignini quattro per botte,& che detti pagamenti ſiano tenuti à pagare la metà il cõparatore,& l'altra il venditore.

Item dechiaramo,che il Cõpotiſta della città de Camerino ſia giudice ſopra la mercede, & premii delli detti miſuratori, & che habbia autorità de far grauare tutti quelli, che non pagaſſero volontariamente dette mercede alli prefati Miſuratori. & che il detto compotiſta poſſa in ogn'vno de detti caſi procedere ſummariamẽte ſenza ſtrepito de giuditio,ſenza libello,conteſtatione de lite, nè ſeruare alcun termine giudiciario, ma ſolo viſta la verità poſſa, & debbia venire alla reſolutione, & deciſione de dette deferentie, & lite.

Item accio che tutte le coſe che ſe faranuo in detta arte poſſano andare ſempre cõ reuerentia, & timore d'Iddio, & dar cauſa,che li protettori, e defenſori della noſtra città de Camerino,& ſuo ſtato habbiano da pregare ſua Santiſſima Maeſtà per la conſeruatione delli buoni,e laudabili ordini fatti, & da farſi, & maſſime in detta arte. Se ordina & comanda, che detti Miſuratori ſiano obligati ogni anno nelle feſtiuitade del glorioſo Martire San Venanzo,& confeſſore S. Anſouino fare vna torcia, ò cirio de libre dui de Cera, & quando vanno le altre arti à honorare dette feſtiuitade, debbiano loro vnitamente tanto quelli della cittá,come quelli del contado andarce,& portare detta torcia ò cirio,& preſentarlo nelle dette chieſe, quale cera ſe habbia da conuertire per l'opere

delle

delle dette chieſe,& non in altro vſo.Et chi mancaſſe de non venire vnitamente in dette feſtiuitade,& ciaſcuna d'eſſe,caſchino in pena de x. ſol.per ciaſcuno e ciaſcuna volta da farſi pagare de fatto, & applicarſi à benefitio dell'arte. Et che detti miſuratori della città debbiano ogn'anno in principio del meſe de Gennaio fare vn Camorlengho tra loro, il quale habbia autorità de poſſere in ogni loro occorrentia farli congregare,& li ragionare, & diſponere delle coſe neceſſarie, & opportune in detto eſſercitio, et arte.Et maſſime in fare eſigere li denari per detta cera,& reſcotere le pene,& altre coſe pertinẽti à detta arte.

Dechiaratione della cortina della Città de Camerino. Rub. 8.

DEchiaramo,che la Cortina della città di Camerino s'intẽda eſſere dẽtro l'intraſcritti lati verſo detta città, comenzando al ponte de Tornaſacco a piede delle ſcale, & va per detto foſſo,& entra nello riuo delli calzolari appreſſo li beni de Giouanni de Taſſo,et ſequita per detto riuo,et eſce al ponte,che va à S. Marcello appreſſo li beni gia de giacomo de perozzo da Camerino,et eſce al põte de detto riuo, quale è nella ſtrada publica, che va alla muccia appreſſo li beni dell'arte delli calzolari,et va per la ſtrada, che va alla muccia,et ſequita fin'in capo della poſſeſſione, ch'era de maſtro germano de ſauinello, et li laſſa la ſtrada maeſtra,et entra nella ſtrada tra li beni de detto maſtro germano, et giouanni de camoſa, et baſtiano ſecchiaro, et ſequita per detta ſtrada, et eſce al foſſo detto il ponticello in vocabulo il galenaio tra li beni del frate da ſtrada, et ſequita per detto foſſo fino alli beni de ottauiano calcalara,et entra tra li beni de detto ottauiano,et li beni de giouãni de pergeſmõdo,et petrangelo de petripaolo,& ſequita tra li beni de petri de gentile,et fratelli fino al foſſo appreſſo maſtro maccario de venanzo ſarto, et ſequita per detto foſſo, et entra tra li beni de luca ſpetiale fino alla ſtrada maeſtra, et eſce a S.Bartolomeo,et laſſãdo la ſtrada maeſtra à mã mãca intrãdo nella ſtrada, et repigliãdo à mã dritta à piede de Colcaneſtro,qual va verſo raggiano apṗſſo li beni de Mattheo Belluccio da dui lati ſequitando per detta ſtrada in piede de detto colle appreſſo li beni de marinangelo de bellone, ſequitando a man dritta ſopra la ſtrada tra li beni de mercurio manardi, et fratelli,et il ſubdetto Mattheo Bellucci,et li beni d' domenico detto micci, et va al palazzo de Carlo perbenedetti, et ſequita per detta ſtrada tra li beni del ſubdetto Carlo, et giouanmaria,et fratelli de porfilio detto del caſtellano, et ſequita per detta ſtrada fino al foſſo in piede del pian d'agello, et ſequita per detto foſſato detto palente, et eſce al molino delli heredi de giouan nocentio de tiberio, ò vero al ponte de detto palente,et laſſa detto foſſo à man manca, et entra nella ſtrada romera in piedi della poſſeſſione de vincenzo rotondo,et ſequita per detta ſtrada fino alli beni de redolfo paulucci,et eſce alla ſtrada maeſtra,che va à caſtelramondo,et paſſa detta ſtrada maeſtra,et entra nella ſtrada,che va à S.croce tra li beni delli heredi de lebborino, et nicolò pericoli,et ſequita per detta ſtrada,et eſce à canauina, doue eſce il foſſo dello ſcario, et laſſa à man manca canauina,et entra nella ſtrada tra li beni de felice purarello, et giulio lambertaccio,& va à S.croce tra li beni de baldaſſarre pichelle, & fratelli, & da S. croce ſequitando per la ſtrada,& entra nella ſtrada tra li beni de don venanzo de benedetto, & maccario tentore,& ſequita tra li beni de gerolamo del dannato,& pierdomenico de giſmondo, & ſequita per le ſelue delli foſchoni appreſſo li beni che furono gia de don franceſco della zeppa, & girolamo del dannato, & eſce al foſſo, & ſequita per detto foſſo,et va al põte de mõtagnano,& entra nel foſſo de ſeola appreſſo detto ponte & la ſtrada, che va verſo montagnano,& li beni delli frati de S. Franceſco. & ſequita per detto foſſo appreſſo li beni de fabritio de giouanuenãzo,& li ſubdetti frati, tra li beni delle heredi de piergirolamo marucci,& peruincenzo de germano,et entra nella ſtrada tra li beni d'Hercole voglia,et le ſelue de ſeola,et ſequita per detta ſtrada tra li beni de paolo de perfetto, et ſequita in capo della poſſeſſione de maſtro giouan maria mondi, et ſequitando per detta ſtrada tra li beni dell'heredi d'agoſtino da cãmora,et d'andrea de pier-

uincēzo, & eſce à la ſtrada maeſtra alla volta delli ponti, & ſequita per detta ſtrada mae ſtra verſo rena cauata, & va alla caſa ò vero poſſeſſione de Ser Camillo Lucarelli,& entra nella ſtrada tra li beni di detto ſer Camillo,& li beni della chieſa della Annunciata, l'heredi de carneuale da paganico, et la prebenda de S. Helena, et eſce al foſſo, et ſequitando per detto foſſo finiſce al ſubdetto ponte de Tornaſacchio nella ſtrada maeſtra à piede delle Scale. Et ſic Deo dante, per interceſſionem Beati Venantij, completa ſunt Statuta prædicta, aſſiſtēte,& reuidente Ser Cæſare Raſpantino Camerte deputato.

Libri Septimi, & vltimi Finis.

R E G I S T R V M.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ& abcdefghiklmnopqrſtu xyz& AABBCCDDEEFFGGHHIIKKLLMMNNOOPPQQRRSS.

C A M E R I N I.

Apud Sanctum Venantium per Antonium Gioioſum Camertem.

M D LXIII.



TABVLA RVBRICARVM STATVTORVM CIVITATIS CAMERINI.

Rubricæ Primi Libri.

PROœmium. Char. Prima
De pœna deguaſtantium, vel dilaniantium pſens volumen ſtatutorum, & opponētiū contra illud, & de ordine tenendo pro conſeruatione ipſorū rub. 1. c. 3.
De Eleemoſynis, & dupleriis faciendis, & dandis infraſcriptis Eccleſiis, in infraſcriptis feſtiuitatibus rub. 2. c. 4.
Quòd Poteſtas, & Capitaneus Populi cum eorum officialibus, & familiaribus teneantur perſonaliter accedere cum duplerijs accenſis ad eccleſias rub. 3. c. 5.
Quòd loco Capitanei intelligatur de Iudice Appellationum rub. 4. c. 5.
De pecunia danda pro opere, & fabrica eccleſiæ S. Venantii, & de modo, & ordine tenēdis in prædictis. rub. 5. c. 5.
De modo, ordine, & forma tenendis quolibet anno in feſto B. Venantij, & pro honorando ipſum feſtum. rub. 6. c. 6.
De honorando melius feſtiuitatem S. Venantii rub. 7. c. 6.
De modo, & ordine honorandi feſtum B. Venantii, & currendi ad pallium, & alios ludos faciendi. rub. 8. c. 6.
Quòd in feſto Beati Venantii, & die ſequenti quilibet poſſit mercari, & ſtationes aperire rub. 9. c. 7
De modo, & ordine creandi, & eligendi ſyndicos eccleſiarum, cōuentuum, monaſteriorum, & hoſpitalium ciuitatis Camerini rub. 10. c. 7.
De modo, ordine, & forma eligendi Poteſtatem, et Capitaneum ciuitatis Camerini, et de officialibus, familiaribus, et equis retinendis per eos. rub. 11. c. 7.
Quòd Poteſtas, & Cap. teneātur venire ad ciuitatem Camerini tribus dieb⁹ ante principium eorum officii, et apportare vnum palliū de ſerico pro quolibet rub. 12. c. 7.
De modo, et ordine tenendo in ſolutione ſalariorum Poteſtatis, et Cap. rub. 13. c. 8.
De iuramento præſtando per officiales, et familiares Poteſtatis, et Cap. rub. 14. c. 8.
Quòd officialis forenſis, qui fuerit in aliquo officio in ciuitate Camerini, nō poſſit eſſe in eodem officio, vel alio ad tres annos tunc ſequētes. rub. 15. c. 8.
Quòd ſi Poteſtas, et Cap. ſeu alter ipſorum electi fuerint, et non venerint: nullum ius acquiratur eis. rub. 16. c. 8.
Quòd Poteſtas, & Cap. veniant, & recedant eorum riſico, & fortuna rub. 17. c. 8.
Quòd non fiat depoſitum de pecunia dicti cōis rub. 18. c. 8.
Quòd Poteſtas, & Cap. & alii officiales ciuitatis Camerini non retineant aliquem ciuē, vel diſtrictualem Camerini in familiarē rub. 19. c. 8.
Quòd nec Poteſtas, nec Cap. nec aliquis alius officialis poſſint in cōſilio ſtare dum de eorum facto præponitur. rub. 20. c. 8.
Quòd nec Poteſtas, nec Cap. nec officiales communis Camerini, nec familia res poſſint, nec debeant verberare aliquem ciuem rub. 21. c. 9.
Quòd Poteſtas, & Cap. non poſſint ſimul comedere, nec inter ſe aliquod enſenium mittere rub. 22. c. 9.
De augumentando, & defendendo per Poteſtatem, & Cap. & alios officiales præſentem bonum ſtatum cōis, & populi ciuitatis Camerini rub. 23. c. 9.
De modo, & ordine tenendis in cuſtodiendo caſtra cōis rub. 24. c. 9.

Quòd Poteſtas, & Cap. & alii officiales forenſes non poſſint comedere, nec bibere cũ aliquo ciue. rub.25. c.9.
Quòd Poteſtas, & Cap. & alii officiales forenſes teneãrur facere depigni in coopculis eorũ librorũ arma ipſorũ ante reaſſignationẽ ipſorũ librorũ. rub.26. c.9.
Pro conſeruando bonum, & pacificum ſtatũ cõis, & populi Camerini, quòd ſint in ciuitate Camerini nouẽ artes, & de ordine tenẽdo per ipſas. rub.27. c.9.
Quòd oẽs artes ciuitatis Camerini cõſeruẽt in eo ſtatu, in quo nũc ſunt. rub.28. c.10.
Quòd nullus poſſit percipere capitaniam, vel officium, niſi pro vna arte. rub.29. c.10.
De baylia, & autoritate conſiliorum cõis, & populi Camerini. rub.30. c.10.
De officio notarii reformationum, & Cameræ ciuitatis Camerini: & de modo, & ordine tenendis in eius officio. rub.31. c.10.
Quòd Capitanei artium durante eorũ officio non poſſint habere officium in communi. rub.32. c.10.
De pœna dicentis, vel facientis iniuriam Capitaneis artium durante eorum officio. rub.33. c.10.
De baiulis dandis, & aſſignandis per infraſcriptas vniuerſitates caſtrorũ, & villarum ciuitatis Camerini. rub.34. c.10.
De ſalario baiulorum, & de mõ, & ordine per eos tenendis. rub.35. c.11.
Qualiter præponatẽ in conſilio de baiulis renouandis, vel confirmandis. rub.36. c.11.
De modo, & ordine tenendis per baiulos cõis in repoſitione, & conſeruatione pignorum. rub.37. c.11.
Quòd baiulus accipiat denarios à ſyndicis, & non ab hominibus. rub.38. c.11.
Quòd laboratores manſi alicuius de ciuitate nõ poſſint eligi in baiulos. rub.39. c.11.
Quòd nullus artifex poſſit eligi in baiulum. rub.40. c.11.
Quòd baiuli durante eorum officio non acquirant actionem, nec procurationem. rub.41. c.11.
Quòd baiuli cõis nõ accipiant quicquam pro eorum labore vltrà formam ſtatutorũ, & quòd nõ cõmittant falſitatem in eorũ officio. rub.42. c.12.
Quòd ſyndici caſtrorum, & vniuerſitatũ teneãtur dare, & aſſignare baiulos officialibus cõis Camerini, qui conſueti ſunt. rub.43. c.12.
De banditoribus, & baiulis cõis, & quòd non poſſint eſſe conſiliarii. rub.44. c.12.
Quòd tubatores cõis nõ poſſint ire cũ officialibus equites, vel pedites. rub.45. c.13.
Quòd tubatores cõis bannimentũ faciant cõiter rub.46. c.13.
Quòd baiuli cõis non poſſint arma portare per ciuitatem. rub.47. c.13.
De confinibus manutenẽdis per Poteſtatem, & Cap. rub.48. c.13.
De poſſeſſionibus in confinibus poſitis non vendendis. rub.49. c.13.
Quòd poſſeſſiones, & iura tàm caſtrorum, quàm villarũ Camerini gubernentur, & amiſſa recuperentur. rub.50. c.13.
Quòd caſtra, rocchæ, ſeu arces, & fortellitiæ Camerini nõ dẽtur ad cuſtodiendum, niſi ciuibus. rub.51. c.13.
Quòd Caſtellani ſtent continuè ad cuſtodiam caſtrorum cum cuſtodientibus dicta caſtra. rub.52. c.14.
De rebus, q̃ ſunt in rocchis, & caſtris ſcribẽdis per cuſtodes, & caſtellanos. rub.53. c.14.
Quòd oẽs artes ciuitatis Camerini cõſeruenẽ in eo ſtatu, in quo nũc ſunt. rub.54. c.14.
De forobandito fiendo in Burgo S. Georgii. rub.55. c.14.
De modo, & ordine tenendis per artes in foro bandito. rub.56. c.14.
De mõ eligendi ſenſales de mercatoribus. rub.57. c.14.
De mõ dandi ſtationes per Capitaneum Mercatorũ in foro bãnito. rub.58. c.14.
Quòd in certo loco dicti campi Mercatalis ſit platea. rub.59. c.14.
De modo, & ordine mittendi literas terris pro nundinis celebrandis: & ẽt

ſcolaribus

ſcolaribus volētibus venire ad ſtudendum in ciuitate Camerini rub.60. c. 14
Quòd clerici nō poſſint facere ꝓcuratione͂, nec habere officium in cōi rub.61. c. 14
Quòd homines caſtrorum.S.Anatholiæ,Serræ,& Sephræ debeant eligere,& clamare poteſtatem de ciuitate Camerini rub.62. c. 15
Quòd Poteſtas,& Cap.& Mag.D.Priores ad petitionem volētium venire ad habitandū intra ciuitatem facere congregari conſiliū teneāt rub.63. c. 15
De volentibus fieri ciues ciuitatis Camerini rub.64. c. 15
De equis,& Ronzinis dandis ad vecturā,& de inſtrumētis,& cautionibus, quæ recipiu ntur dicta de cauſa rub.65. c. 15
Quòd domus,et poſſeſſiones Emphiteoticæ à iugo dominii liberentur. rub.66. c. 15
De modo,& ordine tenendis in claudendo ciuitatē,& burgos Camerini. rub.67. c. 15
De conductis aquæ Felilli tenendis in cultu rub.68. c. 16
Quòd Poteſtas faciat depigni figuram Beatæ Mariæ virginis in Portis rub.69. c. 16
Quòd curia primò procedat ad executionem cōdemnationū cōtra principalem condemnatum,& poſtea contra fideiuſſores. rub.70. c. 16
De hoſtiis domus non extrahendis: & de non faciendo cadere coppos de domo certis de cauſis rub.71. c. 17
Quòd bona exbannitorum data alicui defendanē rub.72. c. 17
Quòd,qui occupauit aliquid de bonis cōis,debeat relaxare rub.73. c. 17
Quòd Poteſtas cogat infraſcripta caſtra ad ſeruandū ea,q̄ ipſi debēt cōi. rub.74. c. 17
Quòd,qui vendiderit aliquid cōi,illius teneatur tradere poſſeſſionem rub.75. c. 17
Quòd Poteſtas teneatur cogere homines de Rocchetta ad obſeruandum promiſſiones factas communi,& ad dandum affictum. rub.76. c. 17
Quòd nullus debeat retinere Filices, Paleas, & Fœnum in domo, in qua habitat rub.77. c. 17
De diſgombrando viam publicam,ſuper quam cecidit terra, ſeu limes de poſſeſſione alicuius rub.78. c. 17
De non acquirendo ius, vel actionem contra aliquos ciues nr̄os rub.79. c. 17
quòd quicūq; de caſtro Criſperij,& ciuitatis,& diſtrictus Camerini acquiſierit ius ab Abbate domorū,cogatur reſtituere cōi rub.80. c. 17
quòd non poſſit aliquis retinere beſtias in Raſengha communis in diebus, in quibus vendetur bladum. rub.81 c. 18
De alienantibus res in clericum, quī non ſit de diocœſi Camerinenſi rub.82 c. 18
De Clericis alterius diocœſeos recipientibus poſſeſſionem ab aliquo Camerinenſe rub.83 c. 18
De obligantibus ſe,& bona ſua alicui monaſterio,vel eccleſiæ,& non deferentibus habitum rub.84 c. 18
De malefacientibus ob facinora eorum cogendis per Poteſtatem, vel Capitaneum ad petitionem parentum. rub.85 c. 18
quòd habitantes extrà ciuitatem non coganē facere calcinarium rub.86 c. 18
quòd homines de Flaſtra debeant facere vnum ſyndicum tantùm rub.87 c. 18
De arbitrio non petendo per Pot.& officiales Camerini rub.88 c. 18
quòd non capianē aliqui:niſi per Rectores,officiales,& familiares rub.89 c. 18
quòd mercatores teneantur vendere pannum ad paſſum rub.90 c. 19
De Pizzicarolis, quòd non emant ante ſonum veſperi cā reuendendi rub.91 c. 19
quòd Rectores artium teneanē dare auxilium Poteſtati, & Cap. rub.92 c. 19
quòd qui iurauit in arte,cogatur obſeruare capitula ſtatutorū rub.93 c. 19
De conſeruandis priuilegiis, & inſtrumentis cōis per M. D. Priores rub.94 c. 19
quòd Poteſtas, & Cap.& alii eorum officiales non ludant ad aliquem ludū taxillorum,ſeu aliorum ludorum prohibitorum rub.95 c. 19

De pecunia cõis non expendenda, danda, vel donanda vltrà formam præſentis ſtatuti rub.96 c.19
quòd non fiat depoſitio de pecunia communis penès aliquem, niſi penès depoſitarium communis rub.97 c.20
De non acquirendo ius contra cõe Camerini, vel ſpeciales perſonas rub.98 c.20
quòd nec Poteſtas, nec Cap. in conſilio adeſſe poſſint, quando de eo tractaretur, quod ſua intereſt rub.99 c.20
quòd quicunq; fuerit vocatus ad aliquam rectoriam non poſſit petere ſubſidium, nec M.D. Priores poſſint in conſilio proponere rub.100 c.20
quòd nullus poſſit eligi in aduocatũ cõis, niſi ſit iudex, & aduocatus bonꝰ rub.101 c.20
quòd Rectores hoſpitentur in locis religioſis rub.102 c.20
quòd excomputetur de ſalario Rectorum, ſi receſſerint de ciuitate rub.103 c.20
quòd ſcholares veniẽtes ad ſtudendum poſſint liberè ſtare in ciuitate rub.104 c.20
quòd cuilibet ſit licitum facere puteum ante domum. rub.105 c.20
quòd officia cõis ciuitatis Camerini ad chartutias diuidantur rub.106 c.20
quòd nulli liceat hoſtium, ſiue priuagium facere in muro domus ſuæ verſus territorium alicuius rub.107 c.20
quòd qui promiſit reuendere, & non reuendit, liceat ei, cuius poſſeſſio fuerat, propria autoritate poſſeſſionem reintrare rub.108 c.21
De cõmiſſuris equorum, et beſtiarum non faciendis in certis locis rub.109 c.21
quòd nullus infectus, ſiue malſanus ſtet in Ciuitate rub.110 c.21
De terminatoribus, & ſynaitatoribus eligendis, & eorũ notariis, & de eorũ officio, & quomodo, & qualiter procedant rub.111 c.21
quòd in conſilio guerræ non poſſit eſſe minor 25. annis. rub.112 c.21
quòd omnes, qui ſunt appreciati in ciuitate, teneantur continuè habitare in ipſa ciuitate rub.113 c.21
De reaptando oẽs portas ciuitatis Camerini rub.114 c.21.
quòd M.D. Priores faciãt eligi eſtimatores, ſeu affectatores piſcium, & carnium. rub.115 c.21
De quibuſdam rebus, quas licitum ſit portare extrà ciuitatem rub.116 c.21
De nõ macerando linum, vel canape in certis locis rub.117 c.22
De habentibus murum cum aliquo volentem ruere rub.118 c.22
Quòd quilibet medicus volens habitare in ciuitate Camerini, & ſuo diſtrictu liberè poſſit. Et idẽ doctor legũ, dũmodò ſit approbatus à collegio. rub.119 c.22
De ſtatuto loquẽte de monaſterio aquæpaganæ, et monaſt. vallis caſtri. rub.120 c.22
De præſtantia non imponenda ciuibus ciuitatis Camerini rub.121 c.22
Quòd promiſſiones factæ doctoribus omnes mãdent̃ executioni rub.122 c.22
De foſſis, & carbonariis caſtrorum ciuitatis Camerini rub.123 c.22
Quòd ſit licitum calzolariis ſtare cũ caniſtris, et banchis in platea S. Mariæ, et S. Angeli rub.124 c.zz.
Quòd cuilibet liceat piſcari pro Gãmaris toto anno rub.125 c.zz.
Quòd licitum ſit Barberiis facere, & exercere eorum artem rub.126. c.zz.
Quòd nullus interdicat aliquod opus alicui magiſtro rub.127 c.zz.
De non ligando ſomarium ante domum alicuius rub.128 c.zz.
quòd vendẽtes linũ ſtent iuxtà eccleſiã S. Mariæ, & S. Angeli de platea. rub.129. c.zz.
quòd nullus debeat recipere à communi vltrà id, quòd tenetur, vel eſſet ſatiſfactum. rub.130 c.zz.
De non corrumpendo officiales, & deturpando eorũ officium rub.131 c.z3
De eo, qui fuerit condẽnatus, & ſatiſfecerit, vel ſeruiuerit rub.132 c.z3.
De non acquirendo, vendendo, vel emendo contra cõe aliquod ius rub.133. c.z3

De illis, qui conceſſerint alicui ius,ſeu caſtrũ,vel podiũ cõi rub.134 c.23
quòd Poteſtas,& Cap.faciant obſeruari deliberationes artiũ. rub.135 c.23
De non accædendo ad domum alicuius tẽpore tumultus rub.136 c.23
quòd conſiliarii debeant pacificè ſtare in conſilio, & credentia, ne temultus fiat. rub.137 c.23
De faciendo incatenari, & ferrari benè portas ciuitatis. rub.138 c.23
De nõ murando, vel ædificando ſuper mattonatum cõis rub.139 c.24
De modo,& ordine imponendi datiuam in ciuitate,& extrà per librã rub.140 c.24
De habitantibus, & habitare volentibus infrà ciuitatem, & burgos, quòd non cogant ſoluere datiuas, nec aliqua obſequia facere cũ hominib⁹ rub.141 c.24
quòd omnis teneatur ſoluere datiuam ſyndico,& cultori ſecundùm numerum ſtadiorum rub.142 c.24
quòd Poteſtas,& Cap.cogant nõ ſoluẽtes datiuã ad petitionẽ ſyndicorũ rub.143 c.24
De venditionibus ante renouationem apprетii factis in non ſubiectos. rub.144 c.24
De non impediendo officiũ D.Cap.vel Poteſtatis in exequẽdo datiuas. rub.145 c.25
De inquirendo,& procædendo per Poteſtatem, & Capitaneum ad hoc, vt datiuæ ſoluantur rub.146 c.25
Quòd Poteſtas, & Cap. teneantur dare licentiam ſyndicis, & ſoluentibus datiuas de bonis illorum,qui ſunt abſentes, & non ſoluentes datiuas. rub.147 c.25
Quòd acquirentes poſſeſſiones ab allibratis à xxv. libris infrà teneãtur ſoluere datiuam tantùm pro terra empta,& non pro pluribus. rub.148 c.25
quòd, ſi eſſet error in Appretio aliquorum, teneantur ſoluere Datiuam ſecundùm numerum ſtadiorum eorum appretii,& non ſm̃ libram. rub.149 c.25
Quòd ſi de datiua alicuius caſtri aliquid perderetur, illud,quod perderetur non exigatur rub.150 c.25
Quòd habentes poſſeſſionem in ſuo appretio ſcriptã liberè poſſint fructare, niſi dominus, cum eſſet poſſeſſor,ſatisfecerit de datiuis. rub.151 c.25
Quòd homines ciuitatis Camerini teneantur ſubire onera, et honores cũ hominibus,et in contrata cuius ipſi ſunt,et non vbi habitant. rub.152 c.25
Ordini,Capitoli,et decreti ſopra il maeſtrato, conſeglio maggiore, et minore della Città di Camerino ordinati, reformati, et inſtituti dall'Illuſtriſſ.et Reuerendiſſ.Cardinale Durãte Legato dell'Vmbria da oſſeruarſi inuiolabilmente carte 26
Decreto fatto,et canonicamente ottenuto nel publico conſeglio della Città di Camerino ſopra la reforma del conſeglio generale per ordine del Reuerendiſſ.Card.Durante carte 28
Decreto del Generale Conſeglio della Città di Camerino, che nõ ſi poſſa fare conſeglio,doue non interuengano almeno ſettanta conſeglieri cõputandoci nel detto numero li Mag.S.Priori,et il S.Superiore carte 28
Capitoli de Fiſici condotti dalla Magnifica cõmunità de Camerino. carte 28
Capitoli, ordini,et decreti publici ſopra il ſalario,et emolumenti del Chirugico condotto dalla Magnifica Communità di Camerino. carte 29

TABVLA

RVBRICAE SECVNDI LIBRI.

QVòd Poteſtas,& eius iudices,necnon Iudex Appellationũ, Auditores,& omnes alij Iudices tàm ordinarii, quàm commiſſarij, tàm primarum, & ſecundarum, quam tertiarum, & omnium aliarum inſtantiarum, & cauſarum non ſuſcipiãt in ſe amicabiles compoſitiones,arbitria,& donationes. rub. 1 char.30

Quòd Poteſtas,& eius Iudices,& Iudex appellationum vadant, & ſtent ad bãchum iuris,& quòd in actis ponatur hora, & quòd diebus ieiuniorum vadant ſemel ad dictum banchum. rub.2 c. 30

Quo ordine procedatur ad citationes,& bannimenta: & quomodo citẽtur comitatenſes,forenſes,& hæredes defuncti,& de refectione expenſarũ. rub.3 c.30

Quo ordine procedatur cõtra contumacem ad dationem tenutæ,& de primo,& ſecundo decreto,& expenſis reficiendis rub.4 c. 31

Quòd vſq; ad XL.lib.et in operibus laboratorum,magiſtrorum,et diſcipulorũ,et in cauſis forẽſiũ,et penſionib⁹,et coptumis ſummariè ꝓcedaẽ. rub.5 c. 32.

Quomodo,et quo ordine procedatur in cauſis ciuilibus, et de exceptionibus cognoſcatur à XL.libris ſupra de petitione conſilii ſapientis. rub.6 c. 32

De modo procedendi ſuper mandatis. rub.7 c. 33

Quòd Procurator debeat conſtitui ad omnes actus imminentes in cauſa rub.8 c. 33

Quòd Iudices expediant cauſas infrà XL.dies vtiles. rub.9 c. 33

Quòd contra inſtrumenta,et cedulas non poſſint opponi,niſi quatuor exceptiones,et qũo fiat dũ teſtes ſunt abſentes,et quomõ fiat ceſſio bonorũ. rub.10 c. 34

Quòd non obſtante abſolutionis ſacramenti petitione,et abſolutione,Iudices procedant in cauſis ciuilibus,et criminalibus,ſed locum non habeant in inſtrumentis,et cedulis vſurariorum. rub.11 c. 35

Quòd opponentes certas exceptiones, et non probantes infrà terminũ puniantur pœna rub.12 c. 35

Quæ forma ſit ſeruanda in executione inſtrumentorum in forma Cameræ Apoſtolicæ. rub.13 c. 35

Quòd in executione inſtrumentorum,et aliarum ſcripturarum ab interlocutoria non poſſit appellari,nec conſiliũ peti, et quomodo debeant cauſæ expediri. rub.14 c. 35

quòd quando petitur aliqua ſcriptura executioni mandari,debeat interrogari reus,ſi ſcriptura eſt manu ipſius,et quomodo procedatur in eis. rub.15 c. 36.

quòd petens aliquam ſcripturam contra aliquam perſonam executioni mãdari,et non probans: condemnetur parti in expenſis rub.16 c. 37

quòd poſſit fieri partitum vſq; ad L.libras,et quomodo procedatur rub.17 c. 37

Quòd nulli liceat appellare ante diffinitiuam ſententiam, et quomodo fiat litis cõteſtatio,et de conſilio Sapientis, et quòd illata grauamina poſſint in diffinitiua ſententia recenſeri. rub.18 c. 38

quomodo procedatur de contemptu mandati rub.19. c.39

quòd ante diffinitiam ſententiam non appelletur, nec de nullitate agatur, niſi interlocutoriæ habeant vim diffinitiuæ rub.20. c. 39

quòd à diffinitiua ſententia cuilibet ſit licitum appellare, et quomodo debeat proſequi rub.21 c. 39

quòd grauamina illata in prima cauſa, valeãt recẽſeri in cã appellationis rub.22 c. 40

quòd in cauſa appellationis condemnetur victus victori in expenſis, et taxentur infrà tres dies rub. 23 c. 40

De contractibus laudi arbitrorum,et quòd contradicentes proſequantur infrà quintã diem,et terminenẽ infrà xxx.dies vtiles, et quomodo petatur

conſiliũ

confilium ſapientis rub.24. c.40
De officio,et iuriſdictione collateralis D.Poteſtatis rub.25 c.41
quòd Iudex poſſit imponere pœnam decem ſol. per diem pro obſeruantia ſui præcepti rub.26 c.41
quòd notarii forenſes non poſſint ſcribere, vel copiare contractum, actum ciuilem, vel criminalem. rub.27 c.41
Si vxor non ſtat cum viro culpa viri, cogatur vir præſtare ei alimenta, dummodò viro ſit ſatisfactum de dote. rub.28 c.41
quòd ſiquis fecerit aliquem citari, & ipſe non comparet, teneatur reficere expēſas, et pro æſtimatione operis xii.ſol.citato comparenti. rub.29 c.41
quòd tenuta data voluntariè valeat, ac ſi data eſſet per curiam ex primo, et ſecundo decreto rub.30 c.42
quòd cauſæ appellationum Serræ, S.Anatholiæ, Sephri, Campirotundi, Podij, Dignani, Rocchettæ, Præcaneſtri, et Ilicis cognoſcantur in ciuitate Camerini rub.31 c.42
quòd ſi debitor non aſſignat tenutam creditori, ponatur in banno, et poſſit capi, et offendi rub.32 c.42.
quòd tenuta data in bonis alterius, quàm debitoris extromittatur rub.33 c.42.
quòd habentes tenutā autoritate curiæ præſumaẽ ſemper poſſidere, et quòd non detur, niſi citato poſſeſſore rub.34 c.42
quòd habentes tenutam defendantur per curiam vſq; ad ſatisfactionē rub.35 c.42
quòd nō ſit licitum apprehendere poſſeſſionem rerū alicuius de facto rub.36 c.42
quòd defendantur habentes tenutam legati, vel alterius rei. rub.37 c.42
quòd defendantur per curiam poſſeſſores domorum, et aliarum rerum, vt à clericis, et laycis indebitè non extrahantur rub.38 c.42
quòd defendantur poſſeſſores in rebus, quæ negantur eſſe emphyteoticę. rub.39 c.43
quòd cadat à iure ſuo inuadēs aliquem propria autoritate in poſſeſſione rei quæ negatur eſſe emphyteotica rub.40 c.43
quòd mandentur ſyndicis, et maſſariis, quòd defendant inuaſos in eorum poſſeſſionibus rub.41 c.43
quòd forenſes debeant retinere in ciuitate pignus rub.42 c.43
quòd poſſeſſiones violenter acceptæ poſſint recuperari præſcriptione non obſtante. rub.43 c.43
quòd ſi plures debitores obligati eſſent inſolidum, habita tenuta pro tota quantitate ab vno, contra alium non agatur, ad petitionem talis ſoluẽtis cogantur alii non ſoluentes ſine alia ceſſione. rub.44 c.43
quòd cogatur, qui promiſit, ad confitendum, & recipiendū præceptum. rub.45 c.43
quòd cogatur conuictus ad refectionem expenſarū: & nō poſſit appellare rub.46 c.43
De iure laboratoris, & coptumarii rub.47 c.43
quòd Poteſtas, & Cap.ſiue Iudex appellationis cogāt illos, qui promiſerint reuendere, ad reuendedum non obſtante tēporis præſcriptione rub.48 c.43
quòd præſumatur ſimulata venditio, niſi infrà quinquēnium emptor poſſederit, & fructus perceperit rub.49 c.44
quòd relicta, & vltimæ voluntates valeant, & ſummarie cognoſcātur rub.50 c.44
quòd fideicommiſſarii teneantur ſoluere mortuarium defuncti, & contradicens condemnetur in decem lib.den. rub.51 c.44
quòd petens debitum, & nō probans: condēneẽ in expenſis rub.52 c.44
quòd petens ſolutum perdat pecuniam, & rem petitam, & in tantùndem cō demnetur communi rub.53 c.44
De incocchis, & quomodo procedatur in eis rub.54 c.44

Quòd clerici non audiantur ſuper incocchis,ſynaitis,& fractis. rub.55 c.44
De quæſtionibus inter vicinos: de ſynaitis,aquario,lignis,& feneſtra rub.56 c.45
De diuiſionibus rerum communium. rub.57 c.45
quòd diuiſiones rerum cõium ſummariè cognoſcãt,& fiant. rub.58 c.45
quòd nullus poſſit ligna,vel bracchiolos protendere cõtra vicinũ ſuum. rub.59 c.45
quòd habentes domos ab vtraq; parte viæ, poſſint poſtea facere, vel arcum in altitudine duodecim pedum, & non minus. rub.60 c.45
quòd nullus ciuis recipiatur in fideiuſſorem. rub.61 c.45
quòd procedatur ad petitionẽ aſſerentis ſe amiſiſſe inſtrumentum rub.62 c.45
quòd creditor cogaẽ quietationẽ facere de parte vel toto,quod receperit. rub.63 c.45
De prodigis,& malè vteutibus ſubſtantia ſua, & quòd non contrahatur cũ eis,& qualiter detur curator rub.64 c.46
quòd notarii habeant notitiam contrahentium,teſtium,& locorum:& non faciant contractum propè tabernam rub.65 c.46
quòd notarii non matriculati non poſſint habere officium in cõmuni, & minor xviii.annis non poſſit exercere artem notariæ: & de notariis commiſſionum,& ciuilium per artem aſſignandis. rub.66 c.47
quòd inſtrumenta reddantur ad quos ſpectant infrà certum terminum. rub.67 c.47
De ſolutionibus recipiendis,& de vltimis voluntatibus rub.68 c.47
quòd notarii reddant inſtrumenta ad quos ſpectant,& de eorum ſalario, & infrà quantum tempus rub.69 c.48
quòd principales ſeruent fideiuſſores indemnes: & quòd in maleficiis conueniatur prius principalis,quàm fideiuſſor rub.70 c.48
De eo, qui ſe obligauit pro clerico, vniuerſitate, vel alio non ſubiecto iuriſdictioni rub.71 c.49
quòd non detur licentia alicui exbannito veniendi Camerinum ſine licentia creditoris rub.72 c.50
quòd foreſes eodem modo tractentur in ciuitate Camerini quo Camerinenſes alibi tractantur. rub.73 c.50
quòd illud ius ſeruetur clericis,quod ſeruatur laycis in curia clericali rub.74 c.50
De pœna vendentis rem lite mota. rub.75 c.50
quòd Poteſtas vel Cap.ſiue Iudex appellationis, & eorũ iudices exequi teneantur inſtrumenta continentia pacta de confeſſione faciẽda, vel quòd capi poſſit poſſeſſio propria autoritate rub.76 c.50
De pœna vendentis rem pluribus perſonis. rub.77 c.51
quo ordine procedatur pro examinandis teſtibus alterius iuriſdictionis rub.78 c.51
quòd ſtatuta loquentia de Poteſtate,& Capitaneo intelligantur,& de eorũ iudicibus rub.79 c.51
Quòd contractus, & inſtrumenta notariorum,& ſententiæ iudicum Camerini mandentur executioni: non obſtante exceptione excommunicationis, & interdicti rub.80 c.51
De modo procedendi per arbitros,& eligendi tertium rub.81 c.51
quòd lites, & diſcordiæ inter cõſanguineos, & affines compromittantur,& quomodo in eis procedatur. rub.82 c.52
De contractibus minorum,& ſolennitatibus in eis ſeruandis rub.83 c.53
quòd poſſeſſiones laborentur per homines caſtri,vel villæ, in quorum pertinentiis poſitæ ſunt. rub.84 c.53
quòd ius laboratoris,vel coptumatotis rei vẽditæ ꝑ certo tẽpore ſit ſaluũ.rub.85. c.53
quòd non poſſit recipi ab aliquo res aliqua ad penſionem, laboritium, vel coptumum alij locata. rub.86 c.53

quòd

Quòd habentes arborem in re alterius cogantur vendere illi, cuius eſt poſ-
ſeſſio,uel terra. rub.87 c.54
De domo,uel turri minantibus ruinā:et quō procedatur. rub.88 c.54
De muro cōi,quid liceat in eo facere,et de ruina,et refectione illius rub.89 c.54
De ſatiſdatione præſtanda à volente facere aliquod muralium ex quo dubi-
tatur,ne vicinus lædatur. rub.90 c.54
De contractibus iudæorum,et aliorum vſurariorum. rub.91 c.54
Quòd cōſtitutiones Romanæ Eccleſiæ,ac Marchiæ cōtra Iudęos, et vſura-
rios ſeruentur. rub.92 c.55
Quòd contractus vſurariorum intelligant̃ eſſe mutui, et fœneratitij. rub.93 c.55
Quòd vſurarii non petant vltrà verā ſortem,et pręſcriptione cōtra eos. rub.94 c.55
Quòd inſtrumenta de recipiendo ꝑcepta ad petitionē vſurariorū nō fiāt. rub.95 c.55
Quòd nulli liceat aquam trahere de ſuo ſolito curſū. rub.96 c.55
Quòd in molendinis cōibus liceat ſociis facere melioramentum expenſis
communibus. rub.97 c.56
Qualiter dentur tutores,et curatores pupillis,prodigis, & mentecaptis rub.98 c.56
De rōe reddenda per tutores,& curatores: & de eorū abſolutione fiēda. rub.99 c.56
De emendatione fienda de eo,quod alicui vaſtaretur occaſione domorum,
quæ comburerentur. rub.100 c.56
Quòd perſonæ ſuſpectæ cogantur dare fideiuſſores rub.101 c.56
De cauillosis,ſeu friuolis exceptionibus refrenandis. rub.102 c.56
De præſcriptione xx.annorū in rebus immobilibus. rub.103 c.57
Quòd officiales caſtrorū hāt arbitriū cognoſcēdi ſup certis qn̄titatib⁹. rub.104 c.57
Quòd habentes murum à parte ſuperiori teneantur vendere habenti à par
te inferiori,& non poſſint impedire. rub.105 c.57
Quòd habentes aliquā domū à parte ſuperiori,ſi vellet altiare,non poſſint,
ſi murus nō eſſet ſufficiens:& ſi murus non eſſet ſufficiēs, & minaretur rui
nam,qualiter tractetur rub.106 c.57
Quòd poſſit ædificari ſuper muro cōi,& capere totam amplitudinem. rub.107 c.57
Quòd nullus poſſit facere oſtium, ſeu feneſtram in muro ſuæ domus verſus
reclauſtrum,ſeu territorium alterius. rub.108 c.58
Quòd carcerati ꝓ debito ciuili,dādo bona ſtabilia relaxēt̃ de carcerib⁹. rub.109 c.58
Quòd Iudices maleficiorum,& cauſarum ciuilium omni die qua iuerint ad
banchum,teneāt̃ portari facere ſtatuta communis. rub.110 c.58
Quòd mulieres non habeant filiorum legitimam. rub.111 c.58
Quòd pro alimentis dotium dentur octo pro centenario. rub.112 c.58
Quòd datiuæ pignorū dotiū ſoluant̃ cōi per dantem pignora. rub.113 c.58
Quòd filiæ,& neptes coganẽ obſeruare vltimam voluntatem. rub.114 c.58
Quòd ſi alicui eſſent retentę mercantiæ, uel bona,vel res,ſeu arreſtatæ, ſeu
aliquis eſſet detentus in aliquo loco pro debito alieno, quòd debitor te-
neatur talem detentum liberare. rub.115 c.58
Quòd bona debitorū diuidātur pro rata inter creditores ſaluis dotibus rub.116 c.59
De locationibus,& penſionibus domorum rub.117 c.59
De reſtitutione in integrū petenda directa via, omiſis adminiſtrationibus,
& cauſas agentibus. rub.118 c.60
De dotibus,& dotatis mulieribus. rub.119 c.60
De feriis totius anni in criminalibus,& ciuilibus cauſis declaratis. rub.120 c.61
Capitoli della Fera di S. Venanzo, & di S. Anſouino della città de Came-
rino protettori. rub.121 c.62

TABVLA
RVBRICAE TERTII LIBRI.

DE modo procedendi in maleficijs rub.1 c.63
Quòd Poteſtas, & Cap. & omnes alii Iudices de maleficiis in ciuitate Camerini cognoſcentes poſſint procedere per inquiſitionem, denunciationem, & accuſationem contra maleficia committentes. rub.2 c.63
De citationibus faciẽdis in criminalibus cauſis, & proceſſibus maleficiorũ. rub.3 c.64
Quòd non currat tempus in appellationibus vltimis xv. diebus Poteſtatis, et Capitanei, vel alterius Iudicis de maleficiis in ciuitate Camerini cognoſcentis. rub.4. c.65
Quòd non currat tempus in proceſſibus, & quæſtionibus criminalibus, pendentibus exceptionibus. rub.5 c.65
Qualiter procedatur contra forenſes, ſiue habitantes in ciuitate, comitatu, vel diſtrictu Camerini, maleficia committentes: & qualiter citentur. rub.6 c.65
De minore decẽ annis cum dimidio non puniendo maleficia cõmittente rub.7 c.65
Infrà quantum tempus poſſit de maleficiis cognoſci rub.8 c.65
De modo, & forma tenendis, ſi aliquis voluerit accuſare de falſo rub.9 c.66
Quòd cõmittentes quaſdam falſitates puniant̃ certa pœna. rub.10 c.66
De mutante ſibi nomen in aliqua ſcriptura rub.11 c.66
De receptante exbannitos, & condẽnatos, & dante eis auxiliũ, vel fauorẽ rub.12 c.66
De capiendo malefactores, & maleficia committentes in ciuitate vel diſtrictu Camerini, & præmio capientis rub.13 c.65
Quòd non patiatur aliquem capi, vel extrahi extrà diſtrictũ Camerini contra noſtrorũ priuilegiorum tenorẽ, imò defendatur. rub.14 c.67
De faciente, & expendente falſam monetam rub.15 c.67
De pœna falſorum teſtium, & inducentium eos falſos teſtes rub.16 c.67
De faciente, & fieri faciente falſum inſtrumentum, & de pœnis ipſorum non probantium accuſationem rub.17 c.68
De faciente fieri falſam accuſationem, denunciationem, vel inquiſitionẽ. rub.18 c.68.
De committente, & faciente fraudem in officio rub.19 c.68
De committente falſitatem in arte rub.20. c.68
De committente baractarias rub.21 c.68
De quibuſdam prohibitis in teſtes induci: & vbi examinentur mulieres in teſtes inductæ. rub.22 c.69
De teſte non veniente ad teſtificandum in cauſa quomodo contra eum procedatur. rub.23. c.69
Infrà quantum tempus poſſint teſtes de falſo redargui rub.24 c.69
De confinandis, & de modo, & ordine procedendi contra eos rub.25 c.69
Contra quos malefactores poſſit procedi ad tormẽta: & de modo ſeruãdo in appellatione. Rub.26 c.69
Quòd Poteſtas, & Capitaneus, nec alius quicunq; iudex de maleficiis in ciuitate Camerini cognoſcens neminem detineat datis fideiuſſoribus, exceptis aliquibus rub.27 c.71
De auxilio, & fauore dando violentiam paſſis rub.28 c.71
De arbitrio non petendo pro maleficijs puniendis rub.29 c.71
Quòd condemnatio non valeat vitiari, niſi certis de cauſis rub.30 c.71
Quòd nulli liceat in cã criminali, vel ciuili opponere certas exceptiones. rub.31 c.71
De ſententiis, & proceſſibus maleficiorum non annullandis. rub.32 c.71
Quòd non deẽt exbãnitis licẽtia veniẽdi Camerinũ, niſi in certis caſibus rub.33 c.72
Quòd maleficia, & dãnadata inter familiares, & cõſanguineos à certo gra-

du

du poſſint reuocari.
De abolitione in certis caſibus. rub.34 c.72
De pace facta ſuper maleficiis rub.35 c.72
De inſtrumento pacis admittendo rub.36 c.73
Quòd confitentibus maleficia remittatur quinta pars banni rub.37 c.73
De inſtrumento pacis introducendo vſq; ad ſententiam Poteſtatis, & Capitanei,& alterius cuiuſq; Iudicis maleficiorum Camerini. rub.38 c.73
De ſalario dando pro inſtrumento pacis rub.39 c.73
De cogendo pupillum ad ratificandum pacem factam per tutorem. rub.40 c.73
De pœna non cuſtodientium infraſcriptas feſtiuitates. rub.41 c.73
De ſomegiante,vel trahente in quibuſdam feſtiuitatibus rub.42 c.74
De non vendendo vinum in die veneris ſancti,nec in die præcedenti rub.43 c.74
Quòd offendẽs puniatur ſecundùm formam ſtatuti,niſi offenſus declinaſſet iuriſdictionem communis. rub.44 c.74
Quòd vbi in maleficiis non eſt pœna determinata, procedatur de ſimilibus ad ſimilia. rub.45 c.74
Quòd gradus cõſanguinitatis, & affinitatis ſemper computetur ſecùndum ius canonicum rub.46 c.74
Quòd Poteſtas, & Cap. & alij iudices ciuitatis Camerini non ſint iudices iniuriarum ſibi,vel ſuæ familiæ illatarum rub.47 c.74
De pœna imponenda forenſi offendenti forenſem rub.48 c.74
De vitio ſodomitico rub.49 c.75
Quomõ,& qualiter in dictis ſceleratis criminibus,& maleficijs procedať rub.50 c.75
Qualiter citatus,& exbannitus habeatur pro confeſſo,& quòd poſſit de dicto crimine die feriato,& non feriato cognoſci. rub.51 c.75
Quæ probationes, ſiue præſumptiones, & indicia ſufficiant in dictis ſceleratis criminibus. rub.52 c.76
Quòd quolibet menſe de dictis ſceleratis criminibus inquiratur rub.53 c.76
Quòd rogetur dominus Camerinenſis Epiſcopus,& eius vicarius, quòd puniat clericos de dicto crimine pollutos. rub.54 c.76
De arbitrio rectorum,& iudicum in expellendo de dicta ciuitate infamatos de dicto crimine. rub.55 c.76
De præmio dando rectoribus, vel officialibus punientibus dictum crimen, vitium,& peccatum rub.56. c.76
De pœna iurantium,& blaſphemantium, vel maledicẽtium Deum,& Beatam virginem Mariam eius matrem vel aliquem Sanctorũ rub.57 c.77
Quòd nullus derideat,vel turpia dicat contra pœnitentiam agentes rub.58 c.77
Quòd nullus minor xv.annis bibat in taberna rub.59 c.77
Quòd iuuenes diſſoluti corrigantur, & caſtigentur ad petitionem propinquorum. rub.60 c.78
De comedentibus carnes in diebus vetitis,& qualiter puniantur. rub.61 c.78
De homicidio,& homicidia committentibus,& facientibus fieri rub.62 c.78
De pœna venenantium aliquem,vel aliquos rub.63 c.78
De duplicatione pœnarum in infraſcriptis locis. rub.64 c.79
De inſultu cum armis vetitis rub.65 c.79
De percuſſionibus factis cum armis vetitis. rub.66 c.80
De percutiente aliquem non doloſè rub.67 c.80
De eo qui impinſerit aliquem, vel cœperit per capillos, vel cum pugno percuſſerit, vel calcem dederit, vel his ſimilibus. rub.68 c.80
De proijciente lapidem,& non percutiente rub.69. c.80
rub.70 c.80

De proijciente lapidem, vel aliam turpitudinem, vel rem opprobrioſam in domum alterius rub.71 c.80
De percutiente aliquem ad vindictam rub.72 c.80
De offendēte aliquē in re offēſi, vel ab eo poſſeſſa, vel aliquē de ſua familia. rub.73 c.81
De frangente membrum, vel coſtam, vel mordente, ſiue morſicante rub.74 c.81
De debilitante manum, pedem, vel aliud membrum alicui rub.75 c.81
De latitāte, auxiliāte, vel retinente aliquē malefactorē in domo, vel alibi. rub.76 c.81
De receptāte latrones, fures, ruffianos, ſiue lenones, vel lenam, & alios male factores, et inſanos rub.77 c.81
De bannitis, & condemnatis ad mortem naturalem impunè offendendis rub.78 c.81
Quòd nullus exbanniatur, vel condemnetur vltrà quātitatem pœnæ maleficij, & exprimatur cauſa, quando quis ponitur in banno. rub.79 c.81
De ordine tenendo in lecturis ſententiarum: & quòd in abſentia Poteſtatis, & Cap. iudices eorum poſſint omnia facere prout ipſi. rub.80 c.82
De condemnationibus exequendis contra principales, & deinde contra fideiuſſores. rub.81 c.82
De executionibus ipſarum condemnationum faciendis rub.82 c.83
De executionibus faciendis de bonis exbānitorū vendendis, & reaſſignatione principalis, & non fiat nouitas contra fideiuſſores. rub.83 c.83
Quòd facta dicta executione condemnationum, cōdemnationes caſſentur in libris cōis pecudinis, & bambacinis & de apodiſſa fienda rub.84 c.83
Quòd omnia bona condemnatorum intelligantur obligata eſſe cōi. rub.85 c.84
Quòd fiat inuentarium, et inquiſitio de bannitis, et bonis eorum rub.86 c.84
De ordine tenendo in venditionibus bonorum exbannitorum. rub.87 c.84
De perquirendo bona exbannitorum, & inquiſitione fienda de eis rub.88 c.84
Quòd fiat liber omnium exbannitorum, & reaſſignetur camerario cōis rub.89 c.84
Quòd fiat executio bonorum condemnatorum, et quòd non obſtante condemnatione detineatur in carceribus. rub.90 c.84
De pœna non obedientium Poteſtati, Cap. et aliis officialibus. rub.91 c.85
De iniuria dicente Poteſtati, Cap. vel eorum officialibus, ſiue alteri coràm aliquo ipſorum rub.92 c.85
De reinfacciāte alicui homicidium, percuſſionem, vel iniuriam, vel dixerit alia verba iniurioſa rub.93 c.85
Quòd non recipiatur aliquid cauſa liberandi aliquem à pœna criminis. rub.94. c.85
De non iniuriando, vel offendendo aliquem occaſione arrengationis in cōſilio facto, vel procuratione, et aduocatione rub.95 c.85
De pœna offendentis euntes de nocte ad occurrendum domui, quæ combureretur, et dantibus damnum in ea rub.96 c.85
De pœna euntis poſt tertium ſonum Campanæ, quibuſdam exceptis: et de tabernariis retinentibus tabernas apertas rub.97 c.85
De non palluctando, vel ſagittando infrà ciuitatem et burgos. rub.98 c.86
De interficiēte Poteſtatem, Cap. Caſtellanum vel alium officialem cōis. rub.99 c.86
De pœna intrantis irato animo in domū alicuius propriā, vel conductā. rub.100 c.86
De inciſione vineæ, combuſtione metæ, lini, fabæ, frumenti, caſſiuæ, et fractione domus. rub.101 c.86
De non intrando tenutam, et poſſeſſionem bonorum alicuius apud alium conſtitutam, quibuſdam caſibus exceptis. rub.102 c.86
De pœna inferentium vim expulſiuam, vel turbatiuam in rebus alterius. rub.103 c.87
De pœna comitatenſium offendentium Camerinenſes uel aſſociātium aliū ad offendendum Camerinenſes. rub.104 c.87

De nõ auferendo aliquẽ de familia Poteſt.vel Cap.vel alterius officialis rub.105 c.87
De pœna accipientium de capite caputeũ,& ſimilia,& ſpuentiũ rub.106 c.87
De pœna facientis alicui cadere dentem. rub.107 c.87
De pœna facientiũ cadere, vel accipientium de capite vectam, vilictum, & ſimilia. rub.108 c.87
De pœna dilaniantium caputeum,vilictum,& ſimilia rub.109 c.87
De pœna facientis alium cadere in terram, & dantis ſpatazzatã, & ſpintã proijcientis in terram,& ſimilia. rub.110 c.87
De pœna proijcientis alicui in faciem turpitudinem, vel in alia parte corporis. rub.111 c.87
De non percutiendo,vel moleſtando ſeipſum,& alium infamando rub.112 c.87
De vxore committente adulteriũ,vel fornicationem. rub.113 c.88
De marito retinente amaſiam. rub.114 c.88
De viro negante vxorem poſtquàm eam in domo retinuerit. rub.115 c.88
De pœna facientium facturas,& incantationes. rub.116 c.88
De pœna carnaliter cognoſcentium moniales, & reclauſas, & de ruffianantibus rub.117 c.88
De pœna ſubducentium iuuenes ad ſponſalia,vel matrimonium contrahendum. rub.118 c.89
De pœna cognoſcentium carnaliter mulieres viduas,& virgines. rub.119 c.89
De pœna medici,aromatarii, barberii, vel ſutoris committentis ſcelera in domo,vbi habitant. rub.120 c.89
De raptoribus mulierum cauſa matrimonii contrahendi. rub.121 c.90
Quòd mulieres malæ famæ ſtare nõ poſſint in ciuitate, & burgis Cam. rub.122 c.90
Quòd publicæ meretrices ſtare debeant extrà portas,& corpus ciuitatis, & burgorum. rub.123 c.90
De pœna facientium prælium. rub.124 c.90
De furtis,& pœna furta committentium. rub.125 c.91
De fure nocturno inuento de nocte in domo ad furandum,vel cã cognoſcẽdi aliquas vxores alicuius. rub.126 c.91
De incidente burſiam,ſiue crumenã, vel gironem alicuius. rub.127 c.91
De robbatoribus,& pœnis eorum. rub.128 c.91
De pœna frangentis murum,ſiue ſtationem,ſiue oſtium,vel feneſtrã. rub.129 c.91
De frangentibus carceres cõmunis Camerini publicos in quibus captiui detinentur. rub.130 c.91
Quòd mulier exiſtens cum proprio viro non poſſit diffamari, vel accuſari de adulterio,niſi per certas perſonas rub.131 c.92
De pœna frangentis pacem. rub.132 c.92
Quòd paces ſint ratæ,& firmæ:& detur opera, vt concordentur diſcordes, non tamen cogantur. rub.133 c.92
De pœna portantium arma vetita. rub.134 c.92
Quòd non ordinetur aliquid contra punitionem maleficiorũ, vel pro tollendo,caſſando,vel ſuperſedendo. rub.135 c.92
De pœna exbanniti committentis maleficium, vel homicidium, vel alias percuſſiones facientis rub.136 c.92
Quòd nõ offendaẽ malefactor,qui ducereẽ per familiã Pot.& Cap.vel officialis cõis,& liceat offendere forẽſem aſſociãtẽ malefactorẽ exbãnitũ. rub.137 c.92
De pœna ſerui,& famuli percutiẽtis dominũ,vel dominã,filios,vel filias,& nepotes ſimul habitantes. rub.138 c.92
De pœna iniuriantium,blaſphemantiũ patrẽ,matrẽ,auũ,vel auiam. rub.139 c.93

Quòd filii,& nepotes non verberent patrem,& matrem, & ſint priuati ali mentis,& poſſint emancipari. rub.140 c.93
Quòd non poſſit quis trahi extrà curiam cõis Camerini contra formam priuilegiorum. rub.141 c.93
Quòd exbanniti pro debito morantes infrà diſtrictũ Camerini capiãt. rub.142 c.93
Quòd ementes bona exbãnitorum cogantur ſatisfacere creditoribus exbannitorum. rub.143 c.94
Quòd notarii D. Poteſtatis, & Cap. & aliorum officialium forenſium non poſſint copiare, vel exemplare acta, vel ſentenrias cõis Camerini. rub.144 c.94
De libris, actis, & ſtatutis reſtituendis per officiales communis ſex diebus ante exitum ipſorum. rub.145 c.94
Quòd opponentes certas exceptiones in maleficiis,& non probãtes puniãtur certa pœna rub.146 c.94
Quòd bannimenta in maleficiis, & damnis datis ad ſententias audiendas habeant vim citationis rub.147 c.95
De nõ ludẽdo ad taxillos, vel morlã, vel alios ludos vetitos: & de denũciãtibus ludentes: & quòd baractaria nullo modo vendatur rub.148 c.95
Quòd exceptio excõmunicationis, hæreſeos, factochiariæ, interdicti contra officiales, vel proceſſus non opponatur rub.149 c.95
De pœna priuantis aliquem de propria libertate rub.150 c.95
De cuſtodia carceris,& ordine ſolutionis rub.151 c.95
De condemnationibus exequendis contra principales, & fideiuſſores rub.152 c.96
De proceſſibus,& comptentu mandatorum. rub.153 c.96
De non intrando, nec exeundo aliunde, quàm per portas ciuitatis, & caſtrorum: & de non habendo feneſtras in mnris caſtrorum. rub.154 c.96
De incitante canem, vel aliud animal contra aliquem. rub.155 c.96
De pœna interficientis, vel occidentis animal, vel pullos alicuius. rub.156 c.96
Quòd iudices Poteſtatis,& Cap. ciuitatis ſint iudices competentes forenſibus venientibus ad ciuitatẽ, comitatũ, & diſtrictũ Camerini rub.157 c.96
Quòd in maleficiis, in quibus incurritur pœna perſonalis in defectu ſolutionis, poſſit excuſari cum fideiuſſore rub.158 c.97
Quòd nemo exterminet, nec remoueat terminum immiſſum pro diffinitione rerum vicinorum. rub.159 c.97
De non fodendo, nec accipiendo lapides communis Camerini. rub.160 c.97
De citationibus ſuper accuſationibus: & de comptentu mandatorũ: & moleſtatione tenutarũ: & de remiſſione certæ partis propter pacẽ, & quietationem, & quòd condẽnatio non excedat ſummam debiti. rub.161 c.97
Quòd nulla perſona poſſit excaſare, vel exmaſiare aliquam perſonam, nec expropriare aliquem ciuem, vel comitatenſem. rub.162 c.97
De non faciendo aliquem cadere, vel deſcendere de equo, vel alio aĩali rub.163 c.98
De non faciendo cadere aliquã ſalmam de aliquo animali, ſeu aliquod animal, vel accipiendo funes de animali. rub.164 c.98
De nõ faciẽdo herbas in mõtibꝰ ante feſtũ B. Petri de mẽſe Iunii. rub.165 c.98
Infrà quãtũ tẽpus debeant reſtitui per notariũ cõmiſſionũ acta. rub.166 c.98
De pœna facientium vſuras. rub.167 c.98
Quòd ſiquis eſſet accuſatus ab aliquo de aliquo maleficio, vel dãno dato, & fatigari fecerit accuſatorem in actis, cõdẽnet in expenſis. rub.168 c.98
Quòd nõ poſſint fieri ſtatuta, vel ordinamenta per artes, vel aliquod collegium, nec per aliquod caſtrum, villam, ſeu vniuerſitatem contra commune Camerini,& eius ordinamenta. rub.169 c.98

TABVLA
RVBRICAE QVARTI LIBRI.

DE modo,& ordine procedendi ſuper damnis datis rub. 1 c. 100
Quòd officialis teneatur ire ad inueniendum damnadantes infrà Clentim, & Potentiam, & extrà ad ſuæ libitum voluntatis. rub. 2 c. 100
De pœna accuſantium, vel denunciantium fraudulenter rub. 3 c. 100
Quòd ſyndici caſtrorum,& villarum cogantur dare cuſtodes ad denunciãdum damnadantes: & officialis maior teneatur dare, & deputare ad petitionem quatuor ciuium ad minus, vel alicuius rectoris eccleſiarum vnũ officialem ad videndum damna data in eorũ bonis,& poſſeſſionibus. rub. 4 c. 100
Quòd non poſſint portari vuæ, vel agreſtæ ſine licentia officialis, nec vendi nec donari. rub. 5 c. 101
De accuſato,& denũciato de dãno dato cũ beſtiis,& beſtias nõ habuerit. rub. 6 c. 101
De pœna euntis per terram, campum, vel clauſuram alicuius rub. 7 c. 101
De non accuſando in vna accuſatione vltrà quatuor,& vnũ de domo, & de pluribus vicibus, quàm de quatuor. rub. 8 c. 101
Quòd à kalendis Septembris vſq; ad kalendas Nouembris canes teneantur ligati. rub. 9. c. 102
Quòd non teneantur capræ intra ſynaitas infraſcriptas rub. 10 c. 102
De pœna damna dantium in terra mageſata, giffata, vel guardata, ſyluis rotis, vel pratis,& liceat percutere ſine ſanguine,& beſtias reducere. rub. 11. c. 102
De incidentibus, ſcapecciantibus, vel extirpantibus arborem alicuius. rub. 12 c. 102
De pœna incidentium, vel deuaſtãtium fractas alicuius. rub. 13 c. 102
De pœna vaſtantiũ, vel deſappantiũ, vel ligonizantiũ limitẽ alicuius. rub. 14 c. 103
De pœna occupantis aliquid vltrà terminos rub. 15 c. 103
De non faciendo formam communem ſine requiſitione conſortis. rub. 16 c. 103
De non metendo herbam prati cõis ſine requiſitione conſortis rub. 17 c. 103
Quòd non petatur ſemita per terram habẽtem viam à duobus lateribus: & de pœna facientis ſemitam rub. 18 c. 103
De pœna damna dãtium in hortis,& viridariis ſitis infrà, vel propè muros, vel ſaxum ciuitatis, & burgorum. rub. 19 c. 103
De pœna damna dantium in re cõi cum aliquo. rub. 20 c. 103
De pœna damna dantium in croco alicuius. rub. 21 c. 103
De pœna damna dãtium in vinea, horto, clauſura, terra bladata, arboribus fructiferis, & canneto: & interrogetur accuſator de proprietate poſſeſſionis. rub. 22 c. 103
De pœna damna dantium in ſyluis guardatis. rub. 23 c. 104
De pœna damna dãtium cum beſtiis in vinea, horto, vel clauſura, terra bladata, & pomis. rub. 24 c. 104
Quòd laboratores non vendant, nec donent vuas, vel agreſtas: & cuilibet liceat de vinea propria duos raſpos aſportare. rub. 25 c. 104
Quòd liceat ponere tribulos facto prius bannimento rub. 26 c. 105
Quòd nõ receptetur aliquis portans vuas, vel agreſtas. rub. 27 c. 105
De pœna vaſtantis rappum, oſtium, vel ſeramen alicuius rub. 28 c. 105
Quòd remundentur arbores exiſtentes in confinibus vicini. rub. 29 c. 105
Quòd non fiant impedimentum areis rub. 30 c. 105
De pœna damna dantium de nocte: ſi ignoretur malefactor: emẽdetur per vicinos. rub. 31 c. 105
De dantibus damnum in columbario,& capientibus columbos, & pernices cum buccino. rub. 32 c. 105

De pœna accipientium ligna de cataſta alterius,vel aliunde. rub.33 c. 106
De pœna immittentium ſulcos in præiudicium alterius. rub.34 c. 106
De pœna damna dantium in ſylua de Agolla rub.35 c. 106
De pœna damna dantium in ſyluis vallis vecchiæ. rub.36 c. 106
De his qui admittunẽ ad accuſandum in damnis datis rub.37 c. 106
Quòd liceat accolligere beſtias in ſuis poſſeſſionibus inuentas rub.38 c. 106
De accuſatione facta cum teſtibus non probantibus, per ſacramentũ quis non condemnetur. rub.39 c. 107
Quòd in accuſatione clericorum procedatur via ordinaria. rub.40 c. 107
De pœna damna dantium cum vnica beſtia tantum. rub.41 c. 107
Quòd liceat accipere à dantib⁹ damnũ clamidẽ,ferramẽta, & alias res. rub.42 c. 107
De pœna damna dantium cum pullis. rub.43 c. 107
De damnis datis in poſſeſſionibus non valentibus xv.lib.den.iuramentum accuſatoris non releuet in aliquo rub.44 c. 107
De electione gualdariorum de danmis datis denunciandis rub.45 c. 107
Quòd inuentus dare damnũ,ſi auſugerit,pro confeſſo habeatur. rub.46 c. 107
Quòd liceat vicino intrare rem vicini cã reaptãdi ſepes. rub.47 c. 108
Qđ nõ habẽtib⁹ vias publicas,vel vicinales liceat ire per terras vicinorũ rub.48 c. 108
De laboratoribus,& laboritiis,& coptumis. rub.49 c. 108
Quòd habẽtes poſſeſſionem propè viam communis iũctã cum aliquo claudere teneantur,vt vicinus damnum non patiatur. rub.50 c. 109
Quòd ſingulis duob⁹ mẽſib⁹ eligãtur cuſtodes ad inquirẽdũ de dãnis.d. rub.51 c. 109
Quòd habitantes ſuper manſo alicuius gaudeant priuilegio,quo gaudet dominus, vel poſſeſſor poſſeſſionis rub.52 c. 109
Quòd vniuerſitates,& loca,quibus damna darentur,emendare teneantur damnum,niſi conſignẽt maleſactores. rub.53 c. 109
De pœna impedientium curſum aquæ rub.54 c. 110
De proponendo annis ſingulis pro corrigendo ſtatutũ dãnorũ datorũ. rub.55 c. 110
De non vendendo,vel dando ligna Beregnæ,Criſpignani,vel guardiæ alicui de S.Seuerino,& de lignis caſtanearum nõ extrahentibus de comitatu,& diſtrictu Camerini. rub.56 c. 110
Quòd extrà Clentim,& Potentiam liceat vindemiare à medio menſe Septembris vltrà. rub.57 c. 110
De pœna facientium carbones in certis ſyluis,& locis rub.58 c. 110
De pęna comburentis ſyluas,& facientis granchos rub.59 c. 110
De pęna ſfaſciantium,vel demolientium,ſiue deuaſtantium metas perſonaliter, vel cum beſtiis. rub.60 c. 110
De pęna trahentium traſinum per poſſeſſionem alicuius. rub.61 c. 110
Quòd de dãnis datis per beſtias becchariorũ cõis nõ procedatur, niſi per accuſationem tantùm: exceptis certis locis. rub.62 c. 110
Quòd quilibet detineat poſſeſſionem ſuã bene clauſam, ne damnum inde ſequatur vicino. rub.63 c. 111
De pęna incidentis pergulam,viticchioſum,vel alias vites. rub.64 c. 111
De pœna intrantium vineam, & clauſuram, & damna dantium. rub.65 c. 111
Quòd fractæ, & arbores infructiferæ inter terram,& vineam incidãtur, & putentur ad ſtatum quatuor pedum. rub.66 c. 111
Quòd ſyndici caſtrorum, & villarum diſtantium à ciuitate Camerini per quatuor miliaria,& vltrà teneantur,& debeãt notificare,& denunciare damna officiali damnorum datorum. rub.67 c. 111
De fouea,fratta, & cannario faciendis. rub.68 c. 111

TABVLA
RVBRICAE QVINTI LIBRI.

Quòd Magiſter ſtratarum,viarũ,pontiũ,& fontium,& eius officiales teneantur,& debeant facere reaptari ſtratas,vias,põtes, & fontes per adiacentes,& ſolitas perſonas. rub.1 c.112
Quòd per magiſtrum ſtratarum,viarum,pontium,& fontium teneatur facere vnum librum,& annotare in eo præcepta,& mandata per ipſum facta,& faciẽda,& relationes ſuorũ officialiũ:& quòd dicto libro credaṫ. rub.2 c.112
Quòd quolibet die ſabbati per homines ipſius ciuitatis mundentur viæ, & ſtratæ ipſius ciuitatis,& burgorum. rub.3 c.112
Quòd nullus poſſit tenere,vel habere banchas extrà pilaſtros. rub.4 c.112
Quòd nullus poſſit aſportare,ſeu aſportari facere lapides platearũ, fontiũ, & murorum. rub.5 c.113
Quòd coria non poſſint ſpãdi,ſiue ſterni ſuper muros ciuitatis,& burgorũ. rub.6 c.113
Quòd nullus poſſit lauare,vel lauari facere pannos,lanã, nec coria ponere in fontibus, qui ſunt circumcirca ciuitatem Camerini,& burgos. rub.7 c.113
De non comburendo Feces vini,nec faciendo cordas Leuti iuxtà ciuitatẽ & burgos Camerini. rub.8 c.113
De fonte Felilli,& conducto tenendo in cultu,& non deguaſtando. rub.9 c.113
Quòd guazzatorium,& lauatorium Fontis Felilli remundẽtur per homines contratæ infraſcriptarum villarum. rub.10 c.113
De nõ tenẽdo calcinariũ,nec aliqd turpe ꝓpè aliquẽ fõtiũ,& guazzatoriũ ru.11 c.114
Quòd magiſter ſtratarum teneatur,& debeat fieri facere coggias neceſſarias in ciuitate,& burgis Camerini. rub.12 c.114
Quòd magiſter ſtratarum teneatur fieri facere pontes, de quibus non eſt prouiſum per adiacentes,& meliorantes. rub.13 c.114
De non ædificando murum,vel ædificium infrà ciuitatẽ,& burgos ſine requiſitione magiſtri ſtratarum prædicti. rub.14 c.114
De non portãdo leramen,vel aliud incamorimen in campo Buſſi. rub.15 c.114
De nõ faciẽdo aliquam turpitudinẽ in viis nouis,q̃ vadũt iuxtà ſaxa cõis. rub.16 c.114
Quòd m.ſtratarũ teneaṫ facere eligi homines ad remũdãdũ plateas cois. rub.17 c.114
Quòd nulla perſona poſſit ligare ſomarium,vel mulum in quibuſdam plateis,& certis alijs locis. rub.18 c.114
Quòd dictus magiſter ſtratarum teneatur,& debeat vinculo iuramẽti certas plateas cõis facere remundari qualibet ebdomada. rub.19 c.114
De non euudo per poſſeſſionẽ, vel terrã alicuius,ſi habet viam publicã vel vicinalẽ,per quã ire poſſit ad ſuam poſſeſſionẽ,vel fontẽ,vel eccleſiã rub.20 c.115
De nõ apprehendendo,vel occupãdo vias vicinales,vel reſtringendo, ſed relaxando rub.21 c.115
Quòd mureṫ via,q̃ vadit ꝑ villã altlni verſus ſtratã Ioãnutii ad terrã ſalui. ru.22 c.115
De via,quæ vadit verſus Agellum,aptãda per infraſcriptos adiacentes, & meliorantes. rub.23 c.115
De ponte faciendo per homines rocchæ matthæi. rub.24 c.115
Quòd nullus poſſit habere,nec facere aliquam feneſtram in muro cõi,quæ penetret totum murum. rub.25 c.115
Quòd dictus magiſter ſtratarum teneatur,& debeat facere mattonari oẽs vias poſitas infrá ciuitatem Camerini,& burgos. rub.26 c.116
De via,quæ vadit ante domum Donatutij berardutii, aptanda. rub.27 c.116
De via,quæ vadit inter portam D. Gentilis, & D. Matthæi, reficienda & reaptanda expenſis cõis per adiacentes. rub.28 c.116

Quòd dictus Magiſter ſtratarũ teneatur infrà duos menſes facere murari oĩa aquaria, quæ eſſent infrà ciuitatem, & burgos Camerini. rub.29 c. 116
Quòd dictus magiſter ſtratarũ teneať facere reaptari oẽs fontes, & põtes ciuitatis, comitať, & diſtrict⁹ Cam. ad petitionẽ cuiuſcũq; petẽtis. rub.30 c. 116
Quòd dictus magiſter ſtratarũ teneatur reaptari facere apertas plancatas ſuper vias poſitas circũcirca muros Ciuitatis, & burgorum, & manutenere per homines dictæ ciuitaris, & burgorum Camerini. rub.31 c. 116
Quòd nullus proijciat de die, nec de nocte aquam, vel aliquam turpitudinem in plateis, & mattonato, & ſtrata cõis, & in aquariis vicinorum rub.32 c. 116
Quòd nullus proijciat aquam, ſeu turpitudinem de alto de balconibus, ſeu feneſtris. rub.33 c. 116
Quòd nulla perſona proiiciat aliquã turpitudinẽ, vel incamorimẽ in via, quæ vadit ad collem bouis. rub.34 c. 116
De via mittenda per alium locum cõmodum de voluntate cuius eſt territorium, & cum conſenſu conſilii generalis rub.35 c. 117
De via vicinali aptanda, & reficienda, & manutenẽda, & grappo claudẽdo expenſis conſortis. rub.36 c. 117
Quòd habentes aditum per poſſeſſionem alicuius non terminatũ debeant ire per locum minus damnoſum. rub.37 c. 117
De non proijciendo vergonem in ſtratis, ſplatiis, & cimiteriis eccleſiatum ciuitatis Camerini. rub.38 c. 117
De nõ apprehendendo, vel occupando, vel occupatum tenendo vias, ſtratas, vel aliud tettitotium cõis. rub.39 c. 117
De non proijciendo in vijs cõis, vel vicinalibus, & fontibus cõtratæ Ciſternæ ſcopimen, vel alias immunditias. rub.40 c. 117
Quòd dictus magiſtet ſtratarũ teneatur facere mattonare, & reaptare oẽs vias, & androncs ciuitatis infrà menſem introitus eius regiminis. rub.41 c. 118
De non apptehendendo ſtratas infrà ciuitatem, & burgos rub.42 c. 118
De nõ proijciendo immunditias in territorio eccleſiæ, vel altetius. rub.43 c. 118
De nõ proijciendo extrà murũ ciuitatis aliquod incamotimen, & in territorio alicuius. rub.44 c. 118
Quòd habentes poſſeſſiones iuxtà ſtratam debeant facere carbonaria rub.45 c. 118
Quòd quilibet teneatur ad reparationem viarũ, non obſtante aliqua exẽptione, priuilegio, ſeu teſcripto rub.46 c. 118
De mõ, & ordine dãdo pro manutenẽdo via, qua itur ad mõtẽ Betegnæ. rub.47 c. 118
De nõ ponendo aliquas petticas, ſeu ſtangas vltrà banchas. rub.48 c. 118
Quòd nulli liceat aquam trahere de ſuo ſolito curſu. rub.49 c. 118
Ordine, & aſſignamento de ſtradi, ponti, & fonti. rub.50 c. 119

RVBRICAE SEXTI LIBRI.

DE officio Graſceriorũ, & Extràordinariorũ cõis ciuitatis Cametini. rub.1 c. 121
Qualiter debeat fieri ſciaumum per homines ciuitatis ſemel in mẽſe: & de non faciendo in ſtratis per becharios turpitudines. rub.2 c. 121
Qualiter becchatii forenſes volentes facere carnes in ciuitate Camerini poſſint. rub.3 c. 121
Quòd nullus poſſit facere ſanguinem, nec interficere beſtias in ſtratis publicis. rub.4 c. 121
Quòd becchatii teneãtur facere artẽ bene, & legaliter, & ſi noluerint exercere dictam artem, non cogantur. rub.5 c. 121

De nō portando piſces, qui caperentur in comitatu, et diſtrictu Camerini extrà ipſius diſtrictum. rub.7 c. 122
De non vendendo vinum ad minutū ſine licentia, & apodiſſa graſceriorū populi Camerini: & de concedendo licentiam omnibus volentibus vē dere vinum ad minutum. rub.8 c. 122
De non vendendo vinum pro alio, nec miſcendo vnū vinum cum alio. rub.9 c. 122
Quòd nullus debeat vēdere vinū, niſi de uaſe, de quo habet apodiſſam. rub.10 c. 122
Quòd poſſit procedi per D. Graſcerios, et eorum officiales per inquiſitionem, denunciationem, & accuſationem contra delinquentes. rub.11 c. 123
Quòd hoſpitatores poſſiut impune tenere ciotulas, & alia vaſa apta ad bibendum. rub.12 c. 123
Quòd per certos homines ſtatuta vini ſeruentur rub.13 c. 123
De pœna frangentium vaſa ad Tabernam rub.14 c. 123
Quòd ſit licitum retinere amphoras, & alia vaſa maiora, & minora ad tabernam. rub.15 c. 123
Quòd D. Graſcerij poſſint dare licentiam deferentibus vinum forenſe, & extràhentibus extrà noſtrū diſtrictum. rub.16 c. 124
Quòd dicta ordinamenta publicè bannianī, & habeāt roboris firmitatē. rub.17 c. 124
Quòd D. Graſcerii xv. diebus ante feſtum omnium Sanctorum proponāt in conſilio de modo vendendi vinum. rub.18 c. 124
Quòd D. Graſcerii populi non poſſint delinquentes condemnare, niſi per formam prædictorum ordinamentorum. rub.19 c. 124
Quòd ſyndici caſtrorum, & villarum, & maſſarii teneanī denūciare frangentes proſtimam. rub.20 c. 124
Quòd ſi bladum fuerit extractum extrà territorium dictæ ciuitatis, & non fuerit denūciatū: licentia, & apodiſſa de extrahēdo bladum illis de vniuerſitate, de qua fuit extractum, omnino denegetur. rub.21 c. 124
Quòd ſupplicetur D. Camerinenſi Epiſcopo, quòd bladum ſuperfluum faciat apportari ad ciuitatem Camerini. rub.22 c. 124
De pœna portantium bladum extrà diſtrictum ad macinandum. rub.23 c. 124
De blado non apportando extrà diſtrictum ciuitatis Camerini ad macinandum ad molendina diſtrictus Camerini. rub.24 c. 124
De non apportando extrà diſtrictum Camerini aliquod genus bladorū. rub.25 c. 124
De aſſociante, vel auxiliante aliquem ad frangendùm proſtimam. rub.26 c. 125
De pęna molendinariorum nō comparentium coràm Dñis Graſceriis ad parendum mandatis ipſorum. rub.27 c. 125
Quòd molendinarii non poſſint emere aliquod genus bladi ad Raſenghā nec fori tempore commorari. rub.28 c. 125
quòd molendinarii non poſſint portare bladum extrà ciuitatem, niſi fuerit ponderatum. rub.29 c. 125
quòd communitas S. Anatholiæ, Serræ, Sephræ, Campirotnndi, Podii, Dignani, Rocchettæ, Præcaneſtri, Ilicis, & aliorum commendatorum teneantur cuſtodiri eorum territorium pro proſtima. rub.30 c. 125
Quòd nullus poſſit allegare contra dicta ſtatuta proſtimæ. rub.31 c. 125
Quòd D. Graſcerii faciant banniri ſtatuta, & ordinamēta proſtimæ ſingulis duobus menſibus. rub.32 c. 125
quòd D. Graſcerii omnes, & ſingulas pœnas cōtentas in ſtatutis proſtimæ poſſint augere, & minuere ſecundùm qualitatem facti, & conditionem perſonæ. rub.33 c. 125
Quòd nullus poſſit cum illis, qui non ſunt ſub iuriſdictione cōis, aliquod

ſorum frumenti, aut graſciæ facere. rub.34 c.126
Quòd D.Graſcerii mittant exploratores ad terras vicinas. rub.35 c.126
Quòd, ſi ſtatuta proſtimæ eſſent contraria, ſeruentur ſtatuta, quæ ponunt maiorem pœnam. rub.36 c.126
Quòd ducentes beſtias in ciuitate dimittant x.pro quolibet centenario rub.37 c.126
De nõ extrahendo aliquam graſciam extrà diſtrictum Camerini ſine apodiſſa D.Graſceriorum. rub.38 c.126
Quòd non poſſit extrahi de dicta ciuitate, eius comitatu, & diſtrictu aliquod genus piſcium ſine licentia officialium. rub.39 c.126
Quòd nullus pizzicarolus poſſit emere carnes ſalitas, caſeum, vel oua ante horam nonæ. rub.40 c.127
De pœna encanauantium aliquam graſciam cauſa reuendendi. rub.41 c.127
De nõ dando licentiam alicui forenſi de portando aliquod genus graſciæ extrà diſtrictum Camerini. rub.42 c.127
Quòd piſcatores piſcãtes in lacubus caſtri Ploraci cõis Camerini non poſſint portare piſces extrà diſtrictum Camerini. rub.43 c.127
Quòd nullus debeat habere de aliquo, niſi de his, quæ fecerint venire in communi. rub.44 c.127
Quòd D.Graſcerii teneantur inquirere in qualibet ebdomada cõtra emẽtes cauſa reuendendi. rub.45 c.127
De declaratione omnium victualium, & generationis graſciæ, de qua eſt proſtima. rub.46 c.127
De modo, & ordine tenendis per cribanarios, ſiue fornarios in coquendo panes, & de precio recipiendo. rub.47 c.127
De modo, & ordine tenendis in rebus, quæ conſiſtunt in pondere, numero, & menſuris. rub.48 c.127
Quòd pizzicaroli, & pizzicarolæ teneantur ſtare in certo loco plateæ. rub.49 c.129
De modo, & ordine menſurandi calcem, & arenam. rub.50 c.129
De moletura, ſeu mercede molendinarii. rub.51 c.129

RVBRICAE SEPTIMI LIBRI.

DE officio D. Iudicis appellationum ciuitatis Camerini, & de pertinẽtibus ad eius officium. rub.1 c.130
Quòd non recipiatur appellatio contumacis in cauſa criminali, niſi talis appellans dederit idoneos fideiuſſores de condemnatione ſoluenda. rub.2 c.130
De modo, & ordine tenendis in electione ſyndicatorum, notariorum, & conſultoris in ſyndicatu officialium cõis camerini. rub.3 c.130
De ſyndicatu Poteſtatis, Iudicis appellationis, Auditorum, Baroncelli, & quorũcunq; ſuorum, & aliorum officialium cõis Camerini ad ſyndicatum ſtare debentium. rub.4 c.131
Pœnæ pecuniariæ quomodo intelligantur. rub.5 c.131
De arbitrio iudicis officii cuſtodiarum cõis ciuitatis Camerini. rub.6 c.131
In qual modo ſi habbino à miſurare le terre, ſtrade, caſe, & pietre, e della mercede de i miſuratori, & qual modo ſi habbia da oſſeruare in cõſequire la mercede de detti miſuratori. rub.7 c.132
Dechiaratione della Cortina della Città de Camerino. rub.8 c.133

FINIS.

CR000760655

14. 25.R.15.2

Search

MINISTERO PER I BENI E LE ATTIVITÀ CULTURALI

Biblioteca nazionale centrale di Roma

ino;070

, statuti, et reformationi della città di Camerino,
er moderare le souerchie pompe del vestire
lonne, delle nozze, & delle essequie funerali

2014 09.24

ks 117544 (CNCE008686)

00760655

ag Manoscritti

03/08/2014

14. 25.R.15.2

57 di 65

ONI
ve-

Trinita-
virginis
ſq; beati
ctorum,
ituũ cœ-
poſtoli-
ſſimi mo
ia Papæ
alis, Ti-
; Lega-
ſlaſcõi.
ſunt ca
s reuiſa,
de pre-
Treuio.
ditoris,
ſas quæ
um nu-
t decẽ-
us, pro
ldutiũ
ni No-
t.Sã.in
ie verò
delicet.

eſſuna
lità le-
qual-
, ò di
gem-
nento
t paſſi

Cit-

... piace ſorte,et
a ornamento d'oro, ò d'argento, ſenza alcuna penna, ò piuma di
ita, ò in quálche altro modo in eſſo attaccato,et ſenza teſſitura di
hiamano volgarmente ricami.

Vogliamo ancora,et ordiniamo,che non poſſa donna neſſuna vſar per la teſta velo, ò d'altra ſorte manto che di quelle tele, che li dicono di Renza,o Ortichina.

Volemo appreſſo,et ordiniamo,che non poſſa portare, ò hauere in vſo dõna niuna in alcun tempo da queſto in poi, à gl'Orecchi neſſuna ſorte di pendẽti, o orecchini,tanto di géma,perla,o ver'anello,come di filo, o di qual ſi troui altra materia.

† vole-

Volemo oltra di ciò, deliberamo, & ordiniamo, che donna veruna, come di ſopra,
non poſſi portare, o vſar per il petto quegli ornamenti, quali volgarmente chiamia-
mo Accolletti, ò Gorgiere con oro, ò argento ſopra, ò dentro frameſſo, & ricamati, o
di liſte d'oro, o d'argento adornati: ma ſia lor conceſſo portargli lauorati ſolamente
di ſeta, pur che non ecceda il valore di tre fiorini di moneta l'vno.

Se ordina ancora, ſtatuiſce, & decretaſi, che non ſia lecito à donna neſſuna vſare
in qual ſi voglia tempo, & in qual ſi ſia luogo, & portare piu d'vna Catena, o collana
d'oro, la quale, computatoci il valore di tutto quel che s'aggiungerà di piu d'ornamé
to non auanzi il prezzo di tredici ſcudi d'oro in oro: & ſe qualch'vna vorra oltra alla
collana, ò catena altri abbigliamenti aggiungere al collo, le ſia conceſſo, quando pe-
ro ciaſcun'ornamento aggiunto non paſſi il valore di due ſcuei d'oro: et ſe qualche al
tra vorra vſargli di maggior preggio, non la negamo, con patto tal nondimenò, che
vaglia tanto men la collana, quanto valerà piu quel tale ornamento. Et che della col
lana, et di tale ornamento inſieme raccolto il valore non paſſi quindici Scudi d'oro
in oro. Et a quella dõna che vorra portar la collana d'oro, non ſi prohibiſce l'uſo de
le perle, purche non ecceda il ſopradetto valore. Et colei che vuol portar la collana
d'oro non poſſa portar le perle. Parimente á colei, che voleſſe vſar le perle, ſi prohi-
biſce affatto il portar de la collana. Se ordina inſieme con queſto di più (accioche nõ
ſi poſſa vſar fraude) che quella donna, che s'haura eletto d'vſar la collana, non poſſa
tenere, nè in caſa ſua, ne appreſſo d'altra perſona in verun modo, ſotto alcun preteſto
o color le perle: Ne q̃lla c'hauera elette le perle, poſſa, come di ſopra tener lá collana.

Ancora ſtatuimo, decretamo, ordiniamo, & volemo, che non ſia lecito à donna
neſſuna, come di ſopra, portare, tenere, ò hauer per vſare ſe non vna ſol veſte di qual
color piu li piace: eccetto Cremeſi, di drappo, o di ſeta, ma che ſia ſemplice, & ſenza
ornamento, fregio, o liſta veruna. In quanto poi á le veſti di panno di lana, in tali caſi
non ci damo altra regola, ſe non che nõ volemo ſieno liſtate di velluto, àltre che due
per ciaſchuna donna, le quali ci cõtentiamo poſſano adornarſi di liſte di velluto, que
ſto però oſſeruato, ch'in liſtar dette veſti, non poſſa metterſi in vſo piu di due braccia
per ciaſchuna, ſenza intagli, & ſenza altri ricami. Se alcuna come di ſopra, parimen-
te voleſſe vſar quelle Toghe, quali volgarmente chiamano Zimarre, le concediamo,
purche ſieno di panno di lana, ò Zambellotto, ò di Moncaiano, quali non vòlemo s'in
tendano per veſti di drappo, & concedemo poſſino liſtarſi cõ due braccia ſolamente
di velluto, come de le veſti è ſtato detto di ſopra, ſenza altri intagli, o ricami. Volẽ-
mo in oltra, che poſſa hauer ciaſchuna dõna vna ſola zimarra, & non piu, liſtata, co-
me di ſopra.

Appreſſo vogliamo, & ordiniamo, che non poſſa donna veruna per alcun modo
vſar veſti di Buratto di qualunque ſorte, o colore elle ſieno, ne portarle, ne hauer per
vſarle.

Di piu vogliamo, per inuiolabili decreti s'oſſerui, che non poſſino da neſſuna don-
na, come di ſopra, portarſi, tenerſi ò hauer per vſarſi maniglie d'oro, d'argento, di co-
ralli, o di perle, ne di veruna ſorte, ne di uerun colore.

Vogliamo dipoi, & ordiniamo, che à donna veruna non ſia permeſſo portare, o ha
uer da portare cintola, o cinturino d'oro puro, & maſſiccio, o d'oro, & d'argento teſ-
ſuto, ma di velluto, ò d'altra materia ſolamente, come le piacera piu, purche non ecce
da vno ſcudo d'oro in oro di valuta.

Ordiniamo ancora, ſtatuimo, & volemo, che non poſſa hauer dõna alcuna piu d'u-
na corona oratoria per ciaſcuna, & che non uaglia con tutti gli ornamenti ſuoi piu di
due ſcudi d'oro.

Ancora deliberiamo, vogliamo, & ordiniamo, ch'a neſſuna donna, come di ſopra,
ſia lecito portare, o hauer di potere vſare piu d'vn paio per ciaſcuna di pianelle di vel
luto,

luto,ſchiette,& ſenza alcun ornamento. Ne eccettuamo nondimeno il velluto Cremiſi, il qual non vogliamo per niente s'uſi in pianelle. Et in altre ſorti di pianelle non vi ſi mettano ſu paſſamani,ò altre foggie di liſte,& di qual ſi voglia ornamento in neſſuna occorrenza,& con neſſuna colorata cagione.

Volemo di piu che non ſia lecito à donna veruna, come di ſopra,portare , & tenere,ne in ſecreto,ne in paleſe quella ſorte d'Ammanti, quali chiamiamo volgarmente Sberne di uelluto di niuna ſorte,ſe non di panno,& di quello di qual piu li piace. Diamo lor ben licenza,di poter liſtarle d'ogni ſorte di velluto,eccettuatone il cremeſino, et telette d'oro , et d'argento , pur che non vi vada intaglio in dette liſte piu di due braccia .

Ancora ordiniamo,volemo,& capitulamo, che non poſſa neſſuna dõna portar piu di tre Anelli d'oro di qualunque modo, et valore,come le piace à beneplacito ſuo. Si ſtatuiſce oltra di queſto,ſi vuole,& ordinaſi à le mogli di dottori di Leggi,& di Medicina, di Capitani, & Cauallieri Palatini,che ſia lor lecito portare al collo vna collana d'oro,o di qual piu le piace altra materia,et che vaglia piu di quelle de l'altre,ſecondo ch'è detto nel capitolo di ſopra, doue s'è fatta mentione de le collane : ma che non ecceda il valore di venti Scudi d'oro. Et portare ancor quattro Anelli per ciaſcuna d'oro ſolamẽte. Et ſpender ne gli ornamẽti del capo,ne la cintura, et corona oratoria vno ſcudo d'oro di piu di q̃llo ch'è ſtato ordinato à l'altre al ſuo capitolo di ſopra.

Vogliamo appreſſo,et ordiniamo,che non poſſa neſſun Sartore,ne alcun'altro , di qual ſi voglia profeſſione artigiano,tanto di qui, quanto foreſtiero à commandamento,o prieghi di qual ſi ſia perſona,tagliare,ricamare,o in qualche altrá foggia lauorare,et cucire veſti da donne per vſo de le donne de la cittá di Cametino , ò foreſtiere, che qui in Camerino ſieno maritate contra il tenore, et forma di queſti ſtatuti, & ordini fatti di ſopra.

Ordiniamo ancora,ſtatuimo,decretamo,et volemo,che non ardiſca neſſuno de la predetta città promettere,o dare, nè in publico,ne in ſecreto per la camera ad alcuna donna piu di quello,ch'è qui ſotto ſcritto ſotto faccia, colore,o modo veruno , nè meno riceuere ſotto le infraſcritte pene .

Vn paio de Lenzuola .	Numero. 2.
Touagliuoli,o vero Aſciugatori venti.	Num.20.
Capezzoli uenti.	Num. 20.
Fazzoletti uenti	Num. 20.
Touaglie, o mantili da menſa,di lino,ò di tela di Renza una.	Num . 1 .
Guanciali di tela ortichina,ò di tela di Renza quattro.	Num . 4.
Camice diece.	Num. 10.
Gremiali,o pannelle diece.	Num. 10.

Ancor volemo , & ordiniamo , che à ciaſcuna dõna de la Città predetta ſia lecito vſar di continuo per ſpatio d'vn'anno,& noue meſi qualũque ſorte di veſte ſino adhor fatte,ò che ſieno per farſi con ornamenti,intagli, et ricami ſenza pena alcuna. Ma finito queſto tempo, negamo in tutto, et per tutto l'uſo di ſimili , et tali veſti ſotto le pene infraſcritte.

Volemo ancor,dechiaramo per queſti ſtatuti,et ordiniamo,che quei che preuaricaranno,et contrauertanno,tanto in dare,come in riceuere,et incontrafare , et in ciaſcun caſo per uigore de i preſenti decreti,et ordini,in qualche parte,o in qualche capitolo d'eſſi uietato, et come eſpreſſamente è dechiarato , in qualunque modo , o per qualunque uia contrafaranno , per ciaſcuna perſona di qual ſi uoglia grado , dignità, ſtato,ordine,preheminẽza,per ciaſcuna uolta incorra,ipſo facto,in pena di Vinticinque Scudi d'oro in oro, da farſi di fatto pagare da chi haura contrafatto per ogni uolta,et ſenza altra dechiaratione de le quattro parti da applicarſi una à la Camera Apo

ſtolica di Camerino, una per la reſtauratione del Palazzo de la reſidenza de i Magni fici S. Priori, una al ſacro Monte de la Pietá di detta Magnifica communità, et il reſto à l'eſſecutore, che fara l'effettuale eſſecutione. Et ſieno con tutto ciò i preuaricatori aſtretti, ancor dopò la pena pagata, inuiolabilmẽte oſſeruare i Decreti le Leggi, et le Conſtitutioni predette. Volemo in queſto iſteſſo Capitolo ancora, ch'in qualunque de' detti caſi il Padre ſia tenuto per la Figliuola, ſe ſara ſotto la ſua cura, et poteſtà: Il Marito per la Moglie: I Fratelli per la Sorella, et tutte quelle perſone, che'n qualche modo, o eſſi medeſmi, o per terza perſona hauranno incitato, et data cagione di contrafare à detti Decreti, i preuaricatori, o le preuaricatrici eſſortando, incitando, aiutando, non prohibendo, o uero à que' tali perſuadendo, o in qual ſi ſia modo, preſtando lor fauore, opera, et aiuto. Et tutte quelle perſone, c'hauranno altrimẽti fatto di quello, che ne i decreti, & ſtatuti ꝑdetti ſi cõtiene, et qlle c'hauräno acconſentito à quelli ò quelle, c'hauranno in qualunque modo contrafatto. Et di piu oltra à la detta pena ſiano tenuti à la perdita de le Veſti, collane, cinture, corone, cuffie, et di tutti gli altri ornamenti, et de la camera fatta, hauta, dara, et meſſa in uſo. Et tali coſe perdute, tolte à chi haueſſe fatto contra il modo, et forma de i preſenti decreti, et ordini detti, uogliamo, che s'applichino come diſopra. Et ogni promiſſione ſtipulatione, conuentione, o uero obligatione fatta in contrario, ancor che fuſſe fatta co'l giuramento piu ſalda, ſia ipſo iure nulla, et di neſſun ualore, et ſi preſuma fittiuamente, et con inganno eſſer fatta.

Ancora, accioche i decreti, ſtatuti, ordini, & capitoli ſopradetti per i tempi auueni re inuiolabilmente s'oſſeruino, & ſiano piu diligentemente cuſtoditi, & che quelli, che non temono per le pene pecuniarie, per paura de l'ira di Dio, & de la perpetua dãnation de l'anima s'aſtengano dal non oſſeruargli, & dal preuaricare: Statuimo, & ordiniamo, che publicamente à popolo ſi procuri hauer la Scõmunica Papale, ne la punition de la quale debbano incorrer tutte quelle perſone, che ſaranno per hauer contrafatto à l'ordine de i preſenti Decreti ne le ſopradette pene, ancor'incorſi. Et tutto quello, che contra queſti ſtatuti da qualunque egli ſi ſia, di qual'autorità ſi voglia, ſaputamente, ò per ignoranza, ſi penſerà, o tenterà farſi, ſia nulla, & vano, & di neſſuna conſideratione, & efficacia, & di neſſun valore peſo, & momento.

ORDINE PER LE SOVERCHIE SPESE delle Nozze.

PRIMA vogliamo ſtatuemo, & ordiniamo che quando la prima volta andarà lo Spoſo in caſa de la Spoſa, nõ debbia per mõdo alcuno, ne ſotto alcun colore menare ſeco piu di quattro huomini da chiamarſi à ſua elettione, oltra quelli di ſua caſa, et che ſotto nome di quelli di caſa ſiano compreſi ſempre, et ſe intendano eſſer' fratelli, ſorelle, et nepoti carnali, figliuole, & generi, ſe bene non habitano inſieme: & coſi ancho da la banda de la ſpoſa la detta prima ſera non ſi debbiano chiamare piu di quattro huomini à libito ſuo, oltra quelli di caſa, come di ſopra, ſotto le ſopradette pene.

Item vogliamo, & ordiniamo, che quando la piu propinqua donna de lo ſpoſo, la prima volta ch'andarà à veder la ſpoſa non poſſa menar ſeco piu di quattro donne ad elettione di eſſa piu propinqua come di ſopra, ſotto le dette pene. Et il ſimile ſi debbia ancor fare da la banda de la ſpoſa, che non poſſa chiamare in caſa piu di quattro donne, oltra quelle di caſa come di ſopra inteſe, & compreſe, ſotto le dette pene.

Item ordiniamo, & volemo che non ſia donna alcuna che poſſa, ne debbia andare

a la

a la caſa de la ſpoſa auanti che ſia cauata di caſa ſotto nome de viſitarla, ne per altro queſito colore, eccetto le parenti, & attinenti, et le vicine eſſendoue chiamate, altrimenti nò, ſotto le pene ſopradette.

Item vogliamo, & ſtatuimo che in ogn'uno de' caſi ſudetti non ſi poſſa, ne debbia in caſa de la ſpoſa dare in collatione à parenti, ne ad altri, eccetto vna ſola ſorte di cõfettion di zuccharo in vn ſolo piatto o confettera, ſotto neſſuno colore, & ſotto le pene ſudette.

Item volemo, ordinamo, & ſtatuimo, che quando le donne da la banda de lo ſpoſo andaranno con li donamenti à la caſa de la ſpoſa la ſera inanzi al giorno, che ſi deue cauare di caſa, non vi debbiano ne poſſano andare, eccetto parenti, et attinenti fin in quarto grado: & queſto ordine medeſimo ſi debbia tenere da la banda de la ſpoſa, in la qual ſera non debbia dare ne poſſa, eccetto vna ſola ſorte de confettioni di zuccaro, & una di mele ſotto neſſuno colore, ſotto le predette pene.

Item che l'ordine medeſimo ſi tenga nel chiamare de parenti quando lo ſpoſo andara a ſpoſare la ſua ſpoſa, il che ſi faccia la ſera prima che ſi caui di caſa, & che nel donare a la ſpoſa, li carnali non debbiano, ne poſſano donare, ſotto neſſun queſito colore in Anella, o in danari, o altro, piu di vno Scudo d'oro, & li conſobrini mezo Scudo, & li altri da mezo ſcudo in giù ad arbitrio loro: eccetto padre, madre, auo, & aua, qua li ſiano in liberta loro di donare quel che loro vorranno, ſotto dette pene.

Item ordinamo, & uolemo che tanto in prima che la ſpoſa ſi caui di caſa, quanto dopo che ſara vſcita, non ſia lecito, ne ſi poſſa paſteggiare parenti, ne altri, eccetto lo ſpoſo, & quelli de la ſua caſa ſolamente. Et il ſimile poſſa lo ſpoſo paſteggiare la ſpoſa con li ſuoi di caſa ſolamente in caſa ſua, ſotto le dette pene.

Item ch'al uolere cauare di caſa la ſpoſa, quella matina non ſi poſſa, ne debbia ſotto neſſuno queſito colore chiamarui, ne hauerui, ſe non parenti fin al quarto grado, & nõ piu, & de le vicine da ambe dua le bande. Et in tal matina nõ ſi debbia, ne poſa dare in caſa de la ſpoſa collatione di neſſuna ſorte, ma le donne inuitate da la banda de la ſpoſa reſtino in caſa a deſinare con eſſa: et lo ſpoſo ſe ne meni a deſinare ſeco le ſue parenti, pur che non eſchino del detto grado, con ordine però, che la ſequente ſera, non ſi poſsa, ne debbia da neſsuna banda paſteggiare, ne parenti, ne altri, ſe nõ come di ſopra ſi è detto, ſotto le predette pene.

Item uolemo, ordinamo, et ſtatuimo che quel giorno, che la ſpoſa andara a la caſa del marito, et che ſi conſumara il matrimonio, che non ſi debbia, ne poſsa inuitare da neſsuna de le bande, eccetto carnali, et conſobrini attinenti ſotto neſsuno colore. Et ballandoſi non ſi poſſa uſare collatione alcuna di zuccharo, ma ſolo Cialdoni, Ciambellette, et frutti: et che li parenti de la ſpoſa non poſsano, ne debbiano andare poi, che la ſpoſa ſara andata, ne quella ſera, vniti ne ſeparati, a la caſa de lo ſpoſo a fare collatione come hoggi s'vſa, eccetto quãdo ſi va la ſera à cena a caſa de lo ſpoſo, poſſano quelli de la ſpoſa menarui li ſuoi di caſa, & altri parenti, pure che nõ eſca o paſſi il terzo grado. Et coſi ancho ſi oſſerui, & ſi facci, quando otto giorni dopo la ſpoſa torna in caſa del padre à deſinare, ch'il marito non debbia menare ſeco, eccetto li ſuoi di caſa, & altri fino in el detto terzo grado, ſotto le pene ſudette.

Item volemo, & ordinamo che quando le donne vanno in caſa de lo ſpoſo il giorno dopo che vi ſara andata la ſpoſa per aſsegnare la camera come ſi vſa, non ſi debbia à queſto atto chiamare, ne vi debbiano andare ſe non parenti, & attinẽti fin in terzo grado come di ſopra, & in tal giorno ſi poſsa dare in la collatione che s'vſa una ſorte ſola de confettione di zuccharo, et vno di mele, ſotto le dette pene.

Item ordiniamo, & uolemo ch'il giorno ſequente che la ſpoſa ſara andata in caſa del marito, che da la banda del padre o altri parenti de la ſpoſa non ſi debbia mandare a la caſa de lo ſpoſo, eccetto un marzapane, qual non paſſi il peſo di quattro libre,

i   & dua

& dua para di polli ſotto le predette pene.

Item ordiniamo, & vogliamo che la feſtiuiſtà di tutti i Santi, ne lo ſpoſo, ne ſuoi a la ſpoſa, ne meno la ſpoſa, ne ſuoi à lo ſpoſo ſi poſſa, ne debbia mãdare a preſentare, ne donare alcuna coſa, eccetto vn ſol piatto di coſe fatte di mele, & dua fiaſchi di vino, ch'in tutto non ſi paſſi il valore d'vno ſcudo, ſotto le pene ſudette.

Item vogliamo, & ordiniamo che fra otto giorni dopo che ſara concluſo il parentato, ſi debbia da' padri, ò piu ſecreti parẽti fare, ſi & in tal modo che lo ſpoſo diſpõſe la ſua ſpoſa per le parole ſolite & immiſſione de l'anello.

Item volemo, & ordiniamo che neſſuna donna, da le parenti, & attinenti fin in terzo grado in poi, debbiano andare à vedere, ne à viſitare donna niſſuna che habbia partorito ſotto qual ſi voglia queſito colore ò cauſa, ſotto le dette pene, & infraſcritte.

ORDINE DA SERVARSI IN FVNERALI Eſſequie.

PRIMA volemo, decernemo, ſtatuemo, & ordiniamo che neſſuna perſona de la città di Camerino, di qual ſi voglia ſtato grado conditione, ò preheminenza, per li tempi da venire, poſſa ne debbia ſotto neſſun colore in Eſſequie, & offitii funerali de' morti, tãto in caſa, quãto in chieſa ò ꝑ ſtrada, ne altroue vſare in modo alchuno, altra cera che la Zaura, & di ſuo naturale eſſere: eccetto nõ la voleſſimo tingere negra, ſotto le pene infraſcritte.

Item vogliamo, & ordiniamo come di ſopra che mẽtre il corpo di qual ſi voglia defunto ſara in caſa, ch'intorno a la Bara, ne altroue, non vi poſſa tenere acceſe ſotto neſſuno colore, eccetto Dua torce di peſo di vna libra, & meza per il piu: & ſuore de la porta di caſa dua torcette di meza libra l'vna, ſotto le pene ſottoſcritte,

Item ch'il dì che ſi hauerà da ſepellire il corpo del defunto a le eſſequie funerali, tãto in accõpagnarlo a la chieſa, per ſtrada, quanto dopo che ſarà in chieſa, ne in torno à la Bara funebre, non ſi poſſa vſare portare, ne in modo alcuno accendere, ne altrimẽte piu de ſei torcie de la detta ſorte di cera per cittadini: eccetto ch'a' corpi defunti di Cauallieri, Dottori, & Capitani, ſe ne poſſano vſare, & portare fino in otto torce, quale non eccedano di peſo piu di tre libre, ſotto dette pene: eccettuando quando alcuno moriſſe di Magiſtrati, in qual caſo ſi oſſerui il ſolito.

Item volemo, ſtatuemo, & ordiniamo, che à le ſudette Eſsequie in Chieſa intorno al choro, à li altari, ne altroue nõ ſi poſſa vſare, ne accendere, ne porre falcole che peſino piu d'vna oncia ciaſchuna, & che fra tutte quelle che vorranno uſare in tutte dette facole, non paſſino il peſo de libre tre, ſotto le dette pene: & à l'altare maggiore quattro torce, & una al ſacramento di peſo d'una libra l'una, & non ſi mettano altroue.

Item uolemo, & ordiniamo, che quando il cadauero defunto ſara di ſepultura in chieſa di preti, ch'all'offitio, et eſſequie ſue non ſi debbiano chiamare, ne inuitare alchuna religione di frati, mà ſi bene uolendo poſſi ciaſchun chiamarui l'uno, et l'altro Capitolo, ma nõ ſi chiamãdo dua capitoli, ma uno ſolo, in tal caſo ſi poſſa chiamare dua Frati per religione uolẽdo, et una, ò uer dua cõpagnie per il piu, ne poſſino far ſonare altre Cãpane a morto ſe non quelle de' luoghi de' preti. Et quando il corpo defunto ſara di ſepultura in chieſa di frati, non ſi poſſano chiamare piu di quattro frati per religione, dell'altre religioni, et una, o due compagnie com'è detto, & non ſi poſſino far ſonare campane, eccetto de' luoghi di frati, ſotto le dette pene.

Item uolemo, ordiniamo, & ſtatuimo, che neſſuna perſona attinente in qual ſi voglia grado di conſanguinita, o affinità al defunto, poſſi ne debbia uſare mantelli lunghi

ghi

ghi uedouili, ma ſolo cappucci, o bende, ſolo a quelli del primo, et ſecondo grado, et non altri. Et coſi anco le donne, non poſſano, ne debbiano hauere, fare, ne uſare ueſtiti, ne capparoni uedouili. Et ſolo le uedoue poſſano hauere, fare, & uſare una Bernia di panno o di raſcia con un lenzo in torno, o mantellina, dummodo che non copra la teſta con mantelli: & in teſta poi ueletti di quella ſorte, & in quel modo, che piu conuenirſi per honeſta, che a lor parera, & piacera ſotto le pene infraſcritte.

Item uogliamo, & ordiniamo, ch'a' morti, ne ad eſſequie di qual ſi uoglian perſone di qualunque grado ſi ſiano, come di ſopra, non ſi poſſa, ne debbia per alcuno fare Sermoni Funebri, ne in chieſa, ne in caſa, o in ſtrada, ne in qual ſi uoglia loco ſotto le infraſcritte pene, tanto a chi faceſſe il Sermone, quanto a chi l'ordinaſſe.

Item che li parenti del defunto fin in ſecõdo grado almeno ſi debbiano ſtare in caſa, & non andare col corpo morto a farli compagnia, ſotto detta pena.

Item che non ſia lecito a donna niſsuna di qual ſi uoglia ſtato grado, o conditione di andare in caſa del morto il giorno che ſi fa l'eſsequie, o per prima, eccetto parenti, & quelle uicine che ui ſaranno ſopra chiamate, & perſone che haueranno la cura del corpo morto, ſotto le pene ſudette.

Item che quando alchuna perſona faceſſe celebrare offitio alcuno funebre per l'anima de' morti, o a li otto giorni dopo le eſsequie, o in qual ſi uoglia altro tempo, che non ſi poſsa in tal giorno fare congregetione, ne coadunatione di parenti maſchi, ne femine: eccetto quelli di caſa, & ſotto nome di quelli di caſa s'intendano figliuoli, figliuole, ſorelle etiã maritate, & generi, nepoti, et cugnati carnali, ſotto le dette pene.

Item che ſi habbiano da deputare due cittadini per ogni contrada, quali quando occorreranno morti di qualunque ſorte in la contrada loro, ſiano tenuti notificare al capo di caſa tutti li ſopradetti ordini, & proteſtarli de la oſſeruanza de li preſenti capitoli, ſotto quelle pene che ſono qui impoſte.

Item che quelli i quali ſaranno da li attinenti del defunto chiamati a la cura delle eſſeqie Funerali, debbiano, et ſiano tenuti ancho pigliar la cura d'ordinare la cera, pagare li Sacerdoti, et dare loro le candele, concordare quelli che portano il morto, & che lo ſepelliſcano à loro piacere, et fare prouedere tutto quello ch'a loro parerà neceſſario.

NOS Io. Antonius Tituli Sancti Georgii ad Velum Aureum.S.R.Eccl.Prębyter Cardinalis Serbellonus nuncupatus, In Camerineñ. Ciuitate,& Ducatu,ac Prouincia Vmbriæ pro Sãctiſſimo D.N.Pio diuina prouidentia Papa Quarto,& S.R.Eccl.de latere Legat', requiſiti nomine vniuerſitatis et hominũ dictę Ciuitatis Camerini,ſtatuta,& ordinationes,ac decreta,ſupra in treſdecim huiusvoluminis foliis cõprehenſa,& deſcripta,quas,& quæ eidem Ciuitati plurimum vtilia fore, etiã ex Reuerendi D.Caroli de Graſſis Epiſcopi Montisflaſcon. Vicelegati noſtri, aliorũq; fidedignorum relatione accepimus,pro fœlicis ipſius Ciuitatis ſtatu,& cõſeruatione edimus facimus,cõfirmamus,& approbamus,ac inuiolabiliter ſub pœnis pecuniariis eis appoſitis,& ſubiectis exequẽdis,& applicãdis,vt exprimitur,obſeruari mandamus,ab excõmunicationis pœnæ appoſitione tãtiſper ſuperſedendis.In quorum fidẽ extremo huic folio manu noſtra ſubſcripſimus,illudq; ſigilli noſtri impreſſione muniri fecimus.
Dat.Romæ in ædibus ſolitæ noſtræ reſidentiæ Die V. Maii 1562. Pontificatus Sanct. D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ Quarti. Anno Tertio.

IO. ANTONIVS CAR.S.GEORGII LEG.

Locus Sigilli.

Perinellus de Perinellis Secret.

C. DE GRASSIS Eps Montisflaſcoñ.& Vicel.

Locus Sigilli.

Dat.Camerini Die 24. Maij 1562.

Franciſcus Turcella Can.